IOHANNIS RAINOLDI ANGLI

Sex theſes de ſacra Scriptura & Eccleſia:

Ut publicis in Academia Oxonienſi diſputationibus explicatæ, ſic editæ, ante annos viginti; nunc autem recognitæ, & apologia contra Pontificios Elymas, STAPLETONUM, MARTINUM, BELLARMINUM, BARONIUM, JUSTUM CALVINUM Veteracaſtrenſem auctæ. 1602.

JEREM. 51. 9.

Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquite eam, & abeamus quiſque in terram ſuam.

LONDINI,
Impenſis GEOR. BISHOP.
1602.

REVERENDISSIMO in CHRISTO Patri, D. IOHANNI WHITGIFTO, *Archiepiscopo Cantuariensi*, Johannes Rainoldus S.

Vdicii de me tui magnum fructum cepi, Antistes reverendissime, quum, impurum & impium Sanderi de schismate Anglicano volumen ut refutarem, rogasti: benevolentiæ verò majorem, quum, ut sedes in Academia

cademia mihi commodior obveniret, quò meliùs id præstare possem, adjuvisti. Ac utroque sanè ad vehemens desiderium ædificandæ operæ ita collocata Ecclesiæ accendebar: [a] 2. Sam. 7. 2. sicut [a] David, ad templi exstruendi, studium, meditatione quam memoravit Nathani; *Vide quæso, ego habito in domo cedrina, domus arca ipsa Dei habitat inter aulæa.* Nec mirabor si multis, quos diuturna tei vigiliarum majorum expectatio tenuit, ubi hanc conspicient lucubratiunculam, in [b] De arte poët. mentem veniat illa vox [b] Horatiana:

Amphora cœpit
Institui; currente rota cur urceus exit?

Nonnullis saltem, qui audierint, cùm à me jacta propugnaculi quasi totius fundamenta, tùm præter propylæum, & in eo plura munimenta minora, maximi, de suprema Principis

sub Deo in populum suum potestate, structuram (cui Sanderus [e] Sanballati armis obstare plurimùm nisus est) ad fastigium productam abhinc quadriennium, atque repræsentatam tibi fuisse. Verùm [d] à fine in finem fortiter pertingens omniáque utiliter disponens Dei providentia me ab illo opere perficiendo avertit, & ad hoc impulit: dissimili quidem modo, nimirum [e] *manu*, sub quali Jobus ingemuit, quanquam haud dissimili forsitan consilio, ac in negotio simili sanctum Augustinum, Hipponiensem episcopum. [f] Qui, post concionem in ecclesia sua habitam, recordans sermonis sui initium & finē contra suam consuetudinem processisse, quoniam non eam rem terminatam explicuisset quam proposuerat, sed pendentem reliquisset,

[e] Nehem. 4. 1. & sequentib.

[d] Sapient. 8. 1.

[e] Job. 23. 2. & 27. 11.

[f] Possid. de vita Augusti. cap. 15.

Possidio & aliis convivis, quibus secum ad mensam constitutis id dixerat, respondentibus, se quoque animadvertisse ac miratos esse Deum, ait, *quòd forte aliquem errantem in populo Dominus per nostram oblivionem & errorem docere & curari voluerit, in cujus manu sumus, & nos, & sermones nostri. Nam quum proposita quæstionis latebras pertractarem, in alium sermonis excursum perrexi: atque ita, non conclusa vel explicata quæstione, disputationem terminavi magis adversum Manichæorum errorem, unde nihil dicere decreveram, disputans, quam de iis quæ asserere proposueram.* Negotiator autem quidam, nomine Firmus, Augustino postea confitebatur lacrymans, *se, qui Manichæorum sectam sequutus fuisset, & in ea quamplurimis annis vixisset, ac propterea multam pecuniam*

cuiam ipsis Manichæis, vel eis quos dicunt electos, incassum erogasset, fuisse hoc tractatu ejus in ecclesia per Dei misericordiam correctum, atque catholicum factum. Unde Augustinus & alii, quibus quærentibus, ex qua re potissimum in illo tractatu sibi satisfactum fuerit, narrabat, sermonis seriem recognoscentes, profundum consilium Dei pro salute animarum mirantes, glorificaverunt sanctum ejus nomen: qui quum voluerit, & unde voluerit, & quomodo voluerit, & per scientes & per nescientes animarum operatur salutem, inquit Possidius. Enimvero quis novit an qua ratione Firmo, à Manichæis, [a] qui magistrum suum Apostolum Christi esse, atque [b] manna fudisse dicebant, fascinato medicinam attulerit: eadem cuipiam infirmo, à Papistis, qui Sanctissimo Domino

[a] *Augustin. contra epistolam Manichæi, quam Fundamenti vocant, cap. 5.*

[b] *Idem, lib. de hæresib. cap. 46.*

suo

ſuo Apoſtolicam, immo Apoſtolica majorem poteſtatem tribuunt, ſeducto, mederi conſtituerit Deus. Præſertim cujus alio item providentiæ documento factum eſt, ut, quum Theſes iſtæ, non modò ſub prelo eſſent, ſed & excuſæ propemodum, certè ante Comitia noſtra, menſe Julio, quemadmodum ſperabam, prorſus excudendæ, mihi, hoc Londini agenti, oſtenderetur liber Juſti Calvini Veteracaſtrēſis, ad vernas hujus anni nundinas excuſus, in quo proſcindor conviciis quòd Bellarmini Baroniíque vitia patefecerim, & ex eiſdem improbantur quæ de quorundam Pontificum Romanorum erroribus ſecundæ theſi adjeceram. Inſtillavit enim Pontificium virus, non Veteracaſtrenſibus ſolùm in Bavaria, ſed noſtratibus etiam permultis

tis admiratio hujusce paris Cardinalium: inprimis Bellarmini. Qui, Anglorum collegio fidei controversiis imbuendo Romæ præfectus à Gregorio Papa Decimo tertio, ad *armandos novos milites*, ut [i] ait, & nimis verè *milites*, sed [k] cum Michaele ac Pontificis hostibus, *non cum inferorum copiis congressuros*, quantum & quale semen excitârit, appâret ex [l] recenti, Serenissimæ nostræ Principis edicto, pietatem, clementiam, justitiam spirante, contra *Jesuitas* & *seculares presbyteros*. Excitabunt autem fortassis aliquem talem, aut à tali deceptum, quæ hîc de Papæ Honorii monotheletæ hæresi, de Bellarmino, Baronióque scribendi occasio data est, ut se delusum à Papistis similiter agnoscat, ac Firmus erat à Manichæis. Certè quàm ineptè [m] Veteracastrensis

[i] *Bellarmin. ad lectorem: epistola tomo primo prafixa.*

[k] Apoc. 12. 7.

[l] *Novembr. 5. Anno regni quadragesimo quarto.*

[m] *Apolog. pro Rom. Ecclesia.*

strensis Bellarminum prædicet, tanquam pro fideli & orthodoxo doctore ideo habendum, quia [a] Whitakerus & [c] Junius, piæ memoriæ, viri ornatissimi, laudârunt ejus ingenium, judicium, & industriam, ostendet à [p] me obiter adversus Baronium cõmemorata sententia œcumenicæ Synodi, anathema dicentis Origeni velut hæretico, cujus tamen ingenium, judicium, & industriam, à [q] Vincentio summè, ac meritò, celebrari testatur [r] Veteracastrensis. Nec dubito quin æqui æstimatores rerum, si mea cum illorum scriptis diligenter ad Lydium veri lapidem examinârint & contulerint, in utrumque competere, præsertim in Bellarminum, judicaturi sint, quod [s] Paulus Apostolus, *repletus Spiritu sancto*, dixit Elymæ Barjesu pseudoprophetæ

[a] *Præfat. disputat. de sacra Scriptura, ad Gulielmum Cecilium.*
[c] *Præfat. ad animadvers. ad Bellarm. controvers. 1. p. Apologiæ obscurum, §. 43.*
[p] *Vincent. Lirin. commonit. adversus hæres. cap. 23.*
[r] *Præscript. adversus hæreticos per vet. tract. 5. ad eum locum Vincentii.*
[s] Act. 13. vers. 9.

prophetæ Judæo, ſtudenti Sergium Paulum proconſulem à doctrina Chriſti avertere: [t] *O plene omni dolo & maleficentia, fili diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non ceſſabis pervertere vias Domini rectas?* Tibi verò minorem lucubrationem hanc, ampliſſime Præſul, cui majorem, ſi vires ſuppeditaſſent, debui, non privato ſolùm nomine dedicandam arbitratus ſum, verùm etiam publico, quandoquidem & Papiſticas hæreſes à nobis multiplice vigilantia ſtudioque depellis; & piorum verbi miniſtrorum manus, ut lupos, veſtimentis ovium amictos, à gregibus arceant, coroboras. Deus, benigniſſimus omnium officiorum Eccleſiæ ſuæ præſtitorum, & autor, & remunerator, eadem tibi diu præſtandi facultatem concedat: ut quemadmodum [u] pi-

[t] verſ. 10.

[u] Camden. Britannia: in Surria.

am

am munificentiam tuam, in ædibus opibúsque ad sublevandos pauperes & promovendas bonas literas adhibitis, posteritas grata recognoscet; ita religiosam curam providendi [a] famulitio Dei de fidis ac prudentibus dispensatoribus, qui famelicas animas pane vitæ pascant, æterna memoria prosequatur. Oxon. Novembr. 15. 1602.

[a] Luc. 12. 42.

Theſium, quibus quæque partibus & paragraphis traitemur, & defendantur, index.

1 *Sacra Scriptura docet Eccleſiam quicquid ad ſalutem eſt neceſſarium.* Præfat. §. 8. Theſ. §. 3. & ſequentib. Apolog. §. 2. & 29.

2 *Eccleſia militans errare poteſt, & moribus, & doctrina.* Præfat. §. 9. Theſ. §. 9. Apolog. §. 39

3 *Major eſt autoritas Scripturæ quàm Eccleſiæ.* Præfat. §. 10. Theſ. §. 17. Apolog. §. 6.

4 *Sancta catholica Eccleſia, quam credimus, eſt cœtus univerſus electorum Dei.* Præfat. §. 11. Theſ. §. 23. Apolog. §. 12. & 38.

5 *Romana Eccleſia nec catholica eſt, nec ſanum membrum catholicæ.* Præfat. §. 12. Theſ. §. 27. Apolog. §. 23.

6 *Eccleſiæ reformatæ in Anglia, Scotia, Gallia, Germania, ceteriſq; regnis & rebuspublicis, jure à Romana ſeipſas ſegregârunt.* Præfat. §. 13. Theſ. §. 43.

CARISSIMIS *in* CHRISTO *fratribus,*

Præfectis Collegiorum Oxoniensis *Academiæ, & ſtudioſorum cœtui,*

JOHANNES RAINOLDUS gratiam & pacem à Deo Patre *noſtro, & Domino Jeſu Chriſto.*

SAMUELEM prophetam, filium primogenitum, Anna mater ſtatuens Deo, à quo ipſum ardentibus precibus impetraverat, ad miniſterium in tabernaculo conventus obeundum dicare & conſecrare: [a] *Non aſcendam,* inquit, *donec educatus fuerit puer iſte; tunc adducam eum, ut in conſpectu Jehovæ compareat, & maneat ibi uſque in ſeculum.* Ego verò meum, quaſi Samuelem, hunc primum [a] 1. Sam. 1. 22.

 fœtum

fœtum munere divino in lucem editum, valentem item & firmum, educati inſtar, eſſe cupiebam, priuſquam ad cœleſtis tabernaculi uſum, ſanctæque Eccleſiæ ædificationem, eum Deo ſiſterem. Ac piorum quidem judicio apud exteros talem æſtimatum inde fit probabile, quòd ornatum laude [b] utiliſſimi operis, denuo excudendum, & in plures oras vulgandum curaverunt. Domi autem typographus, multorum poſtulatu, ſi hoc ſignum eſt paris approbationis, eum voluit etiam recudere Latinè: quem tamen in Anglicam linguam à me verſum, & auctum apologia, ut [c] Anna novam veſtem confecit ſuo Samueli, noſtratibus, aliquoties excuſum, communicaverat. Ceterùm mihi ipſi, fœtus teneritudinem magis magiſq; animadvertenti, tantum à Samuelis, prophetæ evaſuri, præclara & eximia educatione abeſſe viſus eſt: ut obnixè contenderim ne iteraretur editio, quoad ejus oſſa ceteráque membra formare perfectiùs, quemadmodum [d] nutrix ſolet infantis, mihi vacaret.

[b] Præfat. ad præfixa, in præcipuorum doctrinæ Jeſuiticæ capitum tomo 5. Rupellæ, apud Theophilum Regium. M. D. LXXXVI.

[c] 1. Sam. 2. 19.

[d] Galen. de temperament. lib. 3. cap. 2.

2 Interim, quod Anna filii unius Deo conſecrati præſtantiſſimis dotibus conſequuta eſt, id ego dicatione reliquorum omnium

omnium, tametſi numeroſior mihi quàm [c] Annæ ſoboles daretur, implere quatenus poſſem ſtudui. Quippe qui putarem vocem illam [f] Socratis, jubentis Adimantum fratri in pejore cauſa opem ferre, in meliore potiùs audiri oportere: *Adſit viro frater, ut habet proverbium; quare tu, ſi quid hic prætermiſit, adjuva.* Eo ſanè animo, tanquam ad ſubſidium quintæ harum theſium, Romanam ſcilicet Eccleſiam nec catholicam eſſe, nec ſanum membrum catholicæ, aggreſſus ſum ſcribere contra Jeſuitas de Romanæ Eccleſiæ idololatria. Cujus diſputationis libros duos è ſeptem (quid enim aliud facerem, cui [g] David, Abiſaium cum exercitus parte adverſus Sebam mittens, ne conjurationis vires invaleſcerent dum integræ copiæ convenirent, ob oculos verſaretur?) quot tunc per difficultates varias abſolvere quivi, publicavi: propterea quia honor Lincolnienſis Decanatus, ex laudatis [h] Eccleſiæ noſtræ inſtitutis, majus mihi onus docendi viva voce impoſiturus erat, quàm præ infirmitate forem par ferendo; nedum ut ſcribendo quoq; ſuffecturum corpus ſperarem. Nunc poſteaquam divina providentia factum

[c] 1. Sam. 2. 21.

[f] *Apud Platonem lib. 2. de repub.*

[g] 2. Sam. 20. 6.

[h] *Lib. canonum diſciplinæ Eccleſiæ Anglicanæ, Synod. Lond. an. Dom. 1571. cap. de Decanis Eccleſiarum.*

eſt, ut eo me, quod in primis optabam, abdicarem, & loco ad hujuſmodi occupationes magis opportuno, tametſi nec ab aliuſmodi vacuo, præficerer: erunt fortaſſe qui diſputationem, cura cogitatæ ad Lincolnienſes migrationis interruptam, pertexi à me cupiant, quò Jeſuiticorum ſophiſmatum, more Sebæ, ſimplices à ſincero [i] Davidis noſtri cultu ad Pontificias [k] pupas ſeducentium, [l] capita maturiùs per [m] gladium ſpiritus amputentur.

3 Verùm enimvero, quum Sebam Abiſaius perſequi cœpiſſet, [n] Amaſa, perfidiosè confoſſus à Joabo, volutabat ſe in ſuo ſanguine in medio tritæ viæ: quapropter videns quidam cunctos venientes ad Amaſam ſubſiſtere, amovit eum à trita via in agrum, & pallium ei injecit: cadavere autem amoto progrediebatur unuſquiſq; ad perſequendum Sebam. Sanderus & [o] Sanderi ſectatores aliquot, libris inſcriptis *de ſchiſmate Anglicano*, adegerunt [p] gladium linguæ maledicæ in multos juſtiores & meliores ſe, ut in Amaſam [q] Joab: ac eorum famæ, ſeipſam in ſuo ſanguine quaſi volutantis, cadaver Chriſtanis ſpectandum medio tritæ viæ objecerunt. Cujus intuitu

[i] Ezek. 34. 23. & 37. 24.
[k] Ezek. 16. 17. Apoc. 9. 20.
[l] 2. Sam. 20. 22.
[m] Eph. 6. 17.
[n] 2. Sam. 20. 12
[o] *Roſhtonus, Ribadeneira, & Pollinus.*
[p] Pſal. 57. 5.
[q] 1. Reg. 2. 32.

intuitu quum tardari milites, quos Sebam expeditiùs perſequi decebat, reſciſceret vir ampliſſimus: autor mihi fuit ejus è via in agrum velut amovendi, & juſta diſceſſionis noſtræ a Papatu defenſione velandi. Ad hoc igitur ſuſcipiendum ſi adductus dicar, ut [r] Cicero ad Sexti Roſcii patrocinium, rogatu nonnullorum, quorum nec benevolentiam erga ſe ignorare, nec autoritatem aſpernari, nec voluntatem negligere deberet: haud inficias ibo. Quamvis incitari etiam potuerim ſpe ſimilis ſucceſſus, atq; viro Amaſam amolienti contigit: futurũ nempe ut fœdis iſtorum opprobriis in mendacii latebras è luce veri profligatis, Davidis milites alii, haud ſcio an & ipſe, qui expertus ſum illud Annæ, [t] *Jehova morte afficit, & in vitã reſtituit: demittit in ſepulcrũ, & educit*; de integro Sebam perſequamur.

[r] *Pro Sex. Roſcio Amerino.*

[t] 1. Sam. 2. 6.

4 Certè quæ me cauſæ abhinc annos amplius viginti commoverant, ut Briſtoi ſcorpionem, inſidias nobis gemino calumniarum & cavillorum aculeo in [s] *Motivis* & [u] *Quæſtionibus* tendentem, allidere cogitarem: eæ commoverunt magis in præſenti, ut iſtorum preſterem volantem aſpidem ve; aut ſi quod venenatius eſt, ſerpen-

[s] *Motiv. ad fidem catholicam.*

[u] *Quæſt. proponend. hæreticis à catholicis.*

tis genus, enecare cuperem. Nam sereniſſimam noſtram Reginam Elizabetham, alumnam pietatis, propugnatricem fidei, cultricem manſuetudinis, nutricem Eccleſiæ, cuſtodem reipublicæ, patriæ parentem, Briſtous cum [t] impio tyranno [x] comparavit obiter in tranſcurſu, & fidem deſeruiſſe [y] innuit. At iſti eadem probra, & multo tætriora, non in ipſam ſolùm, ſed etiam in parentes, in Edwardum fratrem, in ſenatum, comitia, cunctos ordines regni, conviciis ex profeſſo congeſtis, inculcatis, apertis, abſque ulla circuitione, evomunt. [z] Briſtous generalibus verborum contumeliis, Epiſcopos, Miniſtros, Academias noſtras, & univerſum populum, erroris, impuritatis, perfidiæ condemnavit. At iſti peculiaribus inſuper vitiorum maculis Cranmerum, Bucerum, Petrum Martyrem, aliósque præſtantes in veræ religionis inſtauratione adminiſtros Dei, ac varia Eccleſiæ Anglicanæ membra, nominatim inquinant. Briſtous multijugis circumductionum erraticarum ambagibus conatus eſt Romanam Eccleſiam itidem fucare, ac ſi Judaicam, qualis erat [a] ante regnum Joſiæ, aut [b] ſub adventum Chriſti, defendiſſet

[t] Pharaone illo, qui non agnoſcebat Joſephum. Exod. 1.8. Act. 7.19.
[x] *Motiv.* 47.
[y] *Motiv.* 40.
[z] *Motiv.* 31. & 39. *Quæſt.* 41. & 48.
[a] 2. Reg. 21. 3.
[b] Matth. 5. 20. & 15. 3. & 23. 16.

defendiſſet quiſpiam adverſus reformationem [c] tum ex Scripturis inſtitutam. At iſti, [a] unum echini vaframentum pluris, quàm multa vulpis facientes, licet [d] ſimiles vulpibus per vaſtitates ſint, præcipuè ſtudent Principis primatum demoliri, Pontificis autem exſtruere: quo facto, nihil poterit impedimenti objici quin Papa, tanquam [e] Tereus, certò rem adeptus,

Victimus, exclamet, mecum mea vota ferentur.

Briſtous libris ſingulis ſemel duntaxat, quòd ſciam, editis pugnavit: iiſque ſcriptis unica lingua noſtrate, quæ paucis, ubi venales proſtabant, intellecta eſt. At iſti odium nobis conflant totidem [f] linguis, quot [g] Pilatus Chriſtum infamem reddere inſtituit; nec minùs intellectis à plurimis: & operibus [h] ſepties ſaltem [i] octieſve, ſi non ſæpius, excuſis. Rurſum iſti majore probabilitatis & modeſtiæ ſpecie irrepunt in ſimplicium animos, quia Sanderus ſe cuncta ex fide dignis teſtibus hauſiſſe; ceteri verò ſua vel ex Sandero, viro ſancto, (ſic illum [3] jure laudant) vel ex aliis gravibus,

[c] 2. Reg. 23. 2. Matt. 5. 17. & ſequentib.

[a] Πόσα ἴδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἐπίσταται. *Plutarch. utra animant. prudent. ſint, terreſt. an aquat.*

[d] Ezek. 13. 4.

[e] *Ovid. Metamorphoſ. lib. 6.*

[f] *Latina, Hiſpanica, & Italica.*

[g] Ioh. 19. 20.

[h] *Colonia, 1585. Roma, 1586. Ingolſtadii, Madriti, Cæſar-auguſtæ, Antuerpiæ, 1588. & iterum Roma, 1594.*

[i] *Alicubi, præterquam Roma, in Italia.*

[3] Nos in hac terra ſolemus eos omnes appellare ſanctos qui benefaciunt nobis: *inquit Caribuſianus quidam in Italia Philippo Cominæo, roganti* cur Galeacium tyrannum, templi ipſorum exædificatorem, ſanctum appellaſſet. [*Comine. comment. de Carolo VIII. cap. 12.*] *Sanderus autem, Principis patriæque proditor, ad mortem uſq; pro monarchia Eccleſia Romanæ ac pro Papiſtis decertavit.*

scilicet, autoribus se transtulisse profitentur. At Bristous, qui [k] Goliam agens, aut [l] Thrasonem, formidatum omnibus; de Protestante quodam [m] quæsivit jactabundus, *Ecquis magnorum ejus magistrorum ad Quæstiones meas respondebit?* hæc [n] ibidem de nobis scripsit: *Resuscitarunt non unam, aut duas, sed* [4] *permultas hæreses antiquas,* [5] *præter mille minimum amplius (audeo dicere) à seipsis excogitatas.* In quibus, ut ex altera parte præsidentem insscitiam ostendit, superbę temeritatis paulo pòst convictam, quando & *Motiva* ejus enervavit, non solùm ad *Quæstiones* respondit [o] eruditus laboriosúsque servus Christi: ita ex altera insignem prodidit vanitatem, qualem [p] *Artotrogo*, parasito suo, *Pyrgopolinices* in Plautina fabula deridendam propinat.

PYR. *Ecquid meministi?* AR. *Memini: centum in Cilicia*
Et quinquaginta, centum Sycolatromidæ,
Triginta Sardi, sexaginta Macedones,
Sunt homines tu quos occidisti uno die.

PYR. *Quanta istæc hominum summa est?*
AR. *Septem millia.*

PYR. *Tantum esse oportet: rectè rationem tenes.*

AR. *At*

[k] 1. Sam. 17. 10
[l] *Terent. Eunuch. act. 3. scen. 1.*
[m] *Quæst. 34.*
[n] *Quæst. ult.*
[4] So many. Tam multas verò dicit, respiciens id quod affirmaverat, *Quæst. 38.* apud Protestantes *minimum* reperiri antiquas hæreses quinque & viginti minimum.
[5] Besides (as I ambold to say) at least a thousand more of their owne invention.
[o] *Guliel. Fulc. retent. adversus motiv. Bristoi.*
[p] *Plaut. in Milite glorioso.*

A R. *At nullos habeo ſcriptos: ſic meminit tamen.*

Denique Sanderus imitatione ac laudatione Briſtoi non tam [q] proverbium vetus renovat, *Aſpis à vipera venenum mutuatur*, quàm novi anſam præbet, Aſpis & ſuo & viperæ veneno pugnat: immo viperarum turbam veneno vtriuſque inſtruit, Papiſtas virulentiſſimos, qui paſſim tripartitum libellum *de ſchiſmate Anglicano*, non ut eſurientis & mendaciſſimi Græculi, ſed ut Attica fide ſcriptoris, opus citant. Quo juſtiùs mihi videbar vel exemplo Chriſti conterentis [r] *ſerpentes, progenies viperarum*, commoveri poſſe, ut viperas, exiſto ſerpente ſubnaſcentes, in ipſius utero per Dei gratiam opprimerem.

[q] *Tertullian. adverſ. Marcion. lib. 3. cap. 8.*

[r] Matt. 23. 33.

5 Quòd ſi, quia prophetis [s] aſcendendum eſſe ad irruptiones didiciſtis, optabitis navatam à me potiùs operam adverſus Bellarminum, hoſtem omni ex parte caſtrorum periculoſiùs nobis inſidiantem: ſcitote me in vallo quaſi obducendo pro Anglicana Eccleſia, cujus Chriſtianam reformationem iniquiſſimè nota ſchiſmatis inſuſcant, vitare nequiviſſe quin illum ſæpenumero confutandum proponerem.

[s] Ezek. 13. 5.

Etenim

Etenim primariæ controverſiæ caput, de ſuprema ſecundum Deum Principiſne, an Papæ, in gentem Principi ſubjectam poteſtate, Sanderus argumentis eiſdem in minore volumine de ſchiſmate, quibus in majore de viſibili monarchia Eccleſiæ ventilat agitátque: [t] Bellarminus autem monarchiam Sanderi ad ſuas manus perveniſſe, ac [u] ejus ſe veſtigiis inſiſtere oſtendit. Reliquum porrò truncum Sanderani criminis Bellarminus ſeorſum per ſingulas partes expolit, & univerſum ſimul [x] commendat hiſce verbis: *In Anglia noſtris temporibus regnante Henrico, & poſtea Edwardo, totum regnum à fide quodammodo apoſtatavit; regnante Maria, iterum totum regnum ad Eccleſiam rediit; regnante Elizabetha, iterum regnare cæpit Calviniſmus, & vera exulare religio.* Ego verò ad meam ſtructuram muniendam contra violentiſſimos cujuſvis quantumcunque ſpumantis undæ impetus excitabar exemplo marinæ avis, alcyonis: quæ (ut [y] fertur) nidum, ex firma & exquiſitè compacta materia fabricatum, litori, quò fluctus extremi pertingunt, applicat; & quicquid ex appulſu aquæ deprehendit nondum ſatis ſolidè coagmentatum eſſe, id

[t] *Præfat. in libros de Romano Pont.*
[u] *De Rom. Pont. lib. 1. cap. 5.*
[x] *De Rom. Pont. lib. 5. cap. 7.*
[y] *Plutarch. utra animant. prudentiora ſint, terreſt. an aquat. Aelian. de animalib. lib. 9. cap. 17.*

id ſarcit ac conſtipat. Namque ſi alcyonem [x] futuræ prolis cura & amor naturalis tam ſolicitam habet, ut pullis pariendis ædificium præparet impenetrabile mari: metuendam rebar cenſuram ejus Spiritus, [a] qui homines ex hujuſmodi animantibus erudit, niſi ad tuendos prophetarum filios adverſus decumanos & tumidiſſimos etiam, non modò minores fluctus, domum quàm maximè communire niterer. Nec meum hujus rei ſtudium infregit cupiditas nonnullorum: quibus omnis mora, ut fit, nimium longa feſtinantibus viſa eſt. Prudentiores, qui ſciunt [b] diutius duraturos tres verſus cunctante Euripidis ſtylo deductos, quàm centum præcipitante Alceſtidis effuſos, ſperabam cum [c] Hieronymo aſſenſuros Catoni, *Sat citò, ſi ſat bene*: & ad Ciceronis ardorem adjuncturos candorem Ciceronis, [d] qui, quanquam vehementer expeteret munus literarium à Varrone promiſſum, tamen quod ab illo tardiùs fiebat, diligentiùs fieri interpretans, excuſabat. Præſertim ſi triennium à Sandero libris de ſchiſmate impenſum, eóſq; nihilominus abſolvendos [e] alteri relictos animadverterent; & quanto plus ſpatii ad ſananda

[x] *Plutarch. ibid. & opuſc. de naturali amore parentum erga proles.*

[a] Prov. 6. 6. Eſai. 1. 3. Jer. 8. 7.

[b] *Valer. Max. lib. 3. cap. 7.*

[c] *Epiſt. 26. ad Pammach. cap. 4.*

[d] *Præfat. in Academ. quæſt. lib. 1.*

[e] *Riſtoma.*

sananda talia vulnera requiratur, quàm ad
[f] *Iliad. lib. 9.* infligenda, ex [f] Homericarum Litarum tarditate comparata cum Ates velocitate reputarent.

6 Hoc sanè modo, ut potui magis quàm ut volui, progressus sum in opere Sanderi aliquousque, ad præcipuæ partis consummationem: donec providentia divina variis obstaculis inhiberet ne pergerem. Quod de inopia materiæ idoneæ ac
[g] *1. Reg. 5. 15.* in promptu itidem habendæ, ut à [g] Solomone ad opus templi præparata ligna lapidésque, non tantopere dico. Tametsi deerant mihi, fateor, legationum aliarúmq; rerum instrumenta & acta, perneccssaria variis criminibus refellendis, quæ autores & causam intentati nobis schismatis attingunt. Etiam libri quidam à [h] Sandero & [i] similis Sanderanis citati: unus potissimùm, Rastalli nempe Judicis de vita Thomæ Mori, probri, ad maximum toti religionis reformationi odium conflandum, in illustrissimam fœminam, ejus fautricem, regémque præstantissimum facti testis unicus. Quem haud scio an pari commento excogitatum adhibuerit Sanderus, at Syrus [k] Terentianus, fatigaturus Demeam, monstravit

[h] *De schism. Angl. lib. 1. in marg.*
[i] *Ribadeneira, & Pollini.*
[k] *Adelph. act. 4. scen. 2.*

monſtravit ei viam per angiportum minimè pervium. Profectò[l] Stapletonus hoc facit perveriſimile, quando cum eodem Raſtallo ſe verſatum eſſe familiariter in communi exilio, & de Moro frequenter colloquutum narrat; nec indiligenter evolviſſe omnes ſcriptores, qui de Moro aliquid ſcripſiſſe videntur, aſſeverat; eóſque, nullo prorſus Raſtallo interſerto, ſigillatim enumerat. Sed remora mihi objecta difficilior erat, qualis [m] Epaphroditi ad Philippenſes ſuos reditum impediebat, quum proximè mortem ægrotaret. Nam præter intemperiem ex graviſſimo frigore, quæ vires meas ante triennium ſic afflixit hieme fere tota & magna parte veris, ut vita in diſcrimine verſari putaretur; præter acerbiſſimos cruciatus podagræ, qui multos mihi deinceps menſes parum cõmodos ad ſtudia reddiderunt, nec abſque ſimili metu; aurium tinnitus, vel potiùs ſtrepitus validus duos jam integros annos & dimidium, alia perſæpe multiplici ægritudine auctus, me diſtinuit. Morbus utrùm finem mortiferum certò minitans ſi intendatur & longus ſit, viderint [n] medici. Tam moleſtus quidem mihi perpetuo velut

[l] *Lib. inſcript. Tres Thomæ: proœm in Tho. Mori vitam.*

[m] Phil. 2. 26.

[n] *Aretæus de morbor. diuturnor. curat. lib. 1, cap. 3.*

lut tympani sono turbante caput interdiu, noctu item magis vexante dum multas horas temporis ad quietem à natura dati transire cogit insomnes : ut [o] Fabii consilium, *ne lucubrationi plus irrogetur quàm quod somno supererit, haud deerit, quoniam diligentiæ scribendi obstat fatigatio*, ad diurna quoque studia, magnam animi contentionem poscentia, ex analogia rationis accommodandum ducerē. Melior enim Fabio magister, Ecclesiastes, [p] *Qui findit ligna*, inquit, *periclitabitur eis, si postquam hebetaverit ferrum, is aciem non exacuat, sed vires intendat.* Quæ vox, quantumvis alium ad scopum collineet, è sententiæ tamen tenore simul infert rem & indicatam [q] veteri proverbio, *Malo nodo malus cuneus requirendus est* : & firmatam exemplo Milonis Crotoniatæ, qui (oblitus quod [r] dixerat de lacertis suis, *At hi jam mortui sunt,*) [s] conatus frustra insertis manibus divellere quercum fissam cuneis adactis, itáque meliùs findendam, miserè periit. Nec dubito quin periculum ab Ecclesiaste denunciatum si intenderem vires, quum ferri hebetati aciem exacuere cœlestis esset medici, non invaletudinis meæ, causam satis justam

[o] *Quintilian. lib.10.cap.3.*

[p] *Eccl.10.6.*

[q] *Hieron. epist. 83.ad Oceanum.*

[r] *Cic. de senect.*

[s] *Valer. Max. lib.9.cap.12.*

ſtam præbuerit optandi, ut ad id quod reſtat ex peſſimo Sanderi nodo diffindendum aliquis firmioribus cuneis inſtructus, & ſecurim acutiorem validioréſq; lacertos habens, ſe accingeret.

7 Proinde, quia nemo factus eſt ad otium, nec nobis ſolis nati ſumus, de facilioris operæ negotio cogitavi, recognoſcendis theſibus, quas olim exaraveram: ſicuti [s] Palinurus, poſtquam vidit fieri non poſſe ut contra ventos in Italiam tenderet, deflexit in Siciliam, approbante Ænea, ubi antè fuerant hoſpitio accepti. [u] Paulus, & comites, quum à Spiritu ſancto prohibiti fuiſſent ſermonem Dei loqui in Aſia & Bithynia, ex viſo, quod per noctem Paulo eſt conſpectum, Macedone quodam precante ipſum, & dicente, *Tranſiens in Macedoniam ſuccurre nobis*, collegerunt ſeſe à Domino in Macedoniam vocari ad evangelium illis annunciandum. Mihi, cui Deus ordinarium verbi ſui præceptum eodem loco ac viſum extraordinarium Paulo eſſe voluit, mandatum [x] acuendi & [y] ædificandi alios, [z] ſtandiq; in irruptionibus, [a] aculeos admovit, ut provinciam iſto modo [b] decertandi pro fide ſanctis ſemel

[s] *Virg. Æneid. lib. 5.*

[u] *Act. 16. 6.*

[x] *Heb. 10. 24.*
[y] *1. The. 5. 11.*
[z] *Ezek. 13. 5.*
[a] *Eccl. 12. 13.*
[b] *Jud. verſ. 3.*

mel traditā susciperem. Nam etsi veritatem thesium mearum pridem contra impetus Gregorii Martini & Thomæ Stapletoni, apologia Anglicè scripta, propugnaveram: [c] Stapletoni tamen calumniæ Latina lingua priùs vulgatæ, ac postea [d] repetita editione auctæ, auctam Latinámq; itidem apologiam, ne latiùs emplastro pateret vulnus, flagitabant. Præterea existorū serpentum & similium quasi dentibus proseminatus, & ad quosdam è nostris spoliandos immissus, exercitus *Jesuitarum* & *Presbyterorum seculi* redivivum sistit *Nachash* Ammonitam: [e] qui, castris contra Judaicam Jabesi urbem positis, hac lege cum civibus se pacturum dixit, si effodi sibi oculum cujusque dexterum paterentur. Immo, præcurrere Ammonitam cupiens, & funestius probrū toti Anglicano Israeli imponere, hac una conditione fedus percutiet, si effosso oculo non dextero solùm, sed utroque, cæcam obedientiam (quam Jesuitæ quanti faciant, [f] alibi ostendi,) præstare Papæ voluerint. Quamvis autem nequeam iustruere tantas copias ad talem pestem Jabensibus nostris avertendam, quantas alii multi, à quibus, velut à [g] Saule ac

[c] *Demonstrat. principior. fid. doctrin. Paris. apud Sonnium. M.D.LXXXII.*

[d] *Relect. principior. fid. doctrin. Antuerp. apud Keerbergium. M.D.XCVI.*

[e] 1. Sam. 11. 2.

[f] *De idololatria Rom. Eccles. præfat. ad Angl. Seminar. §. 7.*

[g] 1. Sam. 11. 9.

ac Samuele, auxilium imploratum eſt: tamen, véritatis vi invicta fretus, auſim affirmare, quicunque tenuiculum mearum theſium agmen cum adverſariorum inermi & inanimi turba comparârit, eum nullo virium Ammoniticarum terrore, ut fœdiſſimo ſe tyranni jugo ſubmittat, adactum iri. Niſi minus habeat cordis quàm [h] Romani, Juliano duce, contra perfidum Daciæ regem Decebalum, à Domitiano miſſi: qui, quum trucidatas vidiſſent Daci copias, iſque novi exercitus ſpeciem ſimularet cædendo plurimas arbores, regiæ propinquas, & earum truncos armis induendo, expavefacti receſſerunt.

[h] *Dio Xiphilini epit. in Domit.*

8 Nam quum [i] Proteſtantes, Eccleſiæ ab erroribus & ſuperſtitionibus purgandæ ſtudio pereiti, à Tridentina Synodo peterent ut ex ſacræ Scripturæ judicio deciderentur controverſiæ, quod Bohemis annuerat [k] Baſileenſis Synodus, & ante Synodum Baſileenſem [l] catholici doctores annuendum agnoverant: prudentiores

[i] *Sleidan. comment. lib. 23. an. Dom. 1552.*

[k] *Seſſ. 4. in ſalvo conductu Bohemorum, his verbis:* Lex divina, praxis Chriſti, Apoſtolica, & Eccleſiæ primitivæ, unà cum conciliis doctoribúſque fundantibus ſe veraciter in eadem, pro veriſſimo & in-

differente judice in hoc Baſileenſi concilio admittentur.

[l] *In reſponſione ad object. 9. Huſſitarum, apud Cochlæum, hiſt. Huſſit. lib. 1. dicentes:* Secundum ſacram Scripturam (quum ſit regula infallibilis, mettrum & menſura omnium agibilium humanorum) judex eccleſiaſticus, præſertim in materia fidei, judicare debet.

facti patres [m] Tridentini *Scripturæ* soli tantum deferre noluerunt, sed cum verbo Dei *traditiones* & decreta humana copulârunt. Eodem prorsus modo, quo patres Judaici [n] *traditiones seniorum*, & [o] *dictum esse antiquis*, pro superstitionibus erroribúsque suis urgebant: etiam Deum tandem [p] affirmantes Mosi dedisse in monte Sinai Scripturas atque [6] Talmud, sive [q] geminam legem, [7] alteram scriptam, [8] alteram non scriptam; ut Papistæ Apostolos à Christo aiunt accepisse, non solùm quæ sacris literis consignata sunt, sed etiam reliqua dogmata, mysteria, sacramenta Romanæ Ecclesiæ; ac verbum Dei in Scripturam traditionésque [t] partiuntur, seu aliud Dei verbum non scriptum, aliud scriptum faciunt. Qua in re tametsi autores Christiani non ita fraudem Satanæ observârunt cuncti, quin eam imprudentes interdum promoverint: [r] exploserunt tamen veteres hære-

[m] *Post sess. 18. in salvo conductu ecclesiæ Germanicæ nationi:* Causæ controversiæ secundum sacram Scripturam, & Apostolorum traditiones, probata Concilia, Catholicæ Ecclesiæ consensum, & sanctorum Patrũ autoritates in hoc Tridentino concilio tractabuntur.

[n] Marc. 7. 5.

[o] Matt. 5. 21.

[p] *Talmud Babylon. tract.* Beracoth. *cap.* 1. משנה *dicunt &* גמרא: *quibus ex duabus partibus Talmud constat, vt ex decretis & decretalibus jus Pontificium,*

[q] *Rabbi Moses Maimon. præfat.* Misnajoth. *Quas sic appellat ille numero multitudinis, vt Epiphanius [hær. 15.] & Hieronymus [epist. 151. ad Algas. quæst. 10.] διδασκαλίας dictas esse commemorant: tametsi Justinianus [novell. 146.] ait, τὸν παρ' ἑνὸς λεγομένων διδασκάλων, vt à Judæis vulgò nuncupatur* תורה שבעל פה *&* תורת שבכתב משנה

[r] *Catechism. Trident. in proœmio. Bellarmin. de verbo Dei non scripto, cap. 1. & alt.* [s] *Irenæ. adversus hæreses. lib. 1. cap. 24. lib. 3. cap. 2. & 3. Tertullian. de præscript. adversus hæret. cap. 25. Hieronym. in Agga. propht. cap. 1.*

ticos, qui fingebant Chriſtum Apoſtolis ſecretò quædam revelaſſe communicanda dignis tantùm perfectíſque; & commenta ſua, Scripturis minimè nixa, tueri quaſi traditione Apoſtolica ſtudebant. Quis autem ſcit an ideo [c] Tridentina Synodus decretum de Scripturis & traditionibus ſic expreſſerit, ut videri poſſet (ſicuti [u] Kemnicius notavit) hoc ſolùm velle, unam & eandem eſſe doctrinam Evangelii, quam Apoſtoli primùm voce tradiderunt, & poſtea libris ſcriptis complexi ſunt, niſi patefeciſſet [x] Andradius Synodi ſenſum, non omnia informandæ fidei ac moribus, id eſt, animorum ſaluti neceſſaria Scripturis contineri. Quanquam ſuos alia mente, vel fuiſſe, vel eſſe debuiſſe arbitratus videtur vir Andradio major [y] Gregorius Decimus tertius: qui Regia Biblia, ſeu Scripturas magnificentia regia variis linguis editas, tanquam beneficium permagnum celebrat, dicens. *Nam quod ad Theologiam attinet, quæ eſt ſumma philoſophia, his libris omnia noſtræ religionis & Divinitatis myſteria explicantur: quod verò attinet ad eam partem, quæ Moralis nominatur, hinc quoque omnia ad omnes virtutes præcepta colliguntur*

[c] *Seſſ. 4. decret. 1.*

[u] *Exam. Concil. Trident. part. 1.*

[x] *Orthodox. explicat. lib 2.*

[y] *Liter. ad Philipp. Hiſpaniar. regem: In exemplu præcipuè actorum publicor. ad Regia Biblia & ſacrum apparatum pertinentium.*

liguntur: quibus quidem duabus partibus omnis noſtræ ſalutis & fœlicitatis ratio continetur. Sed quoniam, etſi ſpes ſit Papiſtas veri cupidiores progreſſu temporis in ſententiam Pontificis tanti tranſituros, [y] perveſirores interim pro traditionibus certant: ego prima theſi contrà evinco, Scripturis comprehendi quæcunque ad ſalutem Eccleſiæ requiruntur.

[y] *Canif. Coſter. Lindan. Bellarmin. Greg. de Valent. Stapleton. Baron.*

9 Proximum Romanæ Curiæ propugnaculum quod reformationi oppoſuerunt iidem Tridentini patres, autoritas eſt Eccleſiæ: modeſtioribus quidem verbis [a] primò in ſpeciem, re autem vera ſimilibus atque pòſt effati ſunt; [b] *Eccleſia errare non poteſt in fidei ac morum diſciplina tradenda.* Utrùm exemplum item Judæorum hac in re ſequuti, jactantium, [c] *Non eſt perditura lex à ſacerdote, & conſilium à ſapiente, & verbum à propheta*: an [d] Perſicorum judicum, qui conſulti à rege Cambyſe ſororem ſuam impudicè amante, ecqua lex cuivis permitteret cum ſorore matrimonio jungi, reſponderunt, nullam ſe legem invenire iſtuc permittentem, at invenire quandam, per quam liceret regi Perſarum facere quæ libêret? Nam Eccleſia Pontificia, impuro

[a] *Concil. Trident. poſt ſeſſionem 18. in ſalvo conductu conceſſ. Germanis.*
[b] *Caterbiſm. Trident. in expoſ. Symb.*
[c] Ier. 18. 18.
[d] *Herodot. in Thalia.*

impuro idolorum flagrans deſiderio, & latriam illis exhibere volens, affectat flagitioſius conjugium quàm Cambyſes, nulla Dei lege cuilibet permiſſum. At legem, qualem Perſæ habebant ancillantem libidini regis ſui, Deus pro Eccleſiæ licentia non habet: ut inſanam potiùs Judæorum ſuperbiam fictores ejus imitati eſſe videantur. Quod divini juris ex omnibus Pontificiis judicibus peritiſſimus, partim Papa ipſe, partim Jeſuitarum & aliorum chôrus evidenter arguit: etſi Eccleſiæ nomine, haud dico plebem cum ſingulis paſtoribus, ſed vel Synodum Epiſcoporum ſignifices; nec particularem modò, ſed etiam generalem. Synodum a Papa non confirmatam, inquies: nam eam errare poſſe [e] aſſerunt. Immo, licet ita quoque permultorum è ſuis faſtum calcent, Eccleſiam Papæ oppoſitam errare poſſe [f] negantium: ego addo, & Synodum à Papa confirmatam. Quippe Tridentina, [g] jubendo libros ſacræ Scripturæ, prout in veteri vulgata Latina editione habentur, pro canonicis ſuſcipi, ac [h] illam editionem in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus haberi pro

[e] *Leo Epiſt. 24. & ſequentib. ad Theodoſium & Pulcheriam. Bellarmin. de Eccleſia militant. lib. 2. cap. 10. & 11. Gregor. de Valent. analyſ. fid. cathol. lib. 8. cap. 7.*

[f] *Concil. Baſil. in reſponſione ſynodali, de auctoritate generalis Concilii ſupra Papam. Card. Cuſanus, Gerſon, Almain, &c. quibus it dem placent Concilium ſupra Papam eſſe.*

[g] *Seſſ. 4. decreto 1.*

[h] *Decret. 2.*

authentica, nec à quoquam rejici quovis prætextu, incurrit in erroris notam turpiſſimam: quam ut [i] Kemnicius aperit, dicendo, hinc pro iis quæ Spiritus ſanctus in Hebraicis & Græcis fontibus ſcripſit, ea tanquam authentica obtrudi quæ librarii mutârunt, mutilârunt, atque addiderunt; ſic [k] Bellarminus agnoſcit taxari jure, ſi vera ſit, dum pro falſa reſpuens, *Quis*, inquit, *ſanæ mentis homo unquam diceret librariorum vitia ſuſcipienda pro Spiritus ſancti verbis?* Enimvero quod ille, & ante illum [l] Andradius adverſus Kemnicii notationem regerunt, Synodum eodem decreto ſtatuiſſe, ut hæc ipſa vetus & vulgata editio quàm emendatiſſimè imprimeretur: hoc Kemnicii dicto majorem fidem facit, quâdoquidem, quæ tandem impreſſio talis eſſet, definiendum à Papa dereliquit Synodus, ut & [m] Andradius innuit. Unde [n] Sixtus Quintus editionem quandam à ſeipſo correctam & excuſatam Romæ, anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo, cenſendam eam eſſe decrevit emendatiſſimam, quam Tridentina Synodus haberi pro authentica juſſit. Jam in libro Geneſis, ubi ſcriptum erat, [o] *Ipſe conteret caput*

[i] *Exam. Concil. Trident. part. 1.*

[k] *De verbo Dei, lib. 2. cap. 10.*

[l] *Defenſ. fid. Trident. lib. 4.*

[m] *Eodem libro.*

bus verbis: Quũ veterem vulgatam Latinam editionẽ quàm emendatiſſimam ab Apoſtolica ſede acceperimus, omni crimus cura atque dubitatione liberi.

[n] *Præfat. Bibliar. ſacror. vulgatæ editioni ad Concilii Tridentini præſcriptum emendator. & à Sixto V. recognitor. & approbator.*

[o] *Gen. 3. 15.*

put tuum; iſta editio legit, *Ipſa conteret*: mendum librariorum, ut [p] Canus ex [q] Hieronymo, [r] Andradius porrò è [s] Leone, [t] Ribera autem pluribus argumentis adſtruit. In hiſtoria Joſuæ, ubi ſcriptum erat, [u] *Quæ ſe traderet filiis Iſrael*: iſta editio legit, *Quæ ſe non traderet*: mendum librariorum, ut [x] Clemens Octavus, ne [y] Canum [z] theologóſque Lovanienſes memorem, delendo negativam particulam declarat. In Evangelio Lucæ, ubi ſcriptum erat, [a] *Euerſit domum*; iſta editio legit, *Euertit domum*: mendum librariorum, ut ex [b] Chryſologo rectè conjecerat [c] Zegerus, & idem Papa [d] Clemens emendatione loci atteſtatur. In Evangelio denique Johannis, ubi ſcriptum erat, [e] *Si eum volo manere*; iſta editio legit, *Sic eum volo*: mendum librariorum, ut [f] Maldonatus etiam, Jeſuita Papiſticis deformitatibus cunctis, quæ probabilitatis pigmentum ullum admittunt, fucandis addictiſſimus, non ſolùm Cardinales [g] Beſſario, [h] Caietanus, [i] Toletus, & Epiſcopus [k] Janſenius, [l] aliique indicant. Itaque Latina librariorum vitia pro Græcis & He-

[p] *De locis theolog. li. 2. cap. 15.*
[q] *Quæſt. Hebr. in Geneſ. cap. 3.*
[r] *Defenſ. fid. Trident. lib. 4.*
[s] *Sermon. 2. de Nativit. Dom.*
[t] *Comment. in Habac. cap. 1. §. 32.*
[u] *Joſ. 11. 19. Hebr.* אשר חשלימו
[x] *In Bibliis ſacris vulgat. edit. M. D. XCII. & XCIII. Romæ.*
[y] *De locis theolog. li. 2. cap. 15.*
[z] *Lib. variarum lect. in Latinis Bibl. edit. vulg. ſacri apparat. ad Regia Bibl. tomo ult.*
[a] *Luc. 15. 8. Græcè ουεσ.*
[b] *Serm. 169.*
[c] *Epanorthot. in Novum Teſt.*
[d] *Ibidem.*
[e] *Joh. 21. 22.*
[f] *Comment. in Johann. cap. 21.*
[g] *Diſcept. de ea parte Evang. Johann. ἐαὺ θέλω μένειν.*
[h] *In eundem locum.*
[i] *In Johan. cap. 21. annot. 10.*
[k] *Concord. evang. cap. 148.*
[l] *Citati à Franciſco Luca. notat. in Biblia edit. Antuerp.*

braicis Spiritus sancti verbis suscipienda sanxit concilium Tridentinum. Nec enim, quod in nova [m] Clementis editione prætexitur, respondi potest Sixtum Quintum, animadvertentem, quum operam daret ut in lucem emitteretur hæc editio, irrepsisse præli vitio non pauca, quæ iterata diligentia indigere viderentur, totum opus sub incudem revocandum censuisse atque decrevisse. Nam & quicquid à prælo peccatum animadverterit in opere jam excuso, id diligentissimè correxit; cui rei testimonium tùm ipse vivus perhibuit, [o] tùm alius fide dignus autor eo mortuo: & [p] opus sic correctum juxta Tridentini Concilii decretū, cum omnibus suis partibus legantur, prout in veteri vulgata Latina editione habentur. Nec eo contentus, universa tum Biblia sic emendata, & recenter impressa, de integro perlegit, ut omnia si deliner recognita in lucem prodirent. [q] Hæc nostra, inquit Sixtus [in Bulla Biblijs suis præfixa loco præfationis] perpetuò valitura constitutione, de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium super typographia Vaticana deputatorum consilio & assensu, & ex certa nostra scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine statuimus ac declaramus, eam vulgatam sacræ tàm veteris, quàm novi Testamenti paginæ Latinam editionem, quæ pro authentica à Concilio Tridentino recepta est, sine ulla controversia censendam esse hanc ipsam, quam nunc, prout optimè fieri potuit, emendatā, & in Vaticana typographia impressam, in omnibus Christiani orbis ecclesiis legendam evulgamus: decernentes eam, priùs quidem universali sanctæ Ecclesiæ, ac sanctorum patrum consensione, deinde verò generalis Concilii Tridentini decreto, nunc demum etiam Apostolica nobis à Domino tradita autoritate coprobatam, pro vera, legitima, authentica, & indubitata, in omnibus publicis privatisq; disputationibus, lectionibus, prædicationibus, & explanationibus recipiendam & tenendam esse.

rectum

[m] *Præfat. ad lectorem.*

[n] *In præfatione, dicens:* Nostra nos ipsi manu correximus, si qua prælo vitia obrepserant.

[o] *Angelus Rocha, comment. de Bibliotheca Vaticana à Sixto Quinto condita, pa.* 229. Sacrosanctā paginā perlegit universam & emendavit ita, ut omnes sacri

rectum in lucem, quanta maxima cum approbatione potuit, emisit; Ecclesiæque pro authentico, ad omnem posteritatem, habendum commendavit. Quanquam & ex Bibliis Clementinis, Sixti jussu (sicut titulus mentitur) recognitis, perspicuum fit quod dixi, librariorum menda pro verbis Spiritus sancti ex Tridentino decreto susciпi: quum è quatuor locis, quos exempli gratia proposui, [p] primus in Hebraico, [q] postremus in Græco fonte aliter legatur, quàm rivulus hic Latinus per describentium culpam habet. Quo minùs in secundam thesim insurgere quibunt Pontificii, ut deinceps negent Ecclesiam militantem errare posse doctrina. Præsertim quum moribus errare ipsam posse, quod eadem thesi (ut errorem suum in Catharorum exemplo faciliùs videant oderintque) ostendo, fateantur.

[p] Gene.3.15. הוא ישופך ראש והשופך עקב

[q] Joh.21.22. ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι.

10 Ac tanto rursum minùs se opponent tertiæ: qua majorem esse Scripturæ quàm Ecclesiæ autoritatem demonstro. Equidem mirarer quenquam, qui [r] ecclesiam debere Christo subjici, Scripturam autem [s] Christi sermonem esse nosset, potuisse unquam contrariam opinionem amplecti:

[r] Ephe.5.24.

[s] Col.3.16. 1.Pet.1.11.

plecti: nisi hominum sibi placentium pertinaciam ad absurdissima deliria, studio receptas semel sententias defendendi, provehi, ex [x] Anaxagoræ nive nigra perspexissem. Nam posteaquam [u] Bohemi communionem Eucharistiæ sub utraque specie à Pontificiorum machinis, Basileæ, constanter vindicassent doctrina Euangelica; séque, si Concilium, aut Papa, aut Prælati quicquam repugnanter Bibliorum canoni mandarent vetaréntve, non obtemperaturos, sed præcepto Christi auscultaturos, respondissent: [x] Cusanus Cardinalis, à Nicolao Quinto ad eos in Romanæ consuetudinis viam revocandos missus, adversus [1] hoc responsum asseruit, [2] tantam esse Scripturæ autoritatem, quantam Ecclesia vult, haud ampliorem; & inde, post vesanam probationem rei, disertis ad extremum verbis [7] concluſit, *Autoritatem Ecclesiæ præferendam Scripturis*. Item quum [z] Lutherus, Evangelii causam contra Pontificias indulgentias agens, [a] Scho-

[x] *Cir. Academ. quæst. lib. 4.*
[u] *Cochlæ. hist. Hussit. lib. 6. & 7.*
[x] *Epist. 2. ad Bohemos.*
[1] Dicitis præcepto Christi obediendum esse primo loco, deinde Ecclesiæ: &, si aliud præceperit Ecclesia quàm Christus, non Ecclesiæ sed Christo obediendum.
[2] Possibile nõ est Scripturá quamcunque, sive ipsa præceptum sive consilium cõtineat, in eos qui apud Ecclesiam existunt, plus autoritatis ligandi habere aut solvendi fideles, quàm ipsa Ecclesia voluerit: *& qua sequuntur.*
[7] *Epist. 3. ad eosdem.*
[z] *Luther. epist. ad Hiero. Episcopũ Brandeburg. & protestat. præfixa resolutionib. de Indulg. Latinor. oper. tom. 1.*
[a] *Scriptoribus, legit Basileensis editio Cusani: mendosi, pro Scripturis, ut patet ex prægressa disputatione, quam si respicere dolet his verbis,* Superiora satis ostendunt.
[a] *Sleidan. comment. lib. 1.*

lasticis

laſticis & Canoniſtis parum ſe tribuere, ſacris verò literis plurimum, monuiſſet: [b] Silveſter Prierias, Scripturam ab Eccleſia Pontificeque Romano autoritatem ac robur trahere præfatus, [c] *Indulgentiæ*, inquit, *non innotuere nobis autoritate Scripturæ, ſed autoritate Eccleſiæ Romanæ, Romanorúmque Pontificum, quæ major eſt.* Et quanquam evidentia veritatis in omnes partes ſe fundentis coactus eſt [d] Pighius parumper axiomatis fœditatem tegere, vel [e] efferendo timidiuſculè, vel [f] cruſtam ei obducendo: tamen, cum Silveſtro [c] tandem ſe conſocians, [g] Eccleſiæ autoritatem autoritate Scripturæ non ſolùm in nullo inferiorem eſſe, ſed in [f] multis etiam majorem pronunciavit. Nec aliter [h] Elyſius Neapolitanus, poſt autoritatem parem vtrique aſſignatam quatenus Scriptura eſt approbata & confirmata ab Eccleſia, ſubjecit: *Si autem abſolutè & ſimpliciter de Eccleſia loquamur, dicimus Eccleſiam majoris eſſe autoritatis ſacra Scriptura, quia Eccleſia dat Scripturæ autoritatem.* Ceterum hæc ſacri-

[b] *Dialog. de teſtate Papæ: fundam. 3.*
[c] *Ibid. contra Luther. concluſ. 56.*
[d] *In hierarchia eccleſiaſt. præfat. ad Paulum III. & lib. 1. cap. 2.*
[e] Eccleſiaſticæ traditionis nihilo minorem, ne dicam multo etiam ampliorem efficaciorémq; quàm Scripturarũ autoritatem exiſtere.
[f] Habemus non ſolùm non inferiorẽ, non ſolùm parem, immo & quodammodo ſuperiorem & notiorem Eccleſiæ autoritatẽ autoritate Scripturarum.
[g] *Eodem lib. & cap. ſub finem.*

[a] Quam Scripturarum autoritate demonſtravimus in nullo inferiorem: immo quanto ea major ſit, in ſequenti oratione conabimur explicare accuratiùs. [h] *Lib. 2. cap. 3. & 4.* [i] *In ſpicilegio, quæſt. 29. artic. 5.*

lega

lega Papiſmi defenſio moderatioribus [h] Pontificiis diſplicet. Itaque [i] Bellarminus, propoſita quæſtione, *An major ſit autoritas Concilii quàm Scripturæ*, nobiſcum ſe in ea ſentire perhibet, dicens: *Catholici Scripturam ſacram non ſubjiciunt, ſed anteponunt Conciliis; neque in hoc ulla controverſia eſt.* Rectiùs, ſi contentus ſuorum maculam eluere, non etiam impoſturæ accuſaret noſtros, qui ab iis Eccleſiam ſic extolli tradant: [k] Calvinum nominatim, quòd *in eum modum ſubjecere Dei oracula hominum cenſuræ, ut ideo rata ſint quia placuerint hominibus, blaſphemiam eſſe* dicat. Cur enim ſugillantur hæc Calvini verba? *Quoniam* nimirum, ut Bellarminus addit, *ſi interdum catholici aliqui dicunt Scripturam pendêre ab Eccleſia, ſive à Concilio: non intelligunt quoad autoritatem, & ſecundum ſe; ſed quoad explicationem, & quoad nos.* Non quoad autoritatem, & ſecundum ſe? At *autoritatem* diſertè memorant Silveſter, Pighius, Elyſius: nec plus *ſecundum ſe* valere quàm vult Eccleſia, Cuſanus impiè contendit. Vnde, ut leniſſimè agatur cum Pighio, qui, quod [l] Papæ auribus dedit, autoritatem Scripturæ univerſam ab Eccleſia dependêre, id

[m] alibi

[h] *Cochlæ. de Canonicæ ſcrip. & Catholicæ eccleſ. autorit. cap. 3. Petrus. Sot. defenſ. Cathol. confeſſ. adverſus prolegom. Brent. de uno præſenti & certo judicio Eccleſ. cap. 47. Micha. Medina de recta in Deum fide, lib. 7. cap. 18.*

[i] *De eccleſ. milit. lib. 2. cap. 12.*

[k] *Inſtitut. relig. Chriſt. lib. 4. cap. 9. §. 14.*

[l] *Epiſt. præfixa libris hierarchiæ eccleſiaſt. ad Paulum III.*

[n] alibi mollivit adjiciendo, [7] quoad nos: agnoſcit Bellarminus, immo Pighius item ipſe [8] nonnunquam, opus ſibi eſſe, ob vocem *autoritatis*, illa [n] Auguſtini admonitione; *ſententiam teneat, linguam corrigat.* Quòd ſi nemo prorſus talem approbandæ Scripturæ poteſtatem Eccleſiæ arrogaret: eſſe tamen aliquos ex ipſis qui Eccleſiam Scripturæ anteponant, teſtantur [o] Petrus Sotus & Michael Medina. Atque adeò Stapletonus in recognita ſua [p] principiorum fidei (quæ vocat) doctrinalium tam demonſtratione, quàm [q] relectione, ita mordicus idem axioma tenet: ut rationem firmiſſimam, quam nunc & [r] Bellarminus excuſus vrget in contrarium, à me adhibitam antea, labefactare conetur. Non debuit ergo Bellarminus ſuos excuſare tam aperto mendacio. Fortaſſe nec inficias ire controuerſiam ullam in hoc eſſe: quandoquidē Stapletonus, controverſiarum profeſſor Regius Duaci, eſſe controverſiam [s] ſub idem tempus affirmabat. Veruntamen

[n] *Lib. 1. cap. 2.*

[7] Eccleſia Scripturis quibuſdam, eiſq; præcipuis, hoc eſt, Evangeliſtarum, quam neq; ex ſe, neque ex ſcriptoribus ſuis apud nos habebant, canonicam impertita eſt autoritatem.

[8] *Eodem capite, de Matthæi atque cæterorum Evangeliſtarum ſcriptis ita loquens:* Ab Eccleſia ſuam, quod ad nos attinet, autoritatem ſortiti ſunt, aut, ut ſignificantius dicam, ſuæ autoritatis fidem indubiúmque teſtimonium.

[n] *De civit. Dei lib. 5. cap. 1.*

[o] *Locis ſuprà notatis.*

[p] *Lib. 12. cap. 16. edit. 2.*

[q] *Controver. 4. quæſt. 5.*

[r] *De Eccleſ. milit. lib. 2. cap. 12. §. Tertium eſt.*

[s] *Prælectiones de Romano pontifice auſpicatus eſt Bellarminus anno M. D. LXXVII. ut ex, quas de Eccleſia militante habuit, videantur in annum ſequentem incidiſſe, quo principia ſua edebat primum Stapletonus.*

men

men quia nullam esse iam [t] tertiò ait Bellarminus, controversiarum professor Pontificius Romę, idque subscribente Jesuitica [t] epitome controversiarum, in usum Angliæ confecta: Christiani omnes pace, ut confido, in hoc doctrinæ capite, saltem qui dulcissimam patriam meam incolunt, perpetua fruentur.

[t] *In aucta & recognita disputationum suarum editione, M.D.XCVI.*

[t] *Part.1. controvers.2 cap. 3. quæst.2.*

11 Pertinaciùs sanè receptiorem errorem suum defensuros metuerem adversarios contra quartam thesim de germano sensu articuli Christianæ fidei, *Credo sanctam Ecclesiam catholicam*; nisi testimonio augustissimi apud ipsos catechismi, quem [t] Bellarminus Romanum nuncupat, alii Tridentinum, quòd ex [u] Tridentinæ Synodi decreto à Pio Quinto editus sit, eam roborassem. Alioqui enim adigerentur sententia [x] Concilii Constantiensis ad negandum sanctæ catholicæ Ecclesiæ nomine notari cœtum universum electorum Dei: quoniam ibi damnatus atque crematus est Johannes Hussus, [y] qui adversus Pontificem Pontificiósque, se Ecclesiam sanctam catholicam credi volentes, hoc piè asseruerat. Tametsi populares meos hîc quoque ad veritatem arctiùs tenendam

[t] *De sacrament. Eucharist. lib.1. cap.5. & alibi passim.*

[u] *Sess.24. de reform. cap.7. & sess.25. decret. de Ind. libror. & Catechism.*

[x] *Sess.15.*

[y] *Operum tom.1. tractat. de Eccles. cap.1. & 7.*

nendam acuere poteſt Bellarminus: modò attendamus, & quemadmodum ipſe exponat tùm Eccleſiæ vocabulũ, tùm catholicæ: & ex quo autore ſententiam noſtram proponat. Nam primò *populum Dei* [a] affirmat *dici Eccleſiam, id eſt, cœtum vocatorum, quia nemo ad hunc populũ ſe adjungit per ſe, & ſuo proprio inſtinctu, ſed omnes, quotquot veniunt, à Dei vocatione præveniuntur; ſicut ſcriptum eſt ad Romanos:* [b] *Quos vocavit, hos & juſtificavit; quos autem juſtificavit, hos & glorificavit.* Nullos verò ita vocatos eſſe à Deo ut glorificarentur, qui electi non ſint ac prædeſtinati, patet ex Apoſtolo, ibidem præmittente: *Quos prædeſtinavit, hos & vocavit.* Deinde *Catholicam dici* [c] aſſeverans, *non ſolùm quia ſemper fuit, ſed etiam quia ſemper erit; juxta illud Danielis,* [d] *Regnum quod in æternum non diſſipabitur:* obſervandum [e] addit ex [f] Beda in Canticũ Canticorum, *ut Eccleſia ſit catholica, inprimis requiri, ne ulla tempora, loca, vel hominum genera excludat.* Jam æternum regnum, de quo Daniel agit, quatenus ad [g] populum ſanctorum Eccleſiámve pertinet, obtingit eis tantùm, teſte Spiritu ſancto, [h] *qui ſcripti ſunt in libro vitæ.* Et Beda de Eccleſia univerſali

[a] *De Eccleſ. militi. lib. 3. cap 1.*

[b] Rom. 8. 30.

[c] Magnificavit, habet Bellarminus; ſicut & in Biblia Sixti Quinti legitur. ignarus forſitan reponendum ex Clementinis Bibliis, glorificavit; congruentius Græco, ἐδόξασε.

[d] *Bellarmin. de Eccleſia milit. lib. 4. cap. 6.*

[e] Dan. 2. 24.

[f] *Bellarm. lib. eodem, cap. 7.*

[g] *In cap. 6. Cant.*

[h] Dan. 7. 27. Apoc. 5. 10. & 22. 5.

[i] Dan. 12. 1. Apoc. 20. 15. & 21. 27.

universali interpretans vocem ſponſi in Cantico, [h] *Una eſt columba mea, perfecta mea: una eſt*, inquit, *catholica electorum omnium multitudo per omnia, & mundi loca, & tempora ſeculi, Deo patri ſubjecta.* Poſtremò is, è cujus opere [i] Pontificiis ſummè prædicato ſententiam [k] Bellarminus noſtram proponit, [l] Thomas Waldenſis, quum Wicleſi verba recitaſſet, dicentis, *Secundum catholicos Eccleſia eſt prædeſtinatorum univerſitas:* fatetur *illam eſſe magnam Chriſti Eccleſiam, & Wicleſum iſtud catholicè narrare, gloriosámque illam Eccleſiam electorum intelligi corpus Chriſti ſecundum excellentiam.* Ubi, utut pergens Eccleſiam [m] ait militantem, qualem ob reprobos externa cum electis ſocietate junctos [n] Auguſtinus vocat permixtam Eccleſiam & corpus Chriſti permixtum, catholicam appellari in Symbolo; ne Conſtantienſem Synodum, Wicleſi & Huſſi damnatricem, damnet: pòſt tamen obiter [o] affert Bedæ teſtimonium, quo catholicâ etiam in articulo fidei nominatam eſſe, non hypocritarum electis permixtorum, ſed electorum multitudinem ſolam oſtenditur. Ita cùm ex Anglis, Beda, Wicleſo, Waldenſi, manifeſtum

[h] Cant. 6. 6.

[i] Martin. V. Pap. epiſtola præfixa tom. 2. & 3. Waldenſis. Andr. Vega de juſtific. grat. fid. & operib. quæſt. 4.

[k] De Eccleſ. milit. lib. 3. cap. 2.

[l] Doctrinal. fid. tom. 1. lib. 2. cap. 8.

[m] Ibid. cap. 11.

[n] De doctr. Chriſt. lib. 3. cap. 32.

[o] Waldenſis lib. eod. cap. 18.

stum est, majores nostros eam sententiam pro catholica semper habuisse, quam traducit [p] Italus hodie ut hæreticam: tùm Bellarminus variis modis imprudens (quod sæpe mendacibus usu venit) veritatem quartæ thesis meæ firmat, æquè luculenter propemodum ac Catechismus, seu Tridentinus, seu Romanus.

[p] *Bellarm. de Eccles. milit. lib. 3. cap. 2. & 7.*

12 An verò non & quinta, Romanam Ecclesiam nec catholicam esse, nec sanum membrum catholicæ, documentis paribus, si minùs Bellarmini, at aliorum Jesuitarum adversùs [q] purpuratæ meretricis amasios patronósq; instruitur? Nam [r] Romam haud propterea tantùm *Babylonem* in Apocalypsi dici, quòd idolorum cultu, superstitionibus, impietate multiplici sub Ethnicis Imperatoribus inquinata fuerit, sed etiam quòd peccata pristinis omnino similia extremo tempore patratura sit, è circumstantiis [s] facti contextus probat [t] Ribera. Nos autem in extremum hoc tempus incidisse, quo idololatriam committat Roma denuo, [u] Valentianus cõfitetur: distinctione quidem nefariè rem defendens, ut explicavi [x] alibi; verùm confitetur. Quæ duo reputantibus facilè patebit quàm a-

[q] *Apoc. 17. 4.*
[r] *Apoc. 14. 8. & 17. 5.*
[s] *Apoc. 17. 2. & 18. 9.*
[t] *Comment. in Apoc. cap. 14. num. 44. & sequentibus.*
[u] *Gregor. de Valent. lib. 2. de idololatr. cap. 7.*
[x] *De Romana Eccles. idololatr. lib. 2. cap. 9. §. 10.*

perta fraude Sanderus & Andradius, hic ad pompæ speciem magis, ille ad pugnæ, antiquos Patres pro Romanæ sanctitatis constantia perseverantiáque citent. [y] Andradius enim, *Si Ecclesiam*, inquit, *Romanam in aliarum ordinem redigis Kemnici, si cetera nulla in re excedere, si fidei integritatem illi esse divino beneficio concessam pernegas: O dementes Augustinos, insanos Hieronymos, Basilios, Athanasios, Chrysostomos, qui suas sententias illius placitis sempiterno fœdere addixerunt.* Sempiterni verò hujus fœderis tabulas, quas non ita demens erat Andradius, ut vel ex vno Augustino, Hieronymo, Basilio, Athanasio, Chrysostomo, nedum è pluribus proferre conaretur, (satis habuit testes magnificè nominare sine testimoniis,) [z] Sanderus, glorioſiùs furens, quasdam profert: sed quæ aut nihil tale continent omnino, aut, si quid contineant, sanctioribus tabulis divini fœderis refelluntur. Quippe vel errasse Romanam Ecclesiam negant, vel errare posse: errasse, ut [a] Irenæus; *In Ecclesia Romana semper conservata est ea quæ est ab Apostolis traditio*: errare posse, ut [b] Cyprianus; *Eos esse Romanos (quorum fides, Apostolo prædicante laudata*

[y] *Defens. Trident. fid. lib. 2.*

[z] *De visib. monarch. eccles. lib. 7.*

[a] *Adversus hæres. lib. 3. cap. 3. Sander. num. 20.*

[b] *Lib. 1. epist. 3. sive epist. 55. edit. Pamel. Sander. num. 42.*

laudata est:) ad quas perfidia habere non potest accessum. Qui autem negant eam errasse ante annos mille quadringentos, (tot enim effluxerunt ab Irenæi tempore,) seu pauciores aliquanto: non repugnant nobis, qui eam nunc errare dicimus. David ait de urbe Jerosolymorum, [d] *Ibi consident throni juris*: quam tamen Esaias [e] *meretricem appellat, & homicidarum plenam.* [f] Abias Deum in templo ex præscripto legis religiosè coli memorat: ubi [g] Ezekiel idololatriam exerceri tradit. Num Esaias refragatur Davidi? Num Ezekiel Abiæ? Nihil minus. Sed utrique, de suis temporibus loquentes, pro rerum, quæ mutatæ sunt, vicissitudine testimonia variant: ut innuitur ipsis quoque verbis Esaiæ; [h] *Quomodo effecta est meretrix urbs fidelis? & plenissima jure, in qua justitia pernoctabat, ea nunc homicidarum plena est?* Effecta est meretrix urbs fidelis: quæ exstiterat sancta, evasit impurissima. Et plena juris justitiæque, nunc homicidarum plena est: nunc sicariis scatet, quæ boni & æqui plena fuit. Ita potuit [i] olim Ecclesia Romana orthodoxa esse, ut hodie nihilominus effecta sit hæretica. Nec quoniam doctrinam ab Apostolis

[c] *Euseb. hist. Eccles. lib. 5. cap. 4.*

[d] Psal. 122. 5.

[e] Esai. 1. 21.

[f] 2. Chr. 13. 11

[g] Ezek. 8. 5.

[h] Esai. ibid.

[i] Rom. 1. 8.

traditam conservârat semper ad Irenæi tempora: ideo eandem ad nostra usq; semper conservasse probatur. Nisi fortè scorta, quæ [3] permissu Papæ quæstuosè saltem, si non & [4] honorificè, Romæ se prostituunt, Aulici Romani concludent virgines esse, quia fuerant virgines quum lac maternum fugerent. A nobis ergo non dissentiunt, qui Romanam Ecclesiam negant errasse. Qui verò negant errare posse, ut à nobis dissident, sic à Spiritu sancto. Cujus instinctu Paulus eam admonens, ne contra Judæorum gentem insolescat: [k] *Ne effertor*, inquit, *animo, sed time. Nam si Deus naturalibus ramis non pepercit: vide ne tibi quoque non parcat. Vide igitur benignitatem ac severitatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, severitatem; in te verò benignitatem, si permanseris in benignitate: alioquin & tu excidêris.* Excîdi ergo potest Ecclesia Romana. Quòd si excidi: etiam errare. Si errare-

[3] Meretrices urbis quotannis pendunt cuidam è ministris Papæ certum censum, quem ipsi nominant tributũ: & istud à tam multis retro annis hucusque facere consueverunt, ut jam, quòd nulla ratio appareat in contrarium, exigat eum censum tanquam diuturna præscriptione debitum, ab illis etiam quæ nolunt ampliùs scortari. *Franc. Sansovin. de gubernat. regnorum & rerumpub. lib. 11. cap. de Jud. Marescal. & Soldan.* [4] In hac etiam urbe meretrices, ut matronæ, incedunt per urbem, seu mula vehuntur: quas assectantur de media die nobiles familiares Cardinalium Clericíque. Nulla in urbe vidimus hanc corruptionem præterquam in hac omnium exemplari. Habitant etiam insignes ædes. Corrigendus etiam hic turpis abusus. *Consil. delector. Card. de emend. Eccles. exhibit. Paulo III. Concilior. tom. 3. edit. Colon. 1551. Sleidan. comment. lib. 12.*

[k] Rom. 11. 20.

etiam

etiam accessum dare perfidiæ. Quid? Et Cypriano secus visum est? Da veniam Cypriane: libenter tibi crederem, nisi tibi credens non crederem verbo Dei. Sed utri potiùs sit credendum, Deo, an homini: judicent Papistæ. Immo licet homini credant hîc libentiùs, ex hominibus suis cogentur Deo credere. Nam errare posse quamcunque particularem Ecclesiam, [l] Waldensis, [m] Turrecremata, [n] Verratus, [o] Alfonsus Castrius, [p] Petrus Sotus, [q] aliique ipsorum signiferi agnoscunt. At Romanam Ecclesiam particularem esse, fateantur iidem omnes [r] necesse est; affirmant [s] partim eorum: Turrecremata porrò ex Papæ canone demonstrat; & Waldensis, asserens errare posse particularem, exempli loco Africanam ac Romanam nominat. Quapropter, si Romanam Ecclesiam errare non posse sensit Cyprianus: in eo ipse, ex sententia Pontificiorum, errasse judicandus est. Cur igitur nobis [t] opponuntur veteres scriptores, qui Ecclesiam

[l] *Doctrinal. fid. tom. 1. lib. 2. cap. 19.*
[m] *Summ. de eccles. lib. 2. cap. 91.*
[n] *Opusc. de universali eccles. cap. 5. & 18.*
[o] *Adversus hæreses, lib. 4. tit. de concilio: & lib. 6. tit. de ecclesia, hær. 2.*
[p] *Assert. catbol. fid. circa artic. confess. Wirtemb. cap. de concilio.*
[q] *Eckius, enchirid. locor. communium. tit. 2. Hosius, confess. catbol. fid. cap. 24.*
[r] *Sander. lib. sed. num. 4. 5. 15. & 109.*
[s] *Gelasius, apud Gratianum. cap. quamvis. dist. 21.*
[t] Quis per Romanam ecclesiam unquam intellexit aut universalem ecclesiam, aut generale Concilium? *inquit Pighius, hierarch. eccles. lib. 6. cap. 3.*
[u] *Waldensis ibid. Turrecr. lib. 1 cap. 17. Verrat. opposc. sed. cap. 1.*

Romæ florentem suo tempore dixerunt [a] sanctificatam, eámque [x] fratrum discordias sedâsse, fidem reparasse, [y] pernultis Ecclesiis subsidia vitæ misisse, [z] Apostolorum denique scholam & pietatis metropolim ab initio fuisse prædicarunt? Nos in his vocamus recentiorem Romanam, Ecclesiam dicam, an Curiam? quam æquales ei autores locupletissimi testantur [a] scelerata esse pernultarum Ecclesiarum prædatricem; [b] primariam causam schismatis, hæreticæ pravitatis, & vitiosæ conversationis per orbem universum; [c] hæreticam, [d] templum hæresis, scholam errorum, [e] matrem fornicationum & abominationum terræ; meretricem, ebriam sanguine sanctorum & sanguine martyrum Jesu; quæ [f] criminum omnigenorum, impudentissimorum, tæterrimorum licentias palàm nundinetur; quæ res sacras emat, vendat, turpi quæstu, profanè, simoniacè; atque [g] hæc prætextu sanctissimi juris faciat; postremò, quæ [h] pastorum loco lupos habens, [i] talibus avaritiæ, [k] nequitiæ, [l] perfi-

[a] Ignatius, in script. epist. ad Rom.
[x] Irenæus, lib. 3. cap. 3.
[y] Dionysius, Corinthius Episcopus, apud Eusebium, hist. Ecclesiast. lib. 4. cap. 22.
[z] Episcopi Orientis, apud Zozimum, lib. 3. cap. 7.
[a] Abbas Urspergensis, chron. in Philippo, filio Barbarossæ.
[b] Robertus, Lincolniensis Episcopus, sermone coram Papa: apud Johannem Hussum, tom. 1. serm. de pace.
[c] Idem, apud Matthæum Parisium, hist. Angl. anno Dom. 1252.
[d] Franc. Petrarcha, cantiunc. 108.
[e] Idem, lib. epistolar. sine titulo, epist. 16.
[f] Claud. Espencæus, in epist. ad Tit. cap. 1. diæress. 2.
[g] Lod. Vives, in August. lib. 18. de civit. Dei. cap. 22.
[h] Baptista Mantuanus, eclog. 9.
[i] Idem, eclog. 5.
[k] Idem, lib. 3. de calamitat. tempor.
[l] Idem, silvar. lib. 1. ode 11.

diæ,

diæ, impietatis ſordibus religionem contaminet, ut Chriſtianos hortatus ſit [m] theologus Italus, probato [n] aliis carmine,

Vivere qui ſanctè cupitis, diſcedite: Roma
Omnia quum liceant, non licet eſſe pium.

[m] *Idem, ibid.*

[n] *Nic. Clenard. epiſtolar. lib. 1. Claud. Eſpenc. in epiſt. ad Tit. cap. 1. diſgreſſ. 2.*

13 Ex hiſce autem quintæ theſis firmamentis ſexta ſine omni dubitatione victrix emergit: Eccleſias reformatas in Anglia, Scotia, Gallia, Germania, & ceteris regniis rebuſque publicis, jure à Romana ſeipſas ſegregaſſe. Nam & diſertiſſimum Dei oraculum de Babylone habebant; [o] *Exite ex ea populemi, ne participes ſitis peccatorum ejus, & ne ex plagis ejus accipiatis:* nec quicquam aliud ſecedendo à Papiſtis, hæreticis, & idololatris faciebant, quàm [p] fecit [q] faciendúmque docuit vas electum Spiritus ſancti Paulus; ut è ſacris literis [r] illic explicui. Ac præcipua ſanè nobis hoc nomine obtrectantium ratio, quæ Romani Pontificis, tanquam ſucceſſoris Petri videlicet, communionem & obſequium averſantes cunctos in ſchiſma incurrere contendit, à Pontificiis ipſis ita profligata eſt. Etenim [s] Pariſienſis univerſitas pridē, ante inchoatam Lutheri miniſterio reformationem, Baſileenſi Synodo ſubſcribens

[o] *Apoc. 18. 4.*

[p] *Act. 19. 9.*

[q] *2. Cor. 6. 17. 1. Tim. 6. 5.*

[r] *In 6. theſi.*

[s] *Appellat. univerſit. Pariſ. contra Leonem X. in faſcic. rerum expetendar. ac fugiendar. Sleidan. comment. lib. 1.*

& patrocinans, negaxit morem geri Papæ oportere, si quid contra divina præcepta statuendum decreverit. [a] Hervetus porrò, è doctoribus qui interfuerunt Concilio Tridentino, Gallorum regi suadens ut legem contra quasdam dispensationes Papæ sanciret, asseveravit Ecclesiam Ecclesiæque defensorem Principem jure in faciem ei restiturum, si agat quæ ad exitium Ecclesiæ apertè tendunt. Quin immo Sanderus etiam & Andradius, quamvis clamosissimi Romanæ prærogativæ ac fidei præcones, idem attestantur: [a] alter, dicendo *concilium Episcopale juvandæ Ecclesiæ causa coire tùm posse, tùm debere, si Pontifex est hæreticus:* [x] alter, affirmando *quemvis obedientia Deo debita obstringi, ut audaciter repugnet Pontificis voluntati, si injusta imperet.* Quū ergo ex dictis liqueat Papam jam succedere, nō Petro in [y] pascendis fidelibus [z] verbo vitæ, sed [a] Simoni mago, [b] Va-

[a] *Gentian. Hervet. orat. de reparanda ecclesiastica disciplina.*

[a] *Sander. de visib. monarch. Eccles. lib. 7. post num. 1074.*

[x] *Andrad. defens. fid. Trident. lib. 1.*

[y] Joh. 21. 15.

[z] 1. Pet. 1. 23. & 2. 2.

[a] Act. 8. 18. *Gregor. Lepist. lib. 7. ep. 110. Concil. Roman. sub eodem Greg. can. 5.*

[b] *Iren. adversus hæreses, lib. 1. cap. 18. unde quòd Papistæ in superstitiosa de homine à peccatis per unctionis extremæ ritum expiando sententia & doctrina dissimillimos esse* Valentinianis *disputat Bellarminus,* [*de extrema unctione, cap. 6.*] *quia* illi ungebant non moriturum sed mortuum, *ut colligit ex hoc loco* Irenæi *collato cum* Epiphanio, *hæres. 36. in eo manifestam Epiphanio, Irenæo, veritati facit injuriam. Nam Irenæus & Epiphanius, ostendentes ibidem, quid jusserint Valentiniani hominem inunctum desinceps, postea quam obiisset, dicere, declarant illos solitos inungere moriturum. Epiphanius igitur voce,* ἐξελθόντος, usurpat loco præsentis aut paulo post futuri: *quo sensu adhibet* τελευτῶντας, & πρὸς τῇ τελευτῇ. [*Ibid.*

&

& in epit. præfat. lib. 1. tom. 3. hæreſ. 3.] Hoc comprobat Epiphanii ſeu imitator, ſeu interpres, ſanctus Auguſtinus, [de hæreſib. cap. 26.] dicens: Ferunnur ſuos morientes novo modo quaſi ſe dimere. [Ac Billius Pontificius, interpres Irenæi cum Epiphanio collati, hæc nobis rem explanant:] Sunt alij qui jam jámq; ex hac vita exceſſuros redimunt.

lentino, [c] Maneti, [d] Pelagio in hæreſibus, ſed [e] Carpocratianorum, [f] Angelicorúmque patri, & [g] Collytidianorum in idololatriis; ut omittam addere, ſed Romulo in paricidiis, quod olim [h] magnus Epiſcopus Pontifici, fratrum ſanguinem nihilo iniquiùs quàm hodie ſæpe ſolent effundenti, objecit: omnino [i] ſycophantæ ſophiſtas agunt ſplendidè, dum reatu ſchiſmatis propterea nos involvunt, quia Chriſtianos communicare decet cum ſucceſſore Petri. In reliquis verò [k] ſuarum rationum umbris, cujuſmodi ſunt narrationes de uxore fratris à rege Henrico repudiata, de monachis ſaginario cellarum exturbatis, de Carthuſianis aliiſque carcere, morte, exilio, pecuniáve multatis, imitantur Galbam: qui, quum in judicium ob [l] ſummam perfidiam, ob quam ſupplicium gra-

[c] 1. Tim. 4. 3. *Auguſtin. de moribus Manichæorum, cap. 18. & epiſt. 74. ad Deuterium. Leo, ſerm. 4. de quadrageſima. Gelaſius cap. comperimus. de conſecrat. diſt. 2.*

[d] *Auguſtin. epiſt. 105. ad Sixtũ. De gratia & liber. arbitr. cap. 16. & 17. De dono perſeverant. cap. 6. Enchirid. ad Laurent. cap. 32.*

[e] *Iren. ad verſ. hæreſ. lib. 1. cap. 24. Auguſtin. de hæreſib. cap. 7.*

[f] Col. 2. 18.

Auguſt. de hæreſib. cap. 39. [g] *Epiphan. hæreſ. 79.* [h] *Joh. Sariſbur. polycrat. de nugis curialium, lib. 8. cap. 23.* [i] *Sander. de viſib. monarch. eccle. lib. 6. cap. 8. & 9. Idem & Pollin. præfat. lib. 2. de ſchiſm. Angl. Riſhton. lib. 1. Ribaden. lib. 1. cap. 35. Gienam. de ſchiſmate cap. 1. & 4.* [k] *Sander. Riſhton. Ribad. & Pollin.* [l] *Valer. Max. lib. 9. cap. 6. Sueton. in Galb. cap. 3.*

ve meruit, vocaretur, [m] miserationem respectu puerorum à se pendentium ita movit, ut suffragiis populi Romani absolutus sit. Nec secus pro Papistis fortasse ista in causa, itidem tractata, pronunciabit fæx Romuli: tametsi viri similes Catonis dissentient, ac ejus more malent [n] conqueri, *Galbam, nisi puer fuit & lacrymis usui esset, pœnas dedisse.* Verùm ut [o] Gethinius, in Græciam ad Antonium Ægyptii scorti amoribus indulgentem missus, & ab eo jussus inter cœnandum expromere cur venisset; respondit, *cetera sobrii colloquium postulare; apud eum autem esse & sobrium scire & ebrium, nec habitura omnia si Cleopatra in Ægyptum discederet*: sic ego Romanensibus Antoniastris dico, alia pòst commodiùs ventilatum iri, si Deus voluerit; hoc verò & in posterum & in præsens patêre, optimè feciſſe Ecclesias reformatas, quæ Papam in spiritualem [p] Ægyptum, id est, Romam rejecerint, séque ab illius impuro commercio segregârint.

14 Quapropter à reliquis Christianis omnibus, quos Deus hac antidoto contra [q] venenatos [6] periculosissimósque talium serpentum morsus uti volet, vehementer peto

[m] Cic. in Brut. Valer. Max. lib. 8. cap. 1.

[n] Ita scribit Suet. Cicero enim, lib. 1. de orat.

[o] Plutarch. in vita Antonii.

[p] Apoc. 11. 8.

[q] Psal. 140. 4. Act. 28. 6. [6] Αλλ' ἐκ ὀφεως συναφαίτε δήγματος. Aristoph. Plut.

peto, ne fucosis larvis & spectris rationum Papisticarum territi ad impiam servitutis, immo scelerum, pactionem velatam pacis nomine, cum Antichristo veniant. [r] Probent spiritus, num ex Deo sint. [s] Pseudoprophetas à prophetis internoscere studeant. Utra pars [t] Eliam, utra Baalitas referat, explorent. Vestigijs [u] Beroeensium, Scripturas examinantium an ea sic se haberent quæ Paulus dixerat, insistant. Considerent quid à nobis, quid ab adversarijs, quid ab [x] Apostoli schola, quid ab [y] Ægyptiorum magorum suadeatur: ac [z] det illis Deus intelligentiam in omnibus. Ita sine dubio Israeliticis harum thesium præsidijs, exiguis quidem numero, sed bello vivida virtute, *Nachash* Ammonitam & [a] Ammoniticas omnes, non unodò *Jesuitarum* & *Presbyterorum secularium*, sed Pontificiorum quorumvis copias superari perspicient agnoscéntque. Nec enim aut prudentes ora sibi sublini à veteratore sinent, quemadmodum [b] quibus Pericles, quum in lucta dejectus esset à Thucydide, persuasit se dejectum non esse: aut pij pertinaciam sequentur Luciferianorum, quos [c] qui probè noverat

[r] 1. Joh. 4. 1.
[s] Matth. 7. 15.
[t] 1. Reg. 18. 18.
[u] Act. 17. 11.
[x] 1. The. 5. 21.
[y] 2. Tim. 3. 15.
[z] 2. Thess. 2. 9. 2. Tim. 3. 8.
[a] 2. Tim. 2. 7. [a] 1. Sam. 11. 11
[b] *Plutarch. in vita Periclis.*
[c] *Hieron. adverss. Lucifer. cap. 9.*

noverat, teſtatur vinci faciliùs quàm perſuaderi potuiſſe.

15. A vobis verò, fratres, quorum in conſpectu Samuelem meum Oxonię Deo
d 1. Sam. 1. 24. ſiſto, vt[d] Anna ſuum in Eli ſacerdotis Siluntę, impenſiùs quæſo & oro, ne, quum
e Joſ. 18. 1. 1. Sam. 1. 3. & 3. 3. religionis puritate tutus[e] illic in tentorio conventus celebrari ſolitos exprimatis, impuritate morum infamem reddatis fi-
f 1. Sam. 3. 11. & 4. 4. & ſeq. Pſal. 78. 60. dem, & [f] Siluntinam plagam in vos diuinitus provocetis. Nam ſuam inde gloriam & robur, arcam fœderis, abſtulit Jehoua, multóſque præter ipſum Eli ac filios
g 1. Sam. 2. 12. ejus morti dedidit, quòd [g] filiis populum rapinis ſcortationéque ſua in divini cultus contemtum adducentibus Eli pœnas meritas haudquaquam irrogârit: ſed verborum tantùm caſtigationem, tanquam [7] carmen ulceri ſectionis egenti imprudens medicus, adhibuerit. Quanto autem juſtiùs huic loco timeantur quæ Dominus Judæis Jeroſolymitano templo fidentibus
h Jerem. 7. 12. comminatus eſt, [h] *Videte id quod feci Siluntiꝓꝓter malitiam populi mei Iſraelis*, ſi non filij ſolùm, verùm etiam patres eadem pec-
i 1. Sam. 2. 17. cetis: atque ad [i] ſpernendum munus Altiſſimi,

7 ὰ πρὸς ἰατρὸν ζοφῶδες ἔπος ἐσθλὸν πρός τιμῶντι πάμπαν. Sophocl. Ajace.

tissimi, ne dicam & ad [k] nomen illius blasphemandum, avaris, sacrilegis, impudicis factis homines impellatis. Quare quod eximiæ indoli aut spei virtutis ac doctrinæ gratis dari debet: hoc ne ab [l] aureis quidem argenteisue ingenijs, nedum à ferreis, pecunia quæri sinite. [m] Urbem venalem & maturè perituram, si emtorem invenerit, nummariis sedium graduúmque Academicorum petitoribus opponite. [n] Solutas suæ quisque terræ columnas aptate [o] salutari severitate, qui præestis: & [p] crudelitatis esse aliquando parcere, punire autem clementiæ, qui corrigimini mementote. A [q] sermone putri, ab [r] illiberalibus jocis, à [s] malis congressibus, à sordibus popinarum, à [t] luxu in conviviis, in vino, [u] Veneris lacte, in [x] vestitu molli & [y] sumtuoso, cavete. Vitate iners otium, nequitiæ fomentum, studendo bonis artibus, audiendo, legendo, meditando, scribendo, dicendo, differendo, legenda audiendáve limando. Mutuis consiliis auxiliisque alios alij [z] acuite, errantes dirigite, languentes excitate: [a] cor unum esto, via una. Fedus cum oculis vestris pacisci mini, ne spectent dehonestamenta Musarum, ludicra histrionum

[k] Ezek.36.20. Rom.2.24.
[l] Plato lib.3. *de repub.*
[m] Salust. *de bello Jugurth.*
[n] Psal.75.4.
[o] Cic. *ad Brut. epist.*2. *De offic. lib.*1.
[p] Ambros. *in Psalm.*118. octonar.4. vers. Viam iniquitatis. *Augustin. epist.* 54. *ad Macedon.*
[q] Ephes.4.29.
[r] Ephes.5.4.
[s] 1.Cor.15.33. *Isoc. orat. Areopagit. Horat. epist.li.*1. *epist.*14
[t] Eccl.10.14. Ephes.5.18.
[u] *Aristoph. apud Athenæum, dipnosoph. li.*10.
[x] Matth. 11.8.
[y] 1.Tim.2.9. *Concil. Aquisgran. sub Ludovico Pio, cap.* 124. *Platina de vitis pontificũ, in Gregorio Quarto.*
[z] Prov. 27.17.
[a] Jer.32.39.

num, à quibus [b] princeps philosophorum adolescentes lege prohiberi voluit; quæ [c] Massiliensium gravitas ob morum corruptelæ periculũ urbe arcuit; quorum oblectationem indignam Dei servis judicavit [d] Ecclesia; quibus prisci [e] Patres extinguì pietatem, accendi libidinem, questi sunt; denique, ut prudenter observant [f] recentiores, aut, ne plurium voces commemorem, ut [g] Mantuanus, rem suis exprobrans sub Papatu,

Unde trahunt, inquit, juvenilia pectora pestẽ
Mortiferam, fiuntq́; ipsæ sine fronte puellæ.

Summa sit, diuina Pauli cohortatio; [h] *Quæcunq́; sunt vera, quæcunq́; veneranda, quæcunq́; justa, quæcunq́; pura, quæcunq́; amabilia, quæcunq́; bonæ famæ: siqua virtus est, & siqua laus est, hæc cogitate. Siqua virtus est, & siqua laus est, fratres, hæc cogitate.* Deus Optimus Maximus nobis universis gratia sancti sui Spiritus illucescat: ut collegiorum capita, more [i] Samuelis, adstent, præsint, prosint commisso sibi cœtui: ut membra, more prophetarum, prophetare Dei laudi-

[b] *Aristoteles, politicorum lib. 7. cap. 17.*
[c] *Valer. Maxim. lib. 2. cap. 6.*
[d] *Joseph. antiquit. Jud. lib. 15. cap. 11. Concil. Laodic. can. 54. Sexta synod. in Trull. can. 24. cap. Non oportet. de consecrat. distin. 5.*
[e] *Clemens Alexandrin. pædagog. lib. 3. cap. 11. Tertullian. Apologet. cap. 6. De spectaculis, cap. 10. Cyprian. epist. 61. ad Eucrat. De spectac. cap. 7. & sequ. Chrysost. homil. 38. in Matthæum: & homil. 62. ad populum Antiochen. Augustin. de civit. Dei lib. 1. cap. 32. Salvian. lib. 6. de providentia Dei. Et ceteri plerique passim.*
[f] *Lodov. Vives, de caus. corrupt. art. lib. 2. Jo. Bodin. lib. 6. de repub. cap. 1. Petr. Gregor. Tolosan. syntagm. jur. lib. 39. cap. 5.*
[g] *Baptista Mantuan. Fastor. lib. 2. cap.* de carnisprivii mala consuetudine.
[h] Phil. 4. 5.
[i] 1. Sam. 19. 20.

bus

bus canendis atque prædicandis ſub Samuele diſcant: ut inter caput & membra id [k] vinculum pacis vigeat unitáſque ſpiritus, quam Scripturæ [l] corporis humani ſimilitudine, ac [m] prophetarum exemplo ſuadent: ut qui ad [n] prophetiam non referunt ſua ſtudia, ſimiles tamen [o] Saulis inter prophetas exiſtant, alioqui diſſimiles: ut omnes demum noſtri cœtus & collegia ſint congregationes non modò prophetarum, ſed etiam prophetantium, prophetantibúſque dociles ſe præbentium, ad honorem Dei, piorum ſolatium, & ſalutem noſtram in Domino Jeſu Chriſto. Valete. E collegio Corporis Chriſti. *Jun.* 4. 1602.

[k] Epheſ. 4. 3.
[l] 1. Cor. 12. 21
[m] 2. Reg. 4. 38. & 6. 3. & 9. 1.
[n] 1. Cor. 14. 3. 1. Theſ. 5. 20.
[o] 1. Sam. 10. 11. & 19. 24.

THESES

THESES TRACTATÆ Comitiis Academicis in Templo D. Martae, Jul. 13. 1579.

1 Sacra Scriptura docet Ecclesiam quicquid ad salutem est necessarium.

Scripsit ab ore Dei dictata oracula Moses,
Barbara quum Pharii linqueret arva soli.
Adjunxere sacri sacrata volumina vates,
Quos bonus aethereo contigit igne Parens.
Virgine natus adest, pacis sapientia Princeps,
Davidicæ clavem qui gerit usque domus:
Numine natus adest, aeternus Sermo Jehovæ,
Qui Patris arcanas voce recludit opes.
Lata salutiferi demum praeconia verbi
Sculpsit Apostolico dextera fida stylo.
Sanctus, ut incertum certo regat ordine gressum,
Spiritus humanis usibus ista dedit.
Cedite qui nugas, qui spectra profana refertis,
Tradita qui priscis commemoratis avis.
Sacra viam vitæ monstrant monumenta beatæ:
Excelso prodit scripta Sione salus.

2 Ecclesia militans errare potest, & moribus, & doctrina.

Militat omnis homo, qui Christi castra frequentat.
Militat in terris qui gerit arma Dei.

Miles habes corpus, quod lancea nulla cruentet?
Corpus, quod fugiant spicula, miles habes?
Sancta Palæstinos tenuerunt agmina vicos,
Sæpe parum sanctas quæ tenuere vias.
Quos Galatûm tellus, quos fovit Achaia cœtus,
Sincera celebres emituere fide.
Qui Galatas inier steterant, quiq; inter Achæos,
Corrupta fragiles succubuere fide.
Tu quoq; Romana quam Paulus in urbe rigavit,
Excidis Paulo teste propago potes.
Fallor? an in cunis dum lumo Ecclesia degit,
Errore, haud fallor, labile pectus habet.

3 Major est autoritas Scripturæ quam Ecclesiæ.

IAmpia turba suæ flammata cupidine pompæ
Aurea Tarpeium tollit ad astra jugum.
Tollit ad astra? Deve est. Tollit super astra, saligno
Subjectens Christi regia sceptra pedo.
Affectasse ferunt regnum cœleste Gigantes.
An nova Tartareo gurgite bella movent?
Sancta sibi dotes Ecclesia vendicet amplas.
Esto magna; licet: sed minor esto Deo.
Cedat homo Domino; cedant generata satori;
Sponsa viro; regi subdita; terra polo.

Ed

ETsi non sim nescius, auditores ornatissimi, [a] reprehensum esse à Catone Censorio Aulum Albinum, quòd deprecari culpam mallet, quàm vacare culpa; quum sibi, qui Romanus historiam Græcè scriberet, ignoscipeteret si in lingua aliena delinqueret: Catonis tamen ratio, eos excusans qui compulsi peccant, spem mihi facit veniæ à vobis impetrandæ, licet suscipiendo officii meis humeris admodum incommodi onere offendam. Nam & hæc subsellia vocem grandiorem plenioremque postulant; quod desideraturos multos verisimile est à quibus non audior: & plures, à quibus audior, optare jure poterunt alium maturioris judicii designatum, qui de religionis rebus controversis in tam frequenti ac celebri conventu verba faceret. Sed ne istud

[a] Corn. Nep. apud A. Gellium, noct. Att. lib. 11. cap. 8.

munus defugerem opponendo [b] vetere proverbio, *Non nostrum onus, bos elitellas?* enixè à me contenderunt, quorum partim autoritas, partim benevolentia cedendi necessitatem imposuit. Nec enim solùm potestas, quando supplicat, cogit; ut notavit [c] Laberius: sed etiam quales Lælius apud [d] Ciceronem dicit vim afferre; quia studiis amicorum, præsertim in re bona, cùm difficile est, tùm ne æquum quidem obsistere. Quo majore fiducia vos oro qui auditis, quin eos qui non audiunt oratos quoque velim, ut censuram Catonis, si tam severi sitis, geratis pari æquitate: ne consimilem mihi notam impingatis, ac Albino ille, quia non maluerim culpa vacare, quàm deprecari culpam. Neque verò dubito quin vocis imbecillitas humanitatem vestram, apud quos ago; judicii autem immaturitas bonitatem causæ, quæ agenda datur, patronam & vindicem inventura sit. Quippe ne humanitas vestra me condemnet ejus delicti quod evitare haud potui, quid est cur extimescam? Causæ porrò bonitas tam claram ac perspicuam veri lucem præfert, ut facilè se cuivis homini minimè cæco probaturam confidam.

[b] *Quintilian. institut. orat. lib. 5. cap. 11.*

[c] *Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 7.*

[d] *De amicit.*

dam. Qua in re vos ipſos opinioni meæ vel aſſentiri ſpero; vel aſſenſuros eſſe, ſi primùm (quod enitar quàm breviſſimè potero) ſententiam rationéſque theſium mearum de Scripturæ perfectione, de Eccleſiæ infirmitate, de autoritate utriuſque, vobis aperuero.

2. Namque laudibus quidem ſacram theologiam, doctrinam veritatis, ſanctimoniæ, juſtitiæ cæleſtis integerrimam; ortu, materia, forma, fine divinam; à Patre, in Filio, per Spiritum ſanctum revelatam; ſcriptis demum per Dei amanuenſes traditam ad ipſius gloriam & hominum ſalutem, celebrare pro dignitate, ut optârim, nequeo; pro facultate, ut poſſim, nolo; quorum in altero idem vobis mecum videri ſuadet pietas; in altero inſtitutum meum æqui bonique conſulatis rogo. Non enim, ut [c] orator ait plauſum Cæſari propterea haud datum, quòd compreſſus eſſet hominibus obſtupefactis admiratione; ſic ego ſimulatè dicam me tacere laudem theologiæ, quòd ejus admiratio, tanquam ſolis ſplendor, præſtringat aciem animi: verùm ut [f] propheta teſtatur, ſe, quum Dominum vidiſſet ſolio inſidentem, attonitum

[c] Cic. pro Dejotar.

[f] Eſai. 6. 5.

fuisse, quòd esset vir pollutus labiis, indignus qui Dei gloriam oculis usurparet; in eundem modum ex animo profiteor, me, quum verbi Dei majestatem reputo, stupefactum tacere, quòd labiis sim pollutus, præconio rei tantæ explicando impar. Itaque relinquo libens istas hederas vino philosophorum, medicorum, jurisprudentium: quorum disciplinas, opportunas vitæ; sed vitæ perituræ; præclaras, sed humanas; laudabiles, sed mortales; eminentes, sed caducas; hactenus in ista disputationum palæstra commendatas à disertis & doctis hominibus accepistis. Ego verò, tametsi nec ingenio nec judicio majore, quàm illi, quibus in certaminis genere succedo: tamen in natura & dignitate rei, de qua certamen instituitur, majus opus moveo. Annibalem refert [s] Livius, antequam congrederetur prælio cum Romanis, exercitui suo spectanda proposuisse quædam paria captivorum ferro decertantia: ut ex horum quasi ludicro conflictu Carthaginenses ad seriæ pugnæ conditionem & attenderent sagaciùs, & alacriùs armarentur. Haud dispari ratione vobis, auditores, circundatis tanquam ad spectaculum, inter se commissæ

[s] Lib. 21.

commissæ sunt variarum artium opiniones variæ: quarum utra vivat, ut ita loquar, utra pereat, hæc an illa palmam obtineat, parum interest. Nunc in aliusmodi certamen committetur exercitus cum exercitu, veritas cum mendacio, religio cum errore: in quo, si quid à recto ad prævum deflectatur, non captivorum fit jactura, sed Carthaginensium; non hominum doctrina, sed Dei periclitatur; non præsens vita, non valetudo, non opes fluxæ terrenæque, sed beata regni cælorum possessio & sempiterna salus agitur. Quamobrem adeste mihi quæso animis, & ad ea quæ dicam patienter attendite: nec tractari ludicra, velut in theatro, sed maximè seria meminetitis. Atque adeò sanctum opus aggressuri divinam sancti Spiritus gratiam imploremus, ad linguas disceptantium, aures audientium, mentes omnium sanctificandas: ut dissentaneorum dogmatum explicatu collationéque rationum illustretur veritas, & veritati in lucem productæ ac probatæ reverentia, fides, obsequium præstetur.

3 *Sacra Scriptura docet Ecclesiam quicquid ad salutem est necessarium.* Sic habet prima thesis, necessariis documentis ipsius 1. Thesis.

sacræ Scripturæ, autoris locupletissimæ,
[h] 2. Tim. 3. 16. quoniam [h] divinitus inspiratæ, nixa. Nam
Deus pater luminum & miserationum elegit ante jacta mundi fundamenta, pro singulari sua gratia, magnam partem hominum, quos æterna donaret vita, salutisque ac gloriæ cœlestis heredes faceret. Electi autem, quò potiri hac hereditate possent, adoptandi erant in filios Dei per Jesum Christum: qui perpetuò solus aditus mortalibus ad salutem fuit. Quo nomine Apostoli cœtum electorum modò [i] filios
[i] Rom. 8. 16. 1. Joh. 3. 2.
Dei & coheredes Christi appellant; modò
[k] Eph. 5. 23. [l] Apoc. 19. 7. & 21. 9. [m] Tit. 2. 14. 1. Pet. 2. 9. [n] Apoc. 5. 9. [o] Ephes. 2. 19. Phil. 3. 20. Apoc. 21. 2. [p] Matth. 16. 18.
[k] corpus Christi, cujus quasi capitis vi regitur & movetur; modò [l] sponsam Agni, ornatam opibus sponsi sui; modò [m] populum peculiarem, [n] redemtum è cunctis gentibus; modò [o] sanctos cives cœlestis Jerusalem: eosdémque Christus [p] *Ecclesiam* suam nominat, ne portas quidem inferorum ei prævalituras esse promittens. Istam verò Ecclesiam sanctã catholicam, filios Dei, corpus Christi, sponsam Agni, cives cœlorum, Deus ut elegit ad vitam sempiternam, ita verbo suo salutis viam semper docuit, qua perduceretur ad ejus possessionem. Unde quum verbum, aliis olim

olim modis à Deo patefactum, in tabulas tandem relatum sit & scriptis traditum: effectum est ut sacris literis Ecclesia, quicquid ad salutem requiritur, edoceretur. Quis enim revelare potuit rationem hereditatis regni Dei consequendæ, nisi solus Deus? Ac Deus Ecclesiæ revelavit eam, ut primùm sine scriptis, ab Adami tempore usque ad Mosen: ita scriptis postea per Mosen alióque, à quibus canon veteris ac novi Testamenti exaratus est. Hæc ergo monumenta, à Spiritu sancto dictata, à servis Dei excepta, quiæ per excellentiam plerunque simpliciter [q] *Scriptura*, seu [r] *Scripturæ*, interdum cum epitheto, præstantiam denotante, [s] *sanctæ*, aut [t] *sacræ* nuncupantur, Ecclesiæ monstrant viam qua vitam adipiscatur: ad eámque gressus fidelium quasi face inter mundi tenebras prælucente dirigunt; & pro infirmitate cujusque, alios lacte, alios solido cibo, cunctos necessario alimento fulciunt. Quod ut liquidiùs pateat, dividamus Ecclesiam in veterem & novam: veterem, è Judæis coactam ante Christum passum; novam, pòst è cunctis gentibus congregatam. Veterem Ecclesiam doctrina salutis integra erudive-

[q] Joh.10.35. 2.Tim.3.16. 1.Pet.2.6. [r] Matt.22.29. Rom.15.4. 2.Pet.3.16. [s] Rom.1.2. [t] 2.Tim.3.15.

erudiverunt Prophetæ: novâ uberiùs pleniùsque institutunt Prophetis juncti Apostoli. Doctrina Prophetarum & Apostolorum Scripturis comprehenditur. Sacra igitur Scriptura docet Ecclesiam quæcunque conferunt ad salutem. Etenim fideles sunt [u] Dei domus, & [x] domestici, superstructi super fundamentum Apostolorum ac [y] Prophetarum. Hoc autem fundamentum est doctrina de [z] Christo, quam Apostoli ac [a] Prophetæ prædicârunt Ecclesiæ. Ea porrò doctrina, quam ipsi prædicârunt, in Scripturis exstat. Ecclesiam ergo docet Scriptura quicquid ad salutem opus est cognitu.

[u] Heb. 3. 6. 1. Pet. 2. 5.
[x] Ephes. 2. 20.
[y] Act. 26. 22.
[z] 1. Cor. 3. 22. 1. Pet. 2. 4.
[a] Psal. 118. 11. Esai 28. 16. Luc. 24. 27. 2. Pet. 1. 19.

4 Moses, ut à primo Prophetarum ordiar, postquam promulgasset divinam legem Israelitis, [b] *Attende*, inquit, *Israel ad statuta quæ doceo. Non addetis ad verbum quod ego vobis præcipio, nec detrahetis de eo: sed quicquid ego præcipio id observanter facietis.* Jam verò Israelem elaborare decuit ut sempiterna salute potiretur. Atqui nihil ei faciendum fuit quod mandatum non esset lege Dei scripta: quippe [c] quam Moses *verbi* & *præcepti* vocibus significat. Ergo scripta lege Dei tradebatur quicquid

[b] Deut. 4. 2. & 12. 32.

[c] Deut. 27. 26. *collat. cum epist. ad* Gal. 3. 10. Deut. 28. 1. & 30. 11. & 31. 9.

Israelis

Israelis salus postulabat. Neque potest ambigi quin Israel fuerit Ecclesia. Lex igitur docebat quicquid requirebatur ad Ecclesiæ salutem. Prophetæ subsequentes erant legis interpretes: &, ut agebantur Spiritu eodem, doctrinam Mosis illibatam, absque adjectione aut imminutione, servabant, explicabant, fidelibus accommodabant. Liber Josuæ narrat [d] ipsi imperatori imperatum esse, ne à lege dextrorsum aut sinistrorsum recederet. Liber Psalmorum [e] eam beatificam, vivificam, perfectam, lucernam pedibus piorum, lumenque semitis canit. Esaias Judæos [f] ad legem & contestationem, tanquam ad vitæ normam, revocat. In Jeremia damnantur [g] ædificantes excelsa ad Baalis cultum, quia Dominus id non præceperat. Apud Malachiam, ultimum Prophetarum, [h] Jehova suos recordari jubet legis Mosis, ut pædagogi ad Christum. Quæ quum tradi à Deo & Dei servis nequiverint, nisi Moses integram salutis viam monstrâsset; ac Mosen etiam illustrârint reliqui Prophetæ: consequens est Ecclesiæ veteri patefactam fuisse viam integram salutis è Scriptura veteris Testamenti. Nimirum ideo

[d] Jos. 1.7.

[e] Psal. 12. & 19.8. & 119. 105.

[f] Esai. 8.20.

[g] Jer. 19.5.

[h] Mal. 3.22.

[1] Christus

[i] Luc.10.25. [i] Christus item percontanti cuidam Scribę, quid faciendo vitam æternam posſeſſurus eſſet; reſpondit, *In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?* [k] ſęque in *Scripturis* ſervatorem mundi prædictum ac promiſſum eſſe declaravit: & eas ſufficere fidelibus inſtruendis demonſtrat [l] Abrahami reſponſione ad divitem, *Habent Moſen & Prophetas.*

[k] Matt.21.42. & 26.31. Luc.4.21. & 24.44. Joh.3.14. & 5.39.

[l] Luc.16.29.

5 Id ipſum autem novæ Eccleſiæ per reliquas Scripturas fieri luculentiùs, liquet vel ex uno Apoſtolo Iohanne, dicente de hiſtoria ſua Evangelica: [m] *Hæc ſcripta ſunt ut credatis Jeſum eſſe Chriſtum illum, Filium illum Dei, & ut credentes vitam habeatis per nomen ejus.* Nam etſi vocabulum, [1] *hæc* fortaſſe ſpectet propriè ad [2] *ſigna*, quorum in ſententia præcedente meminit: tamen ſigna miraculáque cum rebus ſignificatis, id eſt, cum dogmatis & præceptis, quibus confirmandis ac perſuadendis adhibentur, conjuncta notet neceſſe eſt. Hæc enim ait ſcripta fuiſſe ut credamus Jeſum eſſe Chriſtum illum, Filium illum Dei. Atqui Jeſum eſſe talem non oſtendunt miracula ſine doctrina: quandoquidem [n] conſtat alios nonnullos eadem opera feciſſe quæ fecit

[m] Joh.20.31.

[1] ταῦτα δὲ γέγραπται.

[2] πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

[n] Joh.14.12. Act.5.15. & 19.11.

cit Jesus; immo & majora. Istis ergo verbis describitur Evangelii Johannis summa, & finis: summa, Jesum esse Christum illum, [o] unctum videlicet à Deo in prophetam, pontificem, & regem populi sui, redemtorem hominum, unigenitum Dei filium: finis, ut credamus hæc de Jesu Christo, & credendo vitam, quæ sola verè vita nominari meretur, nempe vitam æternam per eum habeamus. Quod enunciatum quũ efferatur per antithesin, [p] Jesum multa quidem alia fecisse, [q] quæ nec ipse mundus, si scriberentur sigillatim, capturus videatur; [r] hæc autem scripta esse ut credentes vivant: appâret uno Johannis libro comprehendi quantum fidelibus ad salutem satis est. Proinde benignissimus curator animarum satis supérq; providit domui suæ, cui tùm alia scripta Johannis, tùm complures Apostolos & Evangelistas dispensatores ejusdem alimenti dedit. Enimvero licet una sit & simplex substantia fidei Christianæ, qua Dei famulitium tanquam cibo pascitur ad æternam vitam: tamen, ut ætates famulorum variæ sunt, & variarum ætatum [s] conditiones variæ, ita rationem hujusce animorum pabuli temperandi

[o] Joh. 1. 42. & 20. 31. Act. 10. 38.
[p] Joh. 20. 30.
[q] Joh. 21. 25.
[r] Joh. 20. 31.
[s] 1. Cor. 3. 2. Heb. 5. 13.

perandi & dividendi singulis multiplicem esse decuit. Cujus rei formulam efficaciámq; ut in verbo vitæ expressam à cœlesti magistro haberemus, scriptores sacrosanctæ doctrinæ varii dati sunt, tanquam artifices idem [c] manna omnes, nec eodem semper modo, apparantes. Quo fit ut Scripturarum & sapores varii melle dulciores incredibilem pio palato voluptatem ferant; & succus unicuiq; stomacho salutaris vitale nutrimentum præbeat; & eminens perspicuitas, in fundamentis fidei, facilitatem earum vel fastidiosis probet; & recondita in multis mysteriis sapientia cùm exerceat firmissimos, tùm avidissimis satisfaciat; &, ut verbo innuam quod nulla vi verborum potest satis exprimi, infinitæ dotes infinitos fructus ad beatitudinem infinitam electis impertiendam pariant. Quocirca è Scripturis doceri Ecclesiam quæcunque conferunt ad salutem, adeò manifestum & exploratum est: ut id qui nesciat, imperitus; qui non agnoscat, improbus; qui dissimulet, ingratus; qui neget, sacrilegus jure sit habendus.

[c] Exod. 16. 24.

6 Præsertim quum accedat luce illustrissimum, pondere gravissimum, solidissimum

simum firmitate axioma illud, quod Paulus apostolus, non ut Moses & alii de lege ac prophetis, non ut Johannes de historia sua Evangelica, sed de integro sacrarum literarum corpore tradit Timotheo: [a] *Tota Scriptura divinitus est inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est in justitia; ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus.* Namque universum Christianorum officium est [x] fides per caritatem operans. Fides [y] sanam fidei doctrinam complectitur: per caritatem operans vult [z] piam, justam, sobriam vitam. Doctrinæ sanitas servatur confirmando verum, refellendo falsum: vitæ sanctimonia fugiendo malum, faciendo bonum. Satis autem habet Scriptura quo veritatem doceat, errorem redarguat, iniquitatem corrigat, instituat ad justitiam. Nec enim hæc utiliter præstat solummodo, quæ sophistarum cavillatio est, sed etiam sufficienter: nempe ut perfectus sit homo; & quidem cujusmodi? num quivis è fidelium grege, in quo minor requiritur sapientia? immo verò ut homo Dei, id est, [a] propheta, [b] pastor, minister verbi sit perfectus,

[a] 2. Tim. 3. 16.

[x] Gal. 5. 6. & 6. 15.
[y] 1. Tim. 6. 3. Tit. 1. 1.
[z] 1. Tim. 1. 19. Tit. 2. 12.

[a] 2. Reg. 5 8.
[b] 1. Tim. 6. 11.
[3] ἄρτιος.

fectus, ac ad omne opus bonum [4] perfectè instructus. Unde consequens est, quidcunque Christianum ullum scire deceat ad vitam æternam obtinendam, id totum ex uberrimis Scripturarum fontibus hauriendum tradi. Quod Apostolus etiam isto axiomate probari clarè innuit, [e] præfando, *sacris literis Timotheum posse sapientem reddi ad salutem.* Itaque Scriptura, suffragatore Altissimo, à quo divinitus inspirata est, docet Ecclesiam quicquid ad salutem obtinendam requiritur.

7 Jam si fortè quispiam desideret Patrũ testimonia, quanquam quid opus est quum audieritis Patrem Patrum? veruntamen si quis aveat audire discipulos post magistrum, servos post Dominum: videtur publicus priscæ Ecclesiæ consensus authenticos Scripturarum libros *canonicos* à canone nuncupasse, quòd eximia dogmatum, morum, universæ structuræ domus Dei regula sint & norma. Hanc enim appellationis rationem inprimis faciunt probabilem tùm antiqui theologi, [d] Josephus, [e] Basilius, [f] Chrysostomus, [g] Augustinus;

[4] Seu ἐξηρτισμένος à Paulo scriptum sit, ut plerique legunt; seu ἐξηρτισμένος, ut Complutensis editio: vim vocabuli ἄρτιος in se inclusam habet. Proinde ab Oecumenio exponitur, ἀπηρτισμένος καὶ παντελὴς, quasi dicas, integrè, plenè, consummatè; à Chrysostomo autem, μετὰ ἀκριβείας, id est, accuratè, & exactè, instructus.

[e] 2. Tim. 3. 15.

[d] Contra Apion. lib. 2.

[e] Serm. de fide, inter ascetica: collat. cum ep. 80. ad Eustathium, & lib. 1. ad vers. Eunom. & 2. ad Cor. hom. 13.

[f] Homil. 5. in Genesin: collat. cum homil. 13. in eandem, & in

[g] Contr. Faust. lib. 11. cap. 5. & contr. Cresc. lib. 2. cap. 31.

tùm

num recentiores, celeberrimi nominis inter adversarios, [h] Thomas Aquinas, [i] Ferus, [k] Andradius, [l] aliique: dum Scripturam *canonis* nomine designant, aut designatam asserunt, tanquam intellectus & voluntatis regulam ad cuncta, seu credenda, seu agenda perfectissimam. Sed extra controversiam res ipsa præcellentibus orbis Christiani luminibus ita placuit, ut [m] Augustinus affirmet *omnia quæ continent fidem & mores in illis inveniri, quæ apertè posita, non modò posita, sunt in Scriptura:* [n] Chrysostomus *manifesta* itidem *in divinis Scripturis esse* perhibeat *quæcunque necessaria sunt:* [o] Tertullianus *adoret Scripturæ plenitudinẽ*; & *væ* denunciet Hermogeni *si quid iis quæ scripta sunt vel detrahat, vel adjiciat:* [p] Hieronymus, in controversia quã habuit cum Helvidio, rationem utrinque texat; *Credimus quia legimus, non credimus quia non legimus:* [q] Cyrillus asserat *ea de Christi factis esse conscripta, quæ scribentes sufficere putârunt ad mores dogmatáque:* [r] Basilius Magnus *apertam esse* dicat *prolapsionem à fide ac arrogantiæ culpam, vel improbare quicquam eorum quæ scripta sunt, vel introducere quicquam eorum quæ scripta non sunt:* ac

[h] *In 1. ad Tim. cap. 6. lect. 1.*
[i] *Exam. ordinandor. in censura diacon.*
[k] *Defens. fid. Trident. lib. 3.*
[l] *Renatus Benedictus, Strom. Bibl. lib. 2. in conclus. Ludovicus Carvaialus, de restitut. theolog. cap. 12.*
[m] *De doctrin. Christ. lib. 2. cap. 9.*
[n] *In 2. ad Thessalon. homil. 3.*
[o] *Adversus Hermog. cap. 22.*
[p] *Adversus. Helvid. cap. 9.*
[q] *In evang. Johann. lib. 12. cap. 68.*
[r] *Serm. de fide, inter ascetica.*

[f] reliqui demum prisci Patres universi (nisi quando aliquid humani, ut homines, passi sunt) consentienter tradant Spiritum sanctum omnia Scripturis comprehendisse quæ à nobis credi fierive voluit.

8 Nam quòd unus & alter illorum alicubi, ut idem [t] Basilius ([u] si tamen isto in loco idem) & [x] Epiphanius, contendunt quædam minimè scripta necessaria esse factu aut creditu, idq; Scripturarum autoritate nixi: mirum ni [y] Pistæ ipsi arbitrentur [z] priorem causæ suæ plusculum indulsisse, qui mysteriis non scriptis accenset professionem fidei in Patrem, Filium, & Spiritum sanctum; Ecclesia certè ambos parum accuratè notasse ac expendisse voces Apostolicas, ex quibus hanc opinionem studeant adstruere, judicet oportet. Epiphanius enim complures locos ex epistola prima ad Corinthios eò accommodat: [a] *Sicut tradidi vobis*; [b] *Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesiis*; [c] *Si retinetis, nisi frustra*

[f] *Justin. mart. dialog. cum Tryphone Judæo. Origen. in Levit. homil. 5. Athanas. orat. contra Gentes: & epist. ad Serap. Spiritum sanctum non esse creaturam. Hilar. ad Constantium Aug. lib. quem Constantio ipse tradidit. Vincent. Lirin. adversus hæres. cap. 2. & 41. Gregor. Roman. super Ezekielem, homil. 9. & 15. Cetérique veteris theologi, quibus occasio hac de re agendi, commentariis in Scripturas, aut tractatibus contra hæreticos, data est.*

[t] *De Spiritu sancto, cap. 27. & 29.* [u] *De quo Erasmus aliiq; viri docti dubitant.* [x] *Contra hæreses, hær. 61.* [y] *Ex disciplina Thomæ Aquinatis, summ. theolog. 2. 2. quæst. 1. art. 9. ad 1. & quæst. 2. art. 8. in corp. art.* [z] *Basilium, lib. cod. cap. 27.* [a] *1. Cor. 11. 2.* [b] *1. Cor. 4. 17. & 7. 17. ubi pro διατάσσομαι, quam vocem Paulus habet, Epiphanius (utrùm memoriæ lapsu, an quòd sensum eundem alio verbo explicare maluit? legit παραδίδωκα.* [c] *1. Cor. 15. 2.*

credidistis.

credidistis. Basilius autem sententiam addit è secunda ad Thessalonicenses : [d] *Tenete traditiones quas edocti estis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.* Ubi si *docendi, tradendi, traditionum* appellationibus significentur regulæ, quanquam viva quidem voce prædicatæ, Scripturis tamen etiam expressæ quatenus necessariæ : inficiari nemo poterit quin errârint qui ex traditionibus sermonibúsque Pauli requiri traditiones non scriptas censuerunt. Verum autem est antecedens. Verum igitur & consequens. Nam Paulus, postquam fidei præceptis & institutis [e] utrumque populum informaverat, professus est [f] *se nihil dixisse extra ea quæ prophetæ ac Moses futura loquuti sunt.* Et quidem ad Corinthios, modò [g] scribit ipse quæ se commemorat tradidisse; modò [h] se à Domino accepisse monet, quæ [i] alibi quoque scripta sunt; modò scripta esse annotat disertè, [k] *Tradidi vobis,* inquiens, *Christum mortuum esse pro peccatis nostris secundum Scripturas; & sepultum esse, & excitatum die tertio secundum Scripturas.* Ad Thessalonicenses verò, prout [l] scriptum præceptum [m] traditionem vocat, sic Evangelium item designat traditionum

[d] 2. Thes. 2. 15.

[e] Act. 17. 2. & 18. 4.

[f] Act. 26. 22.

[g] 1. Cor. 1. 23. & 2. 13. & 4. 17 & 7. 17. & 10. 31. & 14. 40. & reliq. epist.

[h] 1. Cor. 11. 23

[i] Luc. 22. 19.

[k] 1. Cor. 15. 3.

[l] 1. Thes. 4. 11

[m] 2. Thes. 3. 6

tionum nomine: quippe rationem concludens hunc in modum; [n] *Elegit vocavitque vos Deus ad salutem & gloriam obtinendam per Evangelium nostrum*; [o] *Ergo perstate, ac tenete traditiones quas edocti estis sive per sermonem sive per epistolam nostram*; id est, ut ab [p] Ambrosio rectè observatur, perinde quasi diceret, Ergo perseverate constanter in Evangelio, quà per sermonem nostrum, quà per epistolam vobis tradito. Porrò Evangelium, multis novi etiam Testamenti libris deinceps exaratum, antea scriptum erat in veteri Testamento, quo tempore Paulus docuit Thessalonicenses. Unde Lucas refert [q] *Paulum exposuisse ipsis ex Scripturis, oportuisse Christum pati resurgereque à mortuis, & Jesum esse Christum illum.* Patet igitur Apostolum scriptas duntaxat traditiones laudasse tanquam necessarias ad salutem Ecclesiæ. Quamobrem facessant è Spiritûs sancti schola [r] Papistæ, qui non scriptis parem vim attribuunt. Facessant Papistarum anteambulones [s] Valentiniani, Marcionitæ, Gnostici, qui pauciculos similes; facessant [t] Pharisæorum successores [u] Judæi, qui seu Cabbalistica seu Talmudica somnia; facessant [x] Mon-

[n] 2. Thess. 2. vers. 13. & 14.

[o] vers. 15.

[p] In epist. 2. ad Thessal. cap. 2.

[q] Act. 17. 2.

[r] Concil. Trident. sess. 4. decr. 1.

[s] Irenæ. adversus hæres. lib. 1. cap. 1. & lib. 3. cap. 2

[t] Marc. 7. 5.

[u] Apocrypha lib. 4. Esdr. cap. 14. vers. 26. & 46. Hieron. præfat. in Esdr. & Nehem. epist. 109. Jo. Picus Mirand. orat. de hominis dignit. Rabbi Moses Ægypt. direct. dubitant. lib. 1. cap. 70.

[x] Tertullian. de præscrip. adversus hæret. cap. 52. de monogam. cap. 2. de jejun. cap. 1. Augustin. de hæresib. cap. 26.

taniste

taniſtæ, qui deliramenta novi Paracleti; faceſſant [y] Enthuſiaſtæ, [z] Anabaptiſtæque, & omnis fæx hæreticorum, qui viſionum ſuarum lacinias ſacris literis aſſuunt. Salus noſtra Chriſtus eſt; ſalutis via, fides; viæ dux, Scriptura: cujus lumine diriguntur greſſus, cujus pabulo nutriuntur animi, cujus antidoto profligantur morbi, cujus gladio jugulantur hoſtes, cujus pharmaco ſanantur vulnera, cujus denique documentis æterna vita obtinetur.

[y] *Theodoret. biſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 10.*
[z] *Sleidan. comment. lib. 6. & 10.*

9 Sequitur enodandum, quod aſſerit theſis ſecunda, *Eccleſiam militantem errare tùm moribus poſſe, tùm doctrina*: moribus, contra Catharos ([a] Catharis antiquis inſaniores) [b] novos, qui militiæ loco triumphum & in terris cœleſtem puritatem ſomniant; doctrina, contra [c] Papiſtas, qui hæreſibus ſuis obtendunt hoc Meduſæ caput quo in ſaxa convertant intuentes, *Eccleſia errare non poteſt*. Hic ad faciliorem intelligentiam veri, diſtinguendum nobis eſt Eccleſiæ nomen. Nam quemadmodum [d] Thraſylaus Athenienſis, homo phreneticus, quaſcunque naves in Piræeum appellentes videbat, putabat ſuas eſſe, ac tanquam dominus opum tantarum exulta-

2. Thesis.

[a] *Euſeb. biſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 35.*
[b] *Famil. caritat. H. N. Evang. regni, cap. 12. §. 7. cap. 34. §. 4. cap. 38. §. 3.*
[c] *Catechiſm. Trident. in expoſit. Symb.*
[d] *Athenæ. diſpoſitiæ. lib. 12.*

[d] *Albert. Pigh. hierarch. eccles. lib. 4. cap. 7. Richard. Bristo. Motiv. 44. & Quæst. 49.*

bat: ita [d] fanatici quidam Romanistæ, ubicunque cernunt Ecclesiam in sacris literis prædicari, ibi verba fieri autumant de sua, & alienis dotibus gestientes veluti propriis conclamant, [f] *Portæ inferorum non prævalebunt adversus eam.* Ut ergo Pontificios istos Thrasylaos amoveamus à portu, & singulos mercatores in suæ quemque navis possessione ponamus, [g] *Ecclesia*, prout dicta est ab evocando, conventum & concionem evocatam denotat: unde Christi Ecclesia cœtus est hominum è turba reliquorum mortalium evocatus ad vitam æternam per fidem in Jesu Christo. Evocatorum autem è vulgi colluvie hanc ad dignitatem dispar est ratio. Nam alii efficaciter vocantur, & ingrediuntur vitam: alii non ingrediuntur, etiamsi vocentur. Qui à Deo electi sunt, vocantur & ingrediuntur: qui vocati neutiquam ingrediuntur, electi non sunt. De utrisque Christus, [g] *Multi*, inquit, *vocati sunt, pauci verò electi.* Multi vocati nuncupantur [h] Ecclesia, sed Ecclesia visibilis, (ut ita loquar docendi gratia,) quoniam cœtus hominum qui sermonem fidei annunciatum audiunt, & auditione studium salutis potiundæ profitentur, cernimus.

[f] Matth. 16. 18.

[g] Ἐκκλησία ab ἐκκαλέω.

[g] Matt. 20. 16. & 22. 14.

[h] Act. 2. 47. Gal. 1. 2. Apoc. 1. 4.

nimus. Pauci electi, [k] Ecclesia etiam appellari, dicantur Ecclesia invisibilis: non quòd, dum in carne degunt, haud cernantur, sed quòd electi esse haud perspiciantur oculis; id sua cuique pio de se duntaxat fides, de fratribus caritas persuadet. Porrò invisibilis Ecclesiæ [l] pars cœlestem gloriam adepta est, pars nondum adepta commoratur in terris. Illa, quæ intravit in gaudium domini sui, Ecclesia triumphans: hæc, quæ victoriam studet ex inimicis consequi, Ecclesia militans nominatur. Verùm ut in hominum militia carnali fit aut cupiditate, aut metu, aut gratia, ut cum fidis militibus commisceantur infidi, partim omne bellicum certamen detrectaturi, partim seditionis flabella futuri commilitonibus, partim se transfugas ad hostes præbituri, fortassis item duci suo nefarias manus allaturi: sic Ecclesia Deo spiritualiter militans confluentes habet in sua quasi castra variis de causis infidos & hypocritas, qui nomen amicorum sponsi præferentes, animum gerunt hostium; quales erant illi, de quibus [m] Bernardus ait, *Ministri Christi sunt, & serviunt Antichristo.* Quandoquidem ergo milites fideles ab in-

[k] Col. 1. 24. 2. Tim. 2. 10. Heb. 12. 23.

[l] Eph. 1. 10. Col. 1. 20.

[m] In Cant. cantic. serm. 33.

fidis discernere distingueréque solus ipse
[n] Matt.25.32. potest,[n] qui separabit tandem oves ab hœdis, nos ex sacramento militiæ, quo tenetur, æstimantes militem, militantem Ecclesiam appellamus eos qui nomina Christo dant: quorum pars sincerè ac strenuè Christum ducem sequitur, pars sub Christi signis pro Satana præliatur. Atque ad Ecclesiam ita consideratam pertinet quod propono: Ecclesiam militantem errare tùm moribus posse, tùm doctrina.

10 Natura quidem sanctum & à quavis penitus seu culpa seu inscitia immunem existere, proprium est Dei: ut homo contrà multiplicibus errorum & vitiorum
[o] Rom.3.4. sordibus inquinatur. Nam [o] omnis homo
[p] Marc.10.18. mendax est; solus Deus verax: [p] nec ullus bonus, nisi Deus; malus igitur, quisquis merus est homo. Per Dei autem gratiam communicantur ei quidam sapientiæ ac
[q] 1.Thes.5.19 2.Tim.1.6. sanctitatis [q] igniculi, tanquam radii è Sole in domicilium penetrantes, ad mitigandas incolæ tenebras & frigus. Ceterùm hi radii, etsi quanto magis & magis
[r] Mal.3.20. Luc.1.78. [r] Sol justitiæ, ad solstitialem velut orbem à brumali, ad medium cœlũ ab extremo ascendens, cuipiam appropinquat, tanto luculentiùs illustrant

illustrant & calefaciunt: neminem tamen [f] plena veritatis luce atque virtutis calore priùs imbuent, quàm è [c] tabernaculo corporis terrestri ad Deum in apertum cœlum emigraverit. Militans Ecclesia Solis radios habet, sed tanquam intra tectum, non foris cœlo libero: nonnulla per caliginem vix, aut ne vix quidem, discernit; nonnunquã torpet. [a] Ecclesia triumphans habet Solem ipsum, non in domo, sed sub dio, immò in summo cœlo: ubi nec tenebræ ullæ lucem minuunt, nec frigora calorem. Ac [x] justi [6] consummati sive perfecti plenéque sanctificati dicuntur ab Apostolo, qui [y] coronam justitiæ assequuti sunt: ceteri verò [7] nondum perfecti, quamvis comparatè [8] tales præ rudibus (tanquam præ infantibus [9] adulti) nuncupentur, sed nondum absolutè perfecti, [z] Paulum referant licet, aut [a] Eliam. Nam & illi [b] homines Dei, qui canonicos libros [c] scribebant, nec in hoc errare, utpote à Spiritu sancto acti, poterant, erant ceteroqui communibus hominum aliorum lapsibus obnoxii: quemadmodum [d] Moses, [e] Samuel, [f] Nathan, [g] Jeremias infirmitatis suæ indiciis comprobârunt. Datur ergo peculiariter

[f] 1.Cor.13.12
[c] 2.Cor.5.1.
[a] Apoc.21.23 & 22.5.
[x] Heb. 12.23.
[6] τετελειωμένοι.
[y] 2.Tim.4.8. Jac.1.12. Apoc.2.10.
[7] ἐκ οὔπω πέπλ τετελείωμαι. Phil.3.12.
[8] ὅσοι οὖν τέλειοι. Phil. 3.15.
[9] τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή. Heb.5.14.
[z] Act.14.15. Rom.7.19. Jac.5.17.
[b] 2.Pet.1.ver. 21.
[c] vers.20.
[d] Num.20.10
[e] 1.Sam.16.7.
[f] 2.Sam.7.3.
[g] Jer.20.14.

liariter Ecclesiæ triumphanti vacare prorsus omni labe ac nævo. Quod fortasse Christus sponsus significat in Cantico canticorum, dicendo statim Ecclesiæ, [h] *Mecum à Libano, ô sponsa, mecum à Libano venies*; simul atque præfatus esset, [i] *Tota pulcra es, amica mea, & vitium nullum existit in te*: sicut [k] nuptiæ Agni venisse prædicantur, quando [l] uxori ejus datum est ut amiciatur byssо pura & splendida, hoc est, sanctorum justificationibus. Apostolus certè ad Ephesios id apertè indicat, ubi ait [m] *Christum se tradidisse pro Ecclesia,* [n] *ut sisteret eam sibi gloriosam, Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam hujusmodi, sed ut sit sancta &* [o] *vitii expers.* Hinc enim Ecclesia ostenditur tunc caritura maculis, quæ fœdant ornatum sponsæ Christi; rugis, quæ veteris Adami retinent vestigium; cujusmodicunque demum vitiis, quæ nitorem sanctitatis infuscant; quando sistetur Christo gloriosa. Sistetur autem, quando [p] æternum excellentissimæ gloriæ pondus accipiet; quando [q] cum Christo apparebit in gloria: ut ex eodem Apostolo apposite notat [r] Augustinus. Quòd si, qui talem in ista vita gloriam sibi pollicen-

[h] Cant. 4. ver. 8.
[i] vers. 7.
[k] Apoc. 19. vers. 7.
[l] vers. 8.
[m] Eph. 5. vers. 25.
[n] vers. 27.
[o] Gr. ἄμωμος.
[p] 2. Cor. 4. 17.
[q] Col. 3. 4.
[r] Retract. lib. 1. cap. 19. De perfectione justit. cap. 15.

[p] Hebr. מוּם quod apud Septuaginta Græcè redditur μῶμος.

pollicentur, ii triumphum canunt ante victoriam: consequens est Ecclesiam, quàm diu militabit, obnoxiam errorum inquinamentis fore.

11 Quanquam, ne quis putet eodem propterea ruinæ periculo involvi fidos Christi mul[illegible]s ac infidos, distinguendi etiam sunt errorum gradus. Est igitur *errare*, deflectere de via homini divinitus in verbo vitæ præscripta. Quæ via quia ducit per rectos caritatis fideique tramites, ut [f] antè declaravi: inde conficitur, quotquot ab alterutro declinant, eos errare; qui malum agunt, moribus; doctrina verò, qui falsum statuunt. Horum autem animi morborum eadem est ratio ad æternam vitam, atque corporalium ad vitam temporariam. Ut enim corporis morbi non omnes mortem ægrotis afferunt, sed multis laborantes alii convalescunt, alii occumbunt: ita nec peccantes salute spoliat quævis spiritalis lapsio, sed alii sæpenumero cadunt & resurgunt, alii corruentes extinguuntur & pereunt. Nimirum, quos elegit Deus ad salutem, ii possunt in errorem sanandum incurrere, in mortiferum nequeunt. Quisquis autem vocatus est tantùm, non electus, is

[e] Psal. 25. 12, & 119. 33.

[f] In 1. thes. §. 6

errore

errore abripi potest exitiabili, nec sanando unquam. Ac electos quidem expositos esse maculis tam morum, quàm doctrinæ, demonstrant sancti Apostoli: qui moribus lapsi sunt, quum à Juda proditum [z] Christum deseruerunt: doctrina, quando Christi [a] regnum mundanum esse, non cœleste; Judæis solis, non cunctis gentibus promissum; & institui eo tempore, non futuro, debere judicârunt. Quin etiam, postquam [x] Spiritum sanctum è cœlo uberiùs accepissent; [y] Johannes Angelum sibi semel atque iterum adorandum censuit; [z] Petrus haud recto pede incessit ad veritatem Evangelii; & idem [a] Petrus cum [b] pluribus Apostolis, ut [3] videtur, Evangelium nemini nisi circumciso annunciandum putavit. Verùm illi ex omnibus his infirmitatibus ad sanitatem redierunt. Nam & [c] pristina fide coluerunt Christum è mortuis suscitatum; & [d] regnum ejus quale sit, quibus, quando obveniat, cùm agnoverunt ipsi, tùm alios docuerunt; & [e] Johannes Angeli monitis acquievit; &

[z] Matt. 26. 56.
[a] Act. 1. 6.
[x] Act. 2. 4.
[y] Apoc. 19. 10. & 22. 8.
[z] Gal. 2. 14.
[a] Act. 10. vers. 14 20. & 28
[b] Act. 11. 1.
[3] *Siquidem Act. 11. ver. 2. διὰ τῆς περιτομῆς eodem sensu dici videtur, quo Act. 10 vers. 45. circumcisi. Ita verò Apostoli (quorum mentio præcessit Act. 11. vers. 1) hac voce, quasi facti rationem quoque reddente, comprehenduntur. Quod Johanni Fero è Pontificiis interpretibus, è nostris Bullingero Aretioq; item placet: ac historiæ Ecclesiasticæ Magdeburgensis autoribus, centur. 1. lib. 2. cap. 4. tit. de Ecclesia Christi.*

[c] Mat. 28. 16. Luc. 24. 52. Act. 1. 6. [d] Act. 2. 38 & 3. 19 & 15. 7. 1. Pet. 1. 5. 1. Joh. 3. 2. Apoc. 1. 6. & 6. 11. & 19. 7. [e] Apoc. 19. 10. & 22. 9.

[f] Petrus

[f] Petrus reprehendenti Paulo tacitus cessit; & [g] idem Petrus ceteríque in gratiam recipi alienigenas viderunt ac lætati sunt. Nec verò aliter agi cum reliquis fidelibus testatur generale Christi effatum de Ecclesia sua: [h] *Portæ inferorum non* [i] *prævalebunt ei.* Valituras enim, hoc est, aliquid [k] virium habituras indicat; sed negat prævalituras. Quippe [l] cadere potest vir justus; sed à Deo juvabitur ne dejectus jaceat. In [m] periculum mortis venire potest ovis; sed [n] non permittet pastor ut pereat. Potest [o] filius prodigus à patre discedere; sed resipiscens revertetur. Pati potest animi quasi deliquium quorumvis discipulorum fides, æquè ac [p] Petri: sed [q] oravit Christus pro electis omnibus, æquè ac pro Petro, ne deficiat eorum fides. Nec [r] Davidi magis prævaluerunt culpæ, quarum in laqueos se frequenter induit; quam [s] populo Israelis prævaluerunt hostes, qui angustiis ipsum diu multúmque affecerunt. Itaque ut vetus verbum ore [t] Fabii Maximi celebratū est, *jus sæpe à veritate laborare nimis, nunquā extingui:* sic oraculis sactis indubitatè constat, justificatos gratis per fidem, Dei filios, prævarum tentationum ictibus [u] cædi sæpe, nunquam

[f] Gal.2.15.
[g] Act.10.28. & 11.18.
[h] Mat.16.18.
[i] κατισχύσουσιν.
[k] ἰσχύσει. Luc. 11.21. δύναμιν. 2. Cor. 10.4. ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, κοσμοκράτορες. Eph.6.12.
[l] Psal.37.24.
[m] Ps.119.176. Luc.15.4.
[n] Joh.10.28.
[o] Luc.15.13.
[p] Luc.22.32.
[q] Joh.17.20.
[r] 1.Sam.2.11. & 16.4.& 24.6 Psal.30.7. & 31.23. & 39.4. & 116.11.
[s] Psal.129.2.
[t] *Apud Livium, lib.22.*
[u] 2.Cor.12.7. 1.Chro.21.1. Luc.22.31.

nunquam occîdi. [x] Ego, inquit sponsa in cantico, *voces dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea*, & quæ sequuntur, *respondi, exui tunicam meam quomodo induerem eam? Lavi pedes meos, quomodo inquinarem eos?* En electa, redemta, sanctificata Ecclesia, etiamsi tandem, quod [u] subjungit, surgat & aperiat Christo, agnoscit tamen interim se illi ad officium excitanti & tanquam [x] ad ostium stanti pulsantique detrectasse frigoris aut sordium metu obsequi. Quin immo se nonnunquam ignorantia rerum in primis salutarium, nimirũ [y] ubi Christus pascat, ubi gregi quietem det meridie, laborare indicat, quoad per cœlestis magistri disciplinam paulatim eas discat. Ut, quum isto ipso tempore [z] *pulcerrima mulierum* nihilominus à sponso appellatur, haud insciè notet [a] Bernardus eam dici [6] *pulcram inter mulieres*, pulcram præ carnalibus ac terrenis animis, non omnimodè pulcram: quippe quæ citra perfectum pulcritudinis, dum adhuc in corpore vivit, proficiat; nec [b] *tota pulcra* dicatur donec in novissimis evadet [c] gloriosa, & [d] similima facta sponso, toti pulcro, videbit eum sicuti est.

12 Quo planius fit [e] Papistas inepte

ad

[x] Cant. 5. vers. 1.

[u] vers. 4. & 5.

[x] Apoc. 3. 20.

[y] Cant. 1. vers. 7.

[z] vers. 8.

[a] *Serm. 38. in Cant.*

[e] *Ut vetus interpres reddidisse videatur ex Hebræo, & legitur in contextu adjuncto Glossæ ordinariæ.*

[b] Cant. 4. 7.

[c] Eph. 5. 27.

[d] 1. Joh. 3. 2.

[e] *Jo. Cochlæ. de canonica Script. & catholica Eccles. autorit. cap. 11. Jo. Dried. de eccles. auct. Script. & dogmat. lib. 4. cap. 6. Alfons. Castr. adv. vers. hæres. lib. 4. tit. de cognitio.*

ad errorem suum propugnandum urgere promissum Christi: [a] *Ego rogabo Patrem, & alium advocatum dabit vobis ut maneat vobiscum in æternum, nempe Spiritum veritatis, quem mundus non potest recipere,* [b] *ille vos docebit omnia, &* [c] *deducet vos in omnem veritatem.* Hîc enim Christus dicens [d] Spiritum cum discipulis mansurum in æternum, itidem atque alibi, [e] se cum illis esse perpetuò usque ad seculi consummationem, ac [f] eundem contrà negans recipi posse à mundo, [g] id est, reprobis, electos alloquitur sine dubio, sive, ut ipsius verbis utar, [h] *homines selectos è mundo*: quibus tùm ista voce satis indicat sese præsentaneam immunitatem ab omni errore neutiquam polliceri; tùm inde quòd gradatim eos, non simul, nec omnia simpliciter, sed necessaria tantùm ad salutem omnia, edoctum iri significat. Quippe mortales, [i] diabolo per naturæ corruptelam geniti, sic [k] inflammantur à gehenna, ut [l] fornacis instar accensi ardeant [m] urántque. [n] Spiritus autem à Deo datus regenitis & adoptatis per Christum, licet [o] fons sit aquæ in vitam æternam salientis, ut nunquam sitiant præ inopia, aut siccitate deficiant:

[a] Joh.14.vers. 16.
[b] vers.16.
[c] Joh.16.13.
[d] Joh.14.16.
[e] Matt.28.20.
[f] Joh.14.17.
[g] Joh.17.9.
[h] Joh.15.19. & 17.6.
[i] Joh.8.44.
[k] Jac.3.6.
[l] Hos.7.4.
[m] Psal.57.5. Pro.16.27.
[n] Esai.43.18.& 55.1.& 59.21.
[o] Joh.4.14. & 7.38.

[x] mensura

x Joh.3.34. Rom.12.3. Eph.4.7.
y Mat.5.ver.6.
z vers.12.
a Gal.6.1.
b Gal.5.17.
c Rom.7.23.
d 1.Cor.13.12.
e 2.Cor.12.9.
f Job.2.14.
g Job.1.1.
h Jer.15.19.
i Jer.17.14.
k Phil.3.12.
l Jac.3.2.
m Joh.13.10.
n ἀλήγιστ: quo verbo Hebraeum חדריך reddit Septuaginta interpretes. Sicut legimus Psal.25.5. ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου: & 139. 35. ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ σου ἐν τῷ νόμῳ σου.
o Psal.107.4.
p Heb. חדריך Septuag. ὁδήγησεν. Psalm. 107.7.
q Act.10.28. & 11.3.

mensura tamen haud adeò exundante datur, ut [y] saturentur, dum [z] in terra sunt, nec amplius ad sedandum insanæ cæcitatis ac pravitatis æstum expetant. Nam & [a] spiritualium [b] caro adversus spiritum concupiscit; & [c] lex in membris renatorum belligerat contra legem mentis; & [d] nunc ex parte tantùm sciunt qui sciunt plurimum; & [e] potentia Dei per infirmitatem consummatur; & [f] deliquit Jobus, [g] vir integer, rectus, timens Dei, recedens à malo; & Jeremias, quamquam [h] sanus præ aliis, [i] oravit, *Sana me Jehova*; & Paulus [k] se agnovit nondum perfectum esse, ad metam modò contendere; & generatim de fidelibus pronunciavit Jacobus, [l] *In multis impingimus omnes*; &, [m] *Qui lotus est, opus habet ut pedes laventur*, attestante Christo. Porrò, quod de Spiritu dicitur, *deducet vos*, aut, *erit vobis vitæ dux* (quæ [n] Græcæ vocis vis est) *in veritatem*, indicat electos quasi quodam spatio emenso sensim instrui, quòd interim ex inscitia veri laborârint: haud secus atque [o] homines, per viæ solitudinem errantes, donec langueant, Deus tandem per viam rectam [p] deducit ad urbem habitabilem. Ita [q] Petrus Apostolus alii-

que

que traditâ à [p] Christo de servandis Gentibus doctrinam non perceperunt statim, sed post aliquot demum annos ad eam per efficacem Spiritus ductum pervenerunt. Postremò; *deducturum illos in omnem veritatem* ait, non tanquam nullo prorsus errore capi queant; nam [q] multi fallò rati sunt instare diem Domini: sed ut Apostolus perhibet [r] se omne Dei consilium Ephesiis annunciasse, omni cònsilio significans [s] id omne quod expediret ad salutem. Minimè verò expedit homini nusquam falli; quin potiùs in quibusdam deviare [t] prodest: ut [u] soli Deo gloriam sapientiæ deferat; ut seipsum noscens [x] ad sobrietatem sapiat; ut [y] salutem suam conficiat cum timore; ut à Domino audiat, [z] *Sufficit tibi gratia mea*; ut assiduis enim precibus imploret, [a] *Adauge fidem*, [b] *Remitte debita*; ut discat [c] alter alterius onera portare; denique ut [d] sibi & aliis corrigendis unusquisque acriùs, modestiùs, constantiùs, religiosiùs incumbat. Nullis ergo Spiritus sancti charismatis ita fulciuntur & confirmantur electi, ut à cunctis penitus seu morum seu doctrinæ lapsibus vindicentur.

13 Quanto minùs vocati tantùm & quos

[p] Joh.10.16.

[q] 2.Thes.2.2. Apocryph.lib. 4.Esdr.14.11. *Judas chronographus, Hieron. catalog. scriptor. ecclesiast. Lactantius, divin. instit.lib.7.cap. 25.Hosyus, Augustin. epist.* 80.

[r] Act 20.27.

[s] vers.20.

[t] Rom. 8. 28. *Augustin. de corrept. & grat. cap.9.*

[u] 1.Tim.1.17.

[x] Rom.12.3.

[y] Phil.2.12.

[z] 2.Cor.12.9.

[a] Luc.17.5.

[b] Matt.6.12. Luc.11.4.

[c] Matt.26.41. Gal 6.2.

[d] Psal 51.12. Luc.22.32. 2.Cor.7.11.

utrinque labi capitaliter mortiferéque posse liquet. Velut hinc ostendit antichristorum impietas, de quibus scriptum est: [c] *ex nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis*: illinc autem [f] Judæ Iscariotæ facinus, qui mercede injustitiæ corruptus Christum prodidit. Quum igitur Ecclesia militans ex electis & vocatis constet, utrique verò factis & dogmatis delinquant; alteri ad profectum in bono, alteri ad perniciem: Ecclesiam militantem errare tùm moribus posse, tùm doctrina, demonstratum est. Cujus rei exempla luculenta suppeditant Ecclesiæ [g] Galatarum, [h] Corinthiorum, [i] Pergamensium, Thyatirensiúmque, in defectione à pura Evangelii Christiani fide, in dissidiis alendis, in fovendo incestu, scortatione, scandalo vescendi carnibus quæ idolis immolatæ fuerant. Quin etiam Israeliticus in sancta terra & urbe celebratus coetus, quem utut quidam nomine Synagogæ distingui volunt ab Ecclesia, [k] pro Ecclesia tamen habebat Spiritus sanctus, [l] nec semper voces sic discriminat: Israelitæ, inquam, oblatam sibi gratiam toties támque perditè averfati sunt, ut Christi vaticinia ideirco impleta senserint, [m] *Ecce relinquetur vobis*

[c] 1. Joh. 2. 19.
[f] Matt. 26. 14. Act. 1. 18.
[g] Gal. 1. 6. & 3. 1. & 5. 7.
[h] 1. Cor. 1. 11. & 5. 2. & 6. 13. & 8. 9.
[i] Apoc. 2. vers. 14. & 20.
[k] Exod. 19. 5. Psal. 122. 4. Rom. 9. 4.
[l] *Nam ἐκκλησία, vocabulo designatur populus Veteris Testamenti*, Act. 7. 38. *populus autem Novi vocabulo συναγωγὴς*, Jac. 2. 2.
[m] Matt. 21. 43.

regnum

regnum Dei; &, [m] *Relinquitur vobis domus vestra deserta.* Cuivis autem Ecclesiæ potest accidere quod cuiquam potest; certè quod accidit Jerosolymitanæ: quæ multo ampliores [n] promissiones accepit quàm ullius unquam urbis Ecclesia. Potest ergo quævis ita delinquere ut regno Dei privetur, nec [o] semen sanctum videat sibi succedere, postquam Deus compagem ejus dissolverit; [p] electos in cœlestem gloriam transtulerit; [q] hypocritas, similes Pharisæis & Scribis, in tartarum amandârit; fortassis sedem quoque desertam, sicuti [r] Judæorum dominum, reddiderit. Quod [s] eædem rursùm Ecclesiæ ab Apostolis in Asia, Galatia, Græcia, plantatæ manifestum faciunt: divini verbi luce, partim per hæreses, partim per furores Turcicos orbatæ, nonnullæ ne locum quidem [t] candelabro habentes, ceteræ verò tenebris delirii Mahometani pæne totæ obrutæ.

14 Ac eisdem machinis labefactata concidit alia munitio qua [u] Papistæ ad-

[m] Matt.23.38. Luc.13.35.
[n] Psal.68.19. & 87.2. & 132 13. Esai.52.1. Joel.3.17. Zac.8.3.
[o] Esai.6.13.
[p] Matt.24.24.
[q] Matt.23.15.
[r] Dan.9.26. Matt.24.15. Luc.21.20. *Joseph. de Judaor. excid. lib. 6. & 7. Hegesipp. de excid. urb. Jerosolym. lib.5.*
[s] *Epiphan. hær. 48 Augustin. de hæres. cap.26. Sulpit. Severus sacr. histor. lib. 2. Æneas Silvius hist. de Asia minori, cap.90. & 100. Cuspinian. de Cæsarib. in Turco. hist. cap. de militib. &*

cap. de ceteris moribus domesticis Turcar. Andr. Theveti cosmogr. universe. lib.9. cap.9. & 10. lib.18. cap.10. Martin. Crus. Turcograt. quæst. in lib.7. epist.7.8. & 9.10. in lib.8. epist.8.
[t] Apoc.2.5. & 11.4.
[u] *Jo. Dried de ecclesiast. Scriptur. & dogmat. lib.4. cap.6. Thes. Sor. assert. cath. fid. circa articulos confes. Wirtemberg. cap. de pœnitent. Melch. Cani de locis theolog. lib.4. cap.4.*

struunt, quantumvis greges militantium Ecclesiarum errare possint, non posse tamen pastores de quibus scriptum est, [x] *Dic Ecclesiæ*: propterea quia scilicet de illis subdit Christus; *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut ethnicus & publicanus.* Quid enim? Nonne Judaicæ, quam hîc in primis significari demonstrat publicani ethnicique antithesis, [y] pastores cæci, nequam, nihili contigerunt: quales à Christo, seu [z] fures & latrones, seu [a] mercenarii dicti sunt? Nonne [b] pseudapostoli Corinthi, [c] turbatores Galatiæ, [d] angeli Thyatirorum, [e] Laodiceæ, [f] Pergami, [g] Sardium, & [h] Ephesi, ejus Ephesi, quæ, si ulla, videri posset eodem quasi privilegio, quo [i] Jerusalem, munita, quandoquidem Paulus ad Timotheum [k] ibi commorantem scripsit, [l] Ecclesiam, in qua instituebatur quemadmodum se gereret, columnam & stabilimentum esse veritatis; sed idem Paulus [m] presbyteris Ephesinis dixit, [n] ex ipsis exorituros qui loquerentur perversa, ut discipulos post se abstraherent: nonne igitur hujus Ecclesiæ ceterarúmq; in Asia, Galatia, Græcia doctores multipliciter lapsi sunt seculo Apostolico; & postea, cum [o] totius

[x] Matt. 18. 17.

[y] Isai. 57. 2. Ezek. 34. 3. Zac. 11. 17. Matt. 15. 5. & 16. 6. & 26. 65.

[z] Joh. 10. vers. 8.

[a] vers. 12.

[b] 2. Cor. 11. 13.

[c] Gal. 1. 7.

[d] Apoc. 2. 20.

[e] Apoc. 3. 13.

[f] Apoc. 2. 14.

[g] Apoc. 3. 1.

[h] Apoc. 2. 4.

[i] Psal. 122. 5. Isai 52. 1. Zac. 8. 3.

[k] 1. Tim. 1. 3.

[l] 1. Tim. 3. 15.

[m] Act. 20. vers. 17.

[n] vers. 30.

[o] totius

[o] totius fere orbis Episcopis, [p] Arii hæresin approbârunt? Nonne Romæ item, (cui mirum est arrogari plus quàm Jerosolymis, quum [q] Babylonem [r] mysticè nuncupatam constet,) [s] Liberius, Arianis turpiter se conjungens, subscripsit damnationi sancti Athanasii? [t] Honorius Primus, contra Scripturas, unicam Christo voluntatem, cum Sergio monotheleta, tribuit? [u] Johannes Duodecimus non modò factis, sed dictis, professus est diabolo se cultorem esse, ac dæmones invocavit? [x] Johannes Vicesimus secundus publicè docuit animas sanctorum ante diem judicii haud ingressuras vitam æternam? [y] Johannes Vicesimus tertius Simoniacis & sacrilegis exactionibus & commerciis Ecclesiam polluit spoliavitq; ? [z] Alexander Sex-

[o] Sulpic. Severus sacra hist. lib. 2. Hieron. adversus Luciferianos cap. 7. & in Chronico. Theodoret. hist. eccles. lib. 2. cap. 16. Gregor. presbyter. auct. de vita Gregorii Nazianz.

[p] Menophantus, Ephesi episcopus, Arianus. Synod. Sardic. epist. 3. ad Africanos episcopos, apud Athanasium, apologet. 2. Theodoret. hist. eccles. lib. 1. cap. 7. Sozomen. lib. 3. cap. 11.

[q] Apoc. 14. 8. & 17. 5. & 18. 2.

[r] Apoc. 7. vers. 5. 9. & 18. Tertullian. adversus Jud. cap. 9. Hieron. epist. 17. ad Marcellam, cap. 7. Ribera in Apocalyps. cap. 14. num. 30. & 31.

[s] Athanas. epist. ad solitar. vitam agentes. Hilar. lib. contra Constantium Aug. Hieron. in Chron. & catalogo scriptorum eccles. in Fortunatiano.

[t] Synod. sexta Constantinop. act. 12. & 13.

[u] Synod. Rom. apud Luitprandum Ticinensium diaconum, lib. 6. rer. per Europam gestar. cap. 7.

[x] Sermone, qui incipit, Tolle puerum: & in confessoriis publice, Guilelm. Ockam, compendio errorum Johan. XXII. cap. supra dicti. hæres. 2. Dialog. part. 2. tract. 1. prooem. & cap. 4. Jo. Villan. hist. Florent. lib. 10. cap. ult.

[y] Synod. Constantiens. sess. 11. & 12.

[z] Onuphr. append. ad Platinam de vitis Pontificum, Franc. Guicciardin. hist. Ital. lib. 1. & 6. collat. cum libri tertii fragmento, quod, suppressum in ultimis operis, seorsum possim Basileæ ex Londinensi exscriptum.

tus Johannem Duodecimum, senex adolescentem, æquavit facinoribus ac flagitiis plurimis, nonnullis etiam superavit? Sit quidem ultimus ille Johannes, [a] ob immanem nequitiam vulgo dictus *diabolus incarnatus*, [b] juffit [1] tanquam ethnicos & publicanos haberi cunctos recusantes pendere [2] vectigal, quod per [3] Apostolicum suum decumanum (ut [c] Verres per Apronium) poscebat iniquissimè. Cujusmodi censuris exercendis labi posse quosvis Episcopos testatur [d] Pontifex laudatior, idq; sanctione recepta in canonici juris corpus, dicens: *Judicium Dei veritati, qua nõ fallit nec fallitur, semper innititur; judicium autem Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & falli: propter quod contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit solutus; & qui liber est apud Deum, Ecclesiastica sit sententia innodatus.* Adeò manifestum est, non quia, si, qui fratrem injuria verè afficit, auscultare nolet Ecclesiæ recte monenti, is justas contumaciæ suæ pœnas luet, idcireo de nemine judicari perperam posse ab Ecclesia: sed Titium aut Sempronium quandoque, clave errante, vel à sacerdotibus

[a] Synod. Constantiens. sess. 11. artic. 6.
[b] Ibid. artic. 21.
[1] Excommunicari.
[2] Decimam partem fructuum omnium beneficiorum in Cameracesi, Tornacensi, Leodiensi, & & Trajectensi, civitatibus & diœcesibus.
[3] Mercatorem quendam Florentinensem, nuncium & legatum Apostolicum.
[c] Cic. in Verr. lib. 3.
[d] Innocentius III. extra. cap. 2 nobis. 2. de sententia excommunic.

bus summis cœlo excludi, quasi tùm in patrem graviter peccârit, tùm matrem arroganter spreverit, quem neutrius culpæ affinem pronunciet justus mundi judex, & adversus sententiam, in terra temere latam, pro filio regni sui habeat.

15 Itáne verò, tametsi subtexuerit Christus, [c] *ubi sunt duo vel tres coacti in nomine meo, illic sum in medio eorum*: unde [f] adversarii pro extremo velut triariorum suorum subsidio nobis ingerunt, pastores saltem in *synodis*, præsertim *œcumenicis*, coactos falli non posse? Immo. Nam & singulis fidelibus, quos falli nihilominus posse agnoscunt, Christus, dicendo, [g] *Non deseram te, nec derelinquam te*, accommodat generalia promissa; [h] *Non deseram Israelem*, [i] *Non derelinquam pauperes*, [k] *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi*: & particulares synodi ex diœcesibus, provinciis, regionibúsve [l] in Christi nomine congregantur, [m] quæ tamen

[c] Matt. 18. 20.
[f] Petr. Sot. asserit. catholi. fid. circa art. confes. Wirtemb. cap. de concilio. Alfons. Castr. adversus hær. lib. 4. tit. de concilio. Hosius, confess. catholi. fid. cap. 24. de concilio œcumenico. Andradius, defens. fid. Trident. lib. 1.
[g] Jos. 1. 5. Heb. 13. 5.
[h] Deut. 31. 6. 2. Cor. 6. 16.
[i] Esai. 41. 17.
[k] Matt. 28. 20.
[l] Gregor. lib. 7. epist. 110. Opusc. [spud. I. cancilion.] inscript. De ordine celebrandi concilii, omnes, id est, regulæ Ecclesiasticæ, à sanctis Patribus constitutæ,

& ab Ilderico in codicis unius versus collectæ, erat. dicend. initio concilii: Adsumus, Domine sancte Spiritus, in nomine tuo specialiter aggregati.

[m] In sedecimo opusculo de ordine celebrandi concilii, concilium jubetur excludi hac præmissa formula: Quia conscientia remordente fatescimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forsan voluntas impulerit à justitia declinare; ob hoc te poscimus, te rogamus, ut si quid offensionis, in hac concilii celebritate attraximus, condonare ac remissibile facere digneris.

ment à justitia deflectere per cupiditatem, ac in errorem trahi per ignorantiam queunt. Quid, quòd œcumenica id est, [4] universalis ex orbe toto coacta nunquam fuit ulla, si [5] propriè loquamur de terrarum orbe. Nec enim quatuor celeberrimis, [6] Nicænæ, [7] Constantinopolitanæ, [8] Ephesinæ, [9] Chalcedonensi, affuerunt Episcopi ex India, Æthiopia, ceteris gentibus Christianis Romano Imperatori haud subditis: vix uni primæ unus ex una hujuscemodi. Quæ verò [10] per synecdochen dicuntur œcumenicæ, quòd ex [11] orbe Romano toto congregatæ sint, aut ex [12] tota quapiam Romani orbis parte, infirmitatem suam indicant exemplis [13] Ariminensis synodi, pro Ariana demum hæresi decernentis; & [14] Ephesinæ secundæ, pro Euty-

[4] οἰκουμενικὴ dicta, ex παντὸς οἰκουμένου.

[5] Ut οἰκουμενικὸν apud Græcos Psalmorum interpretes usurpatur, Psal. 23. 1. Τῷ κυρίῳ ἡ οἰκουμένη, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ.

[6] Euseb. de vita Constant. lib. 3. cap. 7. Gelas. Cyzicen. comment. actor. concil. Nic. lib. 2. cap. 5. & alii.

[7] Theodoret. hist. Ecclesiast. l. 5. cap. 6. & 9.

[8] Acta œcumenici Synodi, Ephesi habitæ cap. 25. 26. & 110. Gr. edit. Commelin.

[9] Acta de orbe Romano deserbendo legatorum, Tom. 2. Concil. Græc. τῶν ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπων. [10] Augustin. de civit. Dei, lib. 5. cap. 25. 1. in orbe Romano. D. de statu hominum, l. 4. de fide cath. Cod. Theod. Gelas. Cyzicen. comment. actor. Nicæni conc. in præamb. [11] Symbolum secundæ Constantinopolitanæ, οἰκουμενικῶν dicitur apud Theodoretum, Just. Evagr. lib. 5. cap. 9. quamvis congregati in ea fuerint Episcopi ex Orientalis tantùm Romani orbis parte, ut indidem & cap. 8. ejusdem libri patet. [12] Athanas. de synodis Arimini & Seleuciæ & epist. ad Afros Episcopos. Basilius, epist. 130. ad Valentinianum. Augustin. lib. 1. contra Maximin. Arianor. epistop. & lib. 3. cap. 14. Sulpic. Severus, sacra hist. lib. 2. [13] Liberat. breviar. de causa Nestor. & Eutych. cap. 12. Evagr. hist. Eccles. lib. 1. cap. 10.

chiana. Quippe Christi promissum in has quadrare patet ex priscis [x] institutis atque [y] monumentis, sive causalem conjunctionem *enim*, [z] *Ubi enim sunt duo vel tres coacti in nomine meo, illic sum in medio eorum*, ad proximè præcedens dictum (quò spectare videtur potiùs) referamus, [a] *Si duo ex vobis consenserint in terra, de omni re quam petierint, fiet eis à Patre meo qui in cœlis est*; ut in nomine Christi coactos accipiamus fideles qui communibus precibus per Christum divinam opem implorant, quemadmodum jubemur [b] in ejus nomine cuncta facere: sive (quò nonnulli referunt) ad longinquius, [c] *Quæcunque ligaveritis in terra, erunt ligata in cœlo; & quæcunque solveritis in terra, erunt soluta in cœlo*; ut in Christi nomine sonet autoritate, mandato, verbo Christi, sicut ipse, quem Deus misit, [d] in Dei nomine venisse prædicatur. Potest igitur Christus Episcopis undecunque, quotcunque, quomodocunque congregatis adesse, quorum tamen plurimos haud ita suo Spiritu collustret roborétque, ut in sanctionibus synodicis labi nequeant. Nimirum & meliori parti, quam major sæpenumero vincit, [e] adest semper aliquo spirituali

[x] *Ord. celebrandi concilium Patrum cunctabundus, Superbiebat concilior. tom. 1.*
[y] *Epist. Synodi Arimin. ad Constantium Aug. apud Athanasium, de Synodis Arim. & Seleu. Socrat. hist. Eccle. lib. 2. cap. 28. Epist. 7 Innocentii Aug. ad Decessorum concilij Episcopos, de Synodo Ephesi cogenda: apud Synodum Chalcedonensem, act. 1. Leo epist. 10. ad Flavianum & 15. ad Synodum Ephesinam & 17. ad Theodosium Aug.*
[z] *Matt. 18. vers. 20.*
[a] *vers. 19.*
[b] *Col. 3. 17.*
[c] *Matt. 18. 18.*
[d] *Psal. 117. 26. Matth. 21. 9. Joh. 5. 43.*
[e] *Rom. 8. 9. 2. Cor. 13. 5. Eph. 5. 17.*

rituali dono: quanquam nullo tali, ne duo tales nunquam errent, licet id peterent. [f] Nequaquam enim peterent secundum voluntatem Dei: [g] nec Deus, nisi hoc modo petentibus, auscultat. Ac nónne istic item suo se iniquitas jugulabit gladio? Nam Synodus Laodicena, [h] ex diversis Asiæ provinciis coacta, [i] œcumenicisque Synodis approbata, libros Maccabæorum [k] excluſit è Scripturarũ canone. [l] Carthaginensis autem, [m] vel saltem Tridentina, eosdem vice versa in canonem recepit. [n] Nicæna & Nicænam subsequitæ [o] multę

[f] 2. Cor. 12. 9. Levit. 4. 3. Hebr. 5. 2. & 7. 26.
[g] Matt. 6. 10. Luc. 22. 42. 1. Joh. 5. 14.
[h] Prolem. Synodi Laod.
[i] Ex Synod. in Trull. can. 2. Nicæna. Synod. sept. edit. 1.
[k] Synod. Laod. can. 59.
[l] Can. 47. Carthag. Synod. III.

[7] *Carthaginensis Synodus tertia celebrata est Cæsario & Attico consulibus, anno Dom. 397. Canon autem ejus synodi, quo hic honor habetur libris Maccabæorum, sternitorum sociis Romani Episcopi Bonifacii, qui tum nullus erat. Unde patet canonem illum ea synodo sanciri nequivisse. Quod Baronius item [annal. Eccles. ad ann. 400. 5.] observat. Suarius vero, [amor. in eundem canonem, Concilior. tom. 1.] Licet, inquit, illud ex p. 47. in præsenti exemplari, tanquam aliquod hujus concilii capitulum habeatur: in aliis tamen certus conciliorum libris dicitur esse Carthaginiensis concilii vicesimum quartum capitulum, celebrati post consulatum Honorii duodecimũ, & Theodosii octauum, quorum annus currit sub Bonifatio Papa. Porro quidam alii sunt libri, quos memorat Suarius, conciliorum libri, quam exemplaria Græca Carthaginensis synodi, & Latina è Græco expressa, quale Hervetii est, interpretis Balsamonis. In quibus quandoquidem libri Maccabæorum haudquaquam ascripserunt sanctæ Scripturæ, Carthaginensem synodũ eos præteriisse potius sit probabile: ut cum Bellarmino [de verbo Dei, lib. 1. cap. 10.] Tridentinum sanctum decretum laudabilius.*

[m] Sess. 4. [n] Can. 6. [o] Constantinopolit. 1. can. 2. Ephesin. 1. sent. super petitione episcoporũ Cypri. Græc. Ancyr. Paris. 1540. & alior. concil. Ephes. tom. 2. append. 1. cap. 4. Latin. edit. Peltan. Concilior. tom. X. Venet. Chalcedon. can. 1. & 9. African. cap. 105. epist. ad Cœlestinum. Generat. vulgar. Constantinopolit. IV. can. 17.

Romano

Romano Episcopo jurisdictionem in quasdam duntaxat Ecclesias datam agnoverunt. Atqui [p] Lateranensis sub Innocentio Tertio principatum eidem potestatis ordinariæ super universas attribuit. [q] Constantiensis, asserés concilium supra Papam esse, & hunc illi obedire debere, Johannem vicesimum tertium schismaticósque Pontifices Gregorium & Benedictum gradu dejecit. [r] Basileensis, idem doctrinæ caput contra Eugenium Quartum urgens, tantopere aliis displicuit, ut à Ferrariensi Florentina idcireo primùm per ambages, pòst à [s] Lateranensi sub Leone Decimo apertè condemnata sit. Quas omnes quum in Christi nomine convenisse velint Pontificii, nec singulatim decreta, inter se pugnantia, recta esse queant: Synodos in medio sui Christum habentes, quantumlibet œcumenicas, erratis subditas statuant ipsi est necesse.

16 Ita, patefacto electos & vocatos, seu greges seu pastores, non modò solitarios verùm etiam in Synodis quantiscunque coactos, obnoxios esse maculis vitæ fideique: restat Ecclesiam militantem errare tùm moribus posse, tùm doctrina.

[p] Cap. 5.

[q] Sess. 4. & 5.

[r] Sess. 29. & 31. decr. 3. & sess. 33. 34. & 38.

[s] Genet. Klev. synod. (ut ex Græcis inscribitur,) præsum in Constantinopolitana Patriarcha confusa, & Eugenii P. 4. decreto, de Synodo Ferrariæ celebranda.

[t] Sess. 11.

Quorum

Quorum altero noſtrarum Eccleſiarum fidē defendo ab [a] iniquè impoſito probroſo Puritanorum nomine; cujus notam qui merebantur, Familiæ caritatis, ſi [x] ex nobis egreſſi ſunt, nō erant ex nobis: & videntur potiùs ex calumniatoribus noſtris exiiſſe, à quibus, Pelagianum ſanctimoniæ faſtum ſpirantibus, propiùs abſunt; & quibuſcum [y] Papam, unctum unctorum, atque Cardinalium cœtum venerantur. Altero Pontificiæ Synagogæ aſſeclas hæreſis reos perago; ni ſtultitiæ malent, ſi fortè ſe in latebras pluſquam triarias Cardinalis Hoſii aut Turrecrematæ abdant, de loco, tempore, ideáve: argutando videlicet, [z] *tametſi fideles ſinguli, ut Cyprianus, errare poſſint, non poſſe tamen omnes in unum congregatos*; quod eſt quadrupedem alitem gryphem ſomniare, [a] qualis in rerum natura nullus exiſtit: aut vafriùs concludendo, [b] *totam Eccleſiam errare non poſſe ſimul*; quod poſitum æquè noſtram theſin labefactaret, ac ſi [c] Moſi, hominem mortalem eſſe tradenti, obtrectaret quiſpiam inficiando genus humanum univerſum ſimul mori poſſe; melius [d] hoc quidem è verbo Dei proba-

[a] Chriſto. Motiv. 1. & 3. Quæſt. 8. Stapleton. Antonin. princip. doctr. lib. 13. cap. 9.
[x] 1. Joh. 2. 19.
[y] H. N. Evang. regni, cap. 31. §. 5. Unctorum ſeniorum ſupremus unctus, Papa. §. 8. Proximi Papæ, Cardinales, in ſanctiore ſanctuario veræ & conſummatæ Eſſentiæ cum eo ſuam communionē habent.
[z] Hoſium. confeſſ. prolegom. Brent. lib. 3.
[a] Martin. Michov. præfat. libror. de Sarmat. & lib. 1. cap. 14. Hieron. Cardan. de variet. rer. lib. 7. cap. 25.
[b] Turrecremata, ſumm. de Eccle. lib. 2. cap. 92.
[c] Gen. 3. 19. Pſal. 90. 3.

[d] Eccleſ. 1. 4. Matt. 13. verſib. 30. 39. & 41. 1. Cor. 15. 51.

turus,

turus, quàm qui totam Ecclesiam militantem errare simul posse negat.

17 Ac immanem quoque istorum arrogantiam, plus sibi tribuentium quàm Deo, arguit thesis tertia: *Major est autoritas Scripturæ quàm Ecclesiæ.* Res unico argumento (quid enim vos multis morer?) extra controversiam omnem sic ponenda. Cuncta verba Scripturæ sunt verba veritatis: quædam autem verba Ecclesiæ verba sunt erroris. At major est autoritas dicentis semper verum, quàm aliquando mentientis. Major ergo est autoritas Scripturæ quàm Ecclesiæ. Cuncta verba Scripturæ sunt verba veritatis. Nam (quod inficiari nec adversarii queunt) [a] *tota Scriptura* [b] *à Deo inspirata est: &* [c] *Deus neque fallere potest, neque falli.* Quædam verba Ecclesiæ sunt verba erroris. Hoc item, superiore thesi demonstratū, adversarios adeò confitentes habet, ut eorum doctissimus Tridentinæ fidei patronus [f] Andradius, affirmans *in complaribus hallucinari posse concilia generalia*, exempli causa *Chalcedonensem Synodum*, unam è quatuor illis celeberrimis, quas [g] Pontificum maximus [h] maximo applausu professus est se venerari sicut quatuor

3. Thesis.

[a] 2. Tim. 3. 16.
[b] Deinde vers. 17.
[c] Ioh. 10. Dic Deus, Tit. 1. 2.

[f] Defens. fid. Trid. lib. 2.
[g] Gregorius Magnus, lib. 1. epist. 24.
[h] In fundamentis juris canonici: dist. 15. cap. Sicut

[1] Can. 28.

or libros sancti Evangelii; *Chalcedonensem*, inquam, *errasse* pronunciet *præferendo temere & nulla ratione Constantinopolitanam Ecclesiam Alexandrinæ atque Antiochenæ.* Quid, quòd & Episcopus Romanus, [2] Leo Primus, eandem Synodum, ob idem decretum, velut Spiritus Dei documentis, quia sanctionibus Nicænis, contrarium, acriùs perstrinxit: *Tanquam*, inquiens, *refutari neque at quod illicitè voluerit multitudo, & illa Nicænorum canonum per sanctum verè Spiritum ordinata conditio in aliqua unquam sit parte solubilis.* Nec ideo tamen istuc eludent cavillando, Concilium Chalcedonense hac in re à Papa non esse confirmatum: se verò, quum Ecclesiam pernegant errare, significare Concilium approbatum à Papa. Etenim, ut ut aliter Leoni Papæ visum est, [3] Papa Innocentius Tertius approbavit concessum Chalcedonensi canone privilegium Constantinopolitanæ sedi: neque tanti fecit Nicænam antiquitatem, quam urgebat Leo, quin antiquitatem Synodi Chalcedonensis & aliarum, quantumvis recentiorem, ei anteferret. Proinde si Nicæna Synodus & Leo recèt censuerunt, Chalcedonensis lapsa est cum Innocentio.

[2] Epist. 53. ad Anatolium.

[3] Conc. Lateran. cap. 5. Extra. de privileg. & excessib. cap. antiquæ.

centio. Sin autem Chalcedonensis & Innocentius stent erecti: Nicæna cecidit cum Leone. Adeò, à quocunque comprobentur Synodi, concluduntur certò sub gravissima sancti [m] Augustini voce; *de Scriptura quidem canonica dubitari & disceptari non posse, utrùm verum vel rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit: Concilia verò generalia, non modò provincialia nationaliáque, sæpe priora posterioribus emendari*; aut saltem, quod Andradius & Leo addi postulant, priora posterioribus aliquando corrumpi. Quæ quum ita se habeant, & vel cæco appareat eum judicandum fide digniorem qui verum semper dicit, quam qui nonnunquam falsum: majorem esse autoritatem Scripturæ quàm Ecclesiæ manifestissimè liquet.

[m] *De baptismo contra Donatist. lib. 2. cap. 3.*

18 Tamen Pontificii nobis notam hæresis ob hanc sententiam dudum inurere studuerunt, atque adversarium dogma pro catholico suis venditare. Quod [n] Eckius, antesignanus eorum contra Lutherum, luculenter indicat; primùm, opponendo assertionem nostram sibi hunc in modum, *Objiciunt hæretici, Majorem esse autoritatem Scripturæ quàm Ecclesiæ*: deinde nobilem recludit

[n] *Enchirid. locorum communium. tit. 1. de Eccles. & ejus autorit.*

Papisticæ

Papisticæ paralogismum, *Ecclesiam*, nempe, *quia sanguine & suffocato utitur, mutasse sua autoritate rem à* [o] *Scriptura definitam, ne quis suffocato aut sanguine vescatur*, quasi verò Ecclesia non ad id [p] Scripturæ filo duc̃a venerit, sophisma igitur suum concludendo his verbis, *Ecce potestas Ecclesiæ super Scripturam*. In campo Martio Romæ collocatum legimus Ægyptium obeliscum, cui Cæsar Augustus usum mirabilem ad deprehendendas solis umbras, dierúmque ac noctium magnitudines, & horas, addidit. Ista observatio quum per multis annis minimè congruisset, nec inde spatia temporum distinguerentur rectè Vespasiani ævo, [q] Plinius, de causa discriminis divinans, *Sive*, inquit, *Solis ipsius dissono cursu, & cæli aliqua ratione mutato; sive universa tellure aliquid à centro suo dimota; sive urbis vrmoribus, ibi tantùm gnomone intorto; sive inundationibus Tiberis sedimento molis facto.* Obelisci hujus simillima videtur Ecclesia, quæ in agro Romano ad mirabilem ab Augustissimo Deo usum concinnata, ut Solis justitiæ, Jesu Christi, horas, vitæque sempiternæ ex ejus præsentia, & mortis ex absentia vicissim sequuntur conditiones ostendat,

o Act. 15. 29.

p Act. 15. 21. 1. Cor. 8. 13. & 10. 32.

q *Natur. hist. lib. 36. cap. 10.*

ostendat, talem se gnomonem jamdiu malè præstitit. Sed aberrationis rationem Eckius allinit omnino mutabilitati Scripturæ, eóque Christi, cujus sermo Scriptura est; non naturæ soli Romani, quod terræ motu concuti nunquam posse demonstrat, (ex principiis scilicet geographiæ,) nec perturbationibus humanis inscitiáve mutare aut subsidere: multo pejùs quàm Plinius, qui potuisse fatetur Augusti obelisco perire gnomonis usum ex tremoribus urbis, vel Tiberis inundationibus, etsi de ipsius Solis cursu dissono conjecturam absonam fidei præmittit. Nos verò, fratres, qui meliùs tùm physiologiæ tùm theologiæ rudimenta edocti sumus, majorem firmitudinem constantiámque tribuamus cœlo, quàm terræ; Soli, quàm gnomoni; orbi signifero, quàm obelisco Ægyptio; cœlesti numini, quàm mortali; divino Spiritui, quàm creaturæ; id est, Scripturæ, quàm Ecclesiæ. Nam vox Scripturæ vox [r] Dei est: vox autem Ecclesiæ vox [s] hominum. Quare, si [t] Antichristus sit qui hominem effert supra Deum: profectò impium est Ecclesiam efferre supra Scripturam. Nec dissiteor tamen vocem Ecclesiæ

[r] 2. Tim. 3. 16.
[s] Act. 14. 14. & 15. 17. & 17. 30.
[t] 2. Thes. 2. 4.

interdum esse vocem Dei. Discipulis enim Evangelium in Scriptura traditũ annuncianti-
[a] Luc.10.16. bus ait Christus: [a] *Qui vos audit, me audit.* Sed quũ Spiritus sanctus, Spiritus veritatis, loquatur semper in Scriptura; in Ecclesia verò quandoque spiritus humanus, spiritus erroris; quæ ambo soli dissimis documẽtis firmata sunt: quin agnoscis, homo,
[x] Hos.12.5. Israelem cum [x] Angelo fœderis luctantem,
[y] Gen.32.25. [y] claudum recessisse; ac Josuam Hacani
[z] Jos.7.19. consulentem audis, [z] *Tribue gloriam Deo?*

19 Hæc habui quæ præfarer ad theses de Scripturæ sufficientia, præstantiáque, & Ecclesiæ militantis infirmitate disceptandas: verbosiùs forsitan explicata, quàm vestra, viri doctissimi, pia perspicacia; succinctiùs tamen, vereor, quàm adversariorum perversa cæcitas postularet. Ceterùm, quousque per temporum angustias sperabam mihi cum bona Procuratorum venia permissum iri, perrexi. Quod porrò corroborandæ aut illustrandæ veritati additu opus erit, inter disputãdum adjiciam (Deo favente) si occasio dabitur, quum ab his, qui animos amicorum gerunt, arma hostium induent, Pontificia tela in me intorquebuntur.

THESES

THESES TRACTATÆ in Schola Theologica Novemb. 3. 1579.

1 Sancta catholica Ecclesia, quam credimus, est cœtus universus electorum dei.

Qui mare, qui terram, qui condidit æthera verbo,
Qui q; potente manu condita cuncta regit,
E grege terrigenûm sibi legit amore perenni,
Quos sibi, quos cœli jungat in arce suis.
Sanctus hic & felix haud una ex Isacidarum
Sede, sed è toto cogitur orbe chorus:
Quà jacet Æthiopis regio dominantis ad Austrum,
Quà patet Arctoi terra sub axe poli,
Quà rutilans radios undis extollit Eois
Phœbus, & Hesperio gurgite tingit equos.
Non capit ægra caro mysteria, lumine mundi,
Talia: mens, Christi lumine, sana capit.

2 Ecclesia Romana nec catholica est, nec sanum membrum catholicæ.

Non bene Romanam concluditur orbis in urbem.
Floret enim Christi, quà patet orbis, honos.
Roma fuit, fateor, sancti pars inclyta cœtus.
Roma fuit verax, integra, pura, pia.

Roma fuit ſano vitæ celeberrima verbo.
Relligione Petri ſplendida Roma fuit.
Jam cinis eſt ubi Roma fuit: Capitolia ſqualent:
Sanctorúmque madet ſanguine turpis humus.
Templa ſuperſtitio contaminat, atria factus,
*Tecta ſcelus, cameras *taxa, libido toros.*
Infelix Babylon, hoſtis funeſta Sionis,
Túne ſacra Solymæ nomen ab æde trahis?

* *Taxa camera Apoſtolica.*

3 Eccleſiæ reformatæ in Anglia, Scotia, Gallia, Germania, ceteriſque regnis & rebus-publicis, jure à Romana ſe-ipſas ſegregârunt.

Scribitur excidio Babylon peritura tremendo.
Vita tibi curæ eſt? è Babylone fuge.
Roma, recens Babylon, itidem peritura refertur.
Roma igitur fugiat, vivere quiſquis avet.
Nobilis id magno Germania pectore fecit.
Anglia Germani carpſit ovilis iter.
Scotia cum Danis, Suecis, Belgíſque ſequuta eſt.
Strage nec horribili Gallia fracta ſtetit.
Outinam Chriſto reliquus ferat orbis honores:
Diique humiles ſummo dent ſua ſceptra Deo.
Exſtrue, ſancte Parens, Solymæ delubra, domóſque:
Et revoca populos è Babylone tuos.

Cùm

CUM multa singularia Dei beneficia, patres & fratres, in Academiam nostram disseminata sunt, quæ fructus edant uberes ad propagandam Dei gloriam & Ecclesiæ salutem, si naviter excolantur: tùm ex illis omnibus vix ullum præstantius, ut mea fert opinio, quàm quòd orthodoxæ religionis capita non modò prælectionibus publicis doceri, sed disputationibus etiam enodari & confirmari solent. Præclarum sine dubio perutileq; institutum, & scholis Christianis, id est, divinis dignissimum. Quid enim [a] veritate, quæ ad Dei notitiam, [b] æternæ vitæ fontem, ducit, pretiosius? Quid autem accommodatius ad statuminandam veritatem, quàm ejus ex libratis utrinque rationum momentis comprobatio? Nam quemadmodum [c] aurum, quod è puteo-

[a] Joh.17.17. Tit.1.1.
[b] Joh.17.3. Tit.1.2.
[c] *Plin. natur. hist. lib.*33. *cap.*4.

rum scrobibus effoditur, metallici ab admixtis fæcibus tundendo, lavando, urendo segregant; & [d] agricolæ frumentum, ut [e] alendo corpori humano aptius sit, ab acere secernunt cribrando evannandóque: ita veritatis thesaurus à scoria, non quidem sua ipsius, quippe [f] purgatissimus; sed ex [g] luteis [h] vasis, quibus capitur, contracta, rationum malleis velutiq; aqua & igne dispescitur; ac spirituale [i] triticum, [k] pani quo mortalium animæ pascantur faciendo datum, à cœlestis agri cultoribus ad pellendam erroris paleam ventilatur. Hujus verò muneris perfunctionem alacrem atque diligentem potest respublica suo quasi jure à nobis postulare: præsertim quum amplissimum nostrum optimarum artium gymnasium eximiis privilegiis, ædificiis, possessionibus idcirco potissimum ornârit, ut operarios hinc in messem Domini emittendos, pastores doctorésq; habeat. Etenim nec tales erunt quales decet, nisi refractariis os obthurare queant, & contradicentes convincere, teste [l] Apostolo, non solùm exhortari sana doctrina: nec ejus facultatis facilè fient compotes, nisi assueverint se ita exercere interrogando, respondendo;

[d] Varro de re rust. lib. 1. cap. 52. Columell. lib. 2. cap. 21.
[e] Galen. de alimentor. facultat. lib. 2. cap. 6.
[f] Psal. 12. 7. Prov. 30. 5.
[g] Job. 4. 19.
[h] 2. Cor. 4. 7.
[i] Jer. 23. 28.
[k] Prov. 9. 5. Esai. 55. 2.
[l] Tit. 1. 9.

spondendo; quod [m] Christus puer fecit in medio magistrorum eidem studio vacantium, & futuris sui gregis pastoribus specimine suo commendavit. [m] Luc.2.46.

21 Quòd si res ulla est in qua per magni referat, & ministros Christi quàm instructissimos reddi contra pravas artes adversariorum; & Christianæ veritatis aurum à scoria, triticum à palea, defæcatissimè per opificum colonorúmq; Ecclesiasticorum industriam purgari: hæc certè, quæ à nobis disceptanda suscipitur, tantum & periculum affert ignorata, & explorata commodum, ut ad eam penitus ac liquidò pernoscendam debeamus cuncti, qui servari volumus, ingenii nervis omnibus meritò conniti. Grassantur enim hodie passim, quos [n] Christus caveri à nobis jussit, de quibus exorituris inter fideles [o] Petrus vaticinatus est, pseudoprophetæ, doctores falsi: qui speciem quidem ovium, simplicissimarum animantium, præ se ferentes, sed reipsa perniciem quærentes animarum, sicut lupi rapaces solent [p] gregis sanguinem, exitiales docent hæreses, & veritatis viam blasphemant. Cujus ad mali majorem efficaciam, ut [q] Rabsakes [n] Matt.7.15. [o] 2.Pet.2.1. [p] Act.20.29. [q] 2.Reg.18.25

Assyrius, attentans priscam Jerusalem, Jehovæ nomen obtendit adversus populum Jehovæ: ita Romanensium Rabsakum caterva, novæ Jerusalem hostis, Ecclesiæ nomen objicit adversus filios Ecclesiæ. Catholicam Ecclesiam credendam ait Christianis: Romanam autem solam esse catholicam: nos ergo, qui Romanæ jugum exuimus, à catholicæ Ecclesiæ communione defecisse: porrò salvum fieri posse neminem extra Ecclesiam: ideo, quicunque relicta Ecclesia Romana se nobiscum junxerint, eos perituros demum necessariò. Istis blandiloqua sophistarum lingua & stylo speciosè fucatis seducuntur multi minimè mali: qui fidem orthodoxam imprudentes fugiunt, dum timent ne fide excidant; nec audent aggregari ad reformatam Ecclesiam, ne ab Ecclesia catholica segregati putentur. Adeò in ipsos jam Romanos quadrat, quod [1] Romanus olim Episcopus ad monachos Palæstinos scripsit: *Pro fide vos agere creditis, & fidei contrarii; Ecclesiæ nomine armamini, & cõtra Ecclesiam dimicatis.* Quamobrem, quum hujus causæ tractationem non modò simpliciorum inscitiæ levandæ, sed etiam minuendo peritiorum

[1] *Leo I. epist. 83*

ritiorum errori, electorum denique saluti, quod caput est, promovendæ sperarem opportunam fore: non potui quin pro officio, vel pietate potiùs, quam redemtori meo fratribúsq; debeo, data tam idonea dicendi occasione, de statu Ecclesiæ catholicæ, Romanæ, nostræ, verba facerem. Atque aditus quidem facilior ad rem totam superiore mihi disputatione patefactus videtur. Nam posito Scripturam cuncta fidelibus servandis necessaria tradere, Ecclesiam labi posse tùm moribus tùm doctrina quoad usque militat, & ejus autoritatem minorem esse quàm Scripturæ, promtiorem jure assensionem invenient quæ ex firmamentis Scripturæ ad Ecclesiæ catholicæ naturam, Romanæ corruptelam, integritatem nostræ aperiendam adhibebo.

22 Sed antequam aggrediar hæc tria explanare, quod pro ratione temporis succinctè, muneris sincerè, conabor, Deo favente: principio ab omnibus vobis, auditores, impensè peto & quæso, ut cum attentis auribus, quas afferre soletis, afferatis animum item amplectendæ veritatis avidum. Celebrantur ab Ethnicis Atheni-

enses

[f] Arist. rhet. ad Theodect. lib. 1. Lucian. in Anacharsi.
[g] Demosth. contra Aristocrat.
[h] Macrob. Saturnal. lib. 7. cap. 1.
[i] Isocrat. orat. Areopagit. Lucian. in Hermotimo.

enses judices [f] Areopagitæ, quòd tam accusatorem quàm reum sine proœmiis dicere juberent, & [g] jurejurando adigerent se non calumniaturum: [h] ipsi verò causam summo silentio, dum ageretur, audirent; & [i] summa æquitate, quum acta esset, dociderent. Tales vos mihi, qui Christianas nostras Athenas incolitis, quasi censores exhibeatis velim. Ego, quod actoris apud illos erat, defensionem nostræ sententiæ sine proœmiis, quamvis injussus, & sine calumniis, quamvis injuratus, vobis proponam. Vos, quod Areopagi gravitatem decet, dicentis orationi taciturnitate attentionis, dictorum autem veritati suffragatione judicii favete. Atque utinam, siqui adsunt aliter affecti, Dionysium imitentur Areopagitã: [j] qui, quum audivisset Apostoli doctrinam de resurrectione, tametsi à vulgari, quam præjudicatam attulerat, opinione abhorrentem, assensit ei tamen autoritate verbi commotus credidit que. Deus, pater luminum, à quo, [k] perfecti omnis doni largitore, tùm Apostoli zelus ad sermonem vitæ annunciandum accensus est, tùm Areopagitæ mens ad auscultandum & fide percipiendum, electos universos ad

[j] Act. 17. 34.
[k] Jac. 1. 17.

eadem

eadem præstanda, pro suo quemque loco, facultate, officio, animare dignetur. Aperi nobis oculos, Jehova, ut legis tuæ lucem contemplemur. Da nobis corda carnea, ut amoris tui flammam sentiamus. Deducat nos Spiritus tuus in omnem veritatem; effulgeat verbum tuum lucerna pedibus nostris; ut credamus quæ doces, faciamus quæ jubes; ad sempiternam tuæ bonitatis gloriam, & salutem nostram. Amen.

23 Instituenti mihi differere de Ecclesia cùm universè, tùm in partibus, Romana & reformatis variarum gentium, occurrit primò declarandum, vocabulis *sanctæ catholicæ Ecclesiæ, quam in symbolo Christianæ fidei nos credere profitemur*, notari *cœtum universum electorum Dei*. Quippe qui *Ecclesia* dicantur, quòd ad regni cœlestis participandi consortium efficaciter evocati sint; *sancta*, quòd à profano ceterorum hominum vulgo segregati; *catholica*, quòd cuncto è terrarum orbe, non una quapiam sola natione, coacti. Nam Deus, gloriosæ gratiæ suæ divitias cum humano genere communicare statuens, [a] ab æterno elegit certam multitudinem in peculiarem populum, qui [b] paratum sibi à jactis mundi fundamentis

4. THESIS.

[a] Eph. 1. 4.

[b] Matt. 25 34.

fundamentis regnum possideret. Hujus autem populi sui membra singula, quantocunque locorum aut temporum spatio disjuncta, in unius corporis societatem mysticam Spiritus sui vinculo conjunxit & colligavit tanquam in unam civitatem. Quæ nuncupata [c] Jerusalem cœlestis, nova, sancta, civitas Dei vivi, [d] regem habet Christum, Jesum Christum [e] populi sui servatorem: cives, homines [f] sanctos & fideles in Christo, [g] sanctorum scilicet concives, ac domesticos Dei: [h] leges, Christi verbum, cui auscultant cives, sicut [i] oves pastoris voci: codicem, in quo [k] nomina civium scripta sunt, librum vitæ Agni: beneficia denique civibus communia, [l] liberationem à peccatis, ab hostibus, à malis cujusquemodi; & [m] sapientiæ, justitiæ, sanctitatis, gloriæ, omnium spiritualium bonorum adeptionem. Neque verò nobis, qui [n] primorum parentum nostrorum gravi culpa æternæ mortis rei evaseramus cuncti, potuisset tanta felicitas obvenire, nisi [o] Deus mundum amore singulari dignatus esset sibi reconciliare, in mortem dando Filium suum unigenitum, ut quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam

[c] Heb.12.22. Apoc.3.12. & 21.10.
[d] Zach.9.9.
[e] Matt.1.21.
[f] Eph.1.1.
[g] Eph.2.19.
[h] Heb.8.10.
[i] Joh.10.27.
[k] Apoc.13.8. & 21.27.
[l] Luc.1.71. Eph.1.7. Apoc.1.5. & 21.4.
[m] 1.Cor.1.30. Eph.1.3. Phil.3.10.
[n] Gen.3.6. Rom.5.12.
[o] Joh.3.16. 2.Cor.5.19.

vitam æternam. Quem ad finem iniens fœdus cum fidelibus, fœdus, re unum, ratione geminum; prius, dictum vetus, sancitum in Christo promisso, posterius, novum, in Christo exhibito; utrumque fusiùs quidem veteris & novi Testamenti, seu fœderis, tabulis perscriptum, summatim autem ibi conceptum iltis verbis, [p] *Ego ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus*; ut ex altera parte [q] illos obligavit ad se habendum pro Deo, quem religiosæ vitæ ac puræ conscientiæ integritate colerent: ita ex altera [r] se spopondit eos habiturum pro populo, & divinis opibus protectionéque perpetua beatos redditurum. Ejusdem porrò fœderis à Deo cum Ecclesia icti professio, ex eisdem tabulis in compendium Symboli (quod Apostolorum vocatur, utpote summam doctrinæ Apostolicæ continens,) relata, duabus itidem constat partibus: quarum altera Ecclesiæ [s] officium erga Deum, unum essentia, trinum personis, Patrem creatorem, Filium redemtorem, & Spiritum sanctum declarat; altera verò Dei benedictiones in Ecclesiam, è cœlo sanctificatam, ex omni terra collectam, inter quas præcipuæ sunt [t] sanctorum

[p] Gen.17.7. Jer.30.22. & 31.33. Ezek.11.20. & 36.28. Heb.8.10. Apoc.21.3.

[q] Gen.17.1. Hos.2.versib. 16.& 23.

[r] Lev.26.12. Hos.1.10. Apoc.21.7.

[s] Joh.14.4.

[t] 1.Joh.1.3.

rum communio, remissio peccatorum, carnis resurrectio, & vita æterna, complectitur. Quum ergo sanctam Ecclesiam, in Christianæ fidei Symbolo memoratam, pateat esse populum quocum fedus inivit Deus; is autem populus certò sit cœtus electorum, cœlestis regni heres, à Patre benedictus, in Filio adoptatus, regeneratus per Spiritum: manifestò liquet universum cœtum electorum Dei significari Ecclesiæ sanctæ catholicæ, quam in Apostolico Symbolo profitemur, appellatione.

24 Nimirum populus Dei, ex misera mortalium reliquorum colluvie ad beatam [u] cœlitum immortalitatem non externa solùm prædicatione verbi evocatus, sed interno quoque Spiritus sancti afflatu, *Ecclesia* nuncupatur per excellentiam, quasi dicas, ab efficaci [x] vocatione, propria prædestinatis, justificatis, glorificatis, [y] nuptiarum Agni cæna fruituris: quem in modum & Paulus apostolus à [z] Deo ad suum regnum ac gloriam vocatos pronũciat, quos [a] electos sciebat, addens, [b] *Fidelis est qui vocavit vos, qui etiam id efficiet*; & Petrus, [c] Dei populum [d] electósque alloquens, ait [e] Deum ipsos vocasse ad æternam

[u] Heb. 12. 23.
[x] Rom. 8. 30.
[y] Apoc. 19. 9.
[z] 1. Thes. 2. 12.
[a] 1. Thess. 1. 4.
[b] 1. Thes. 5. 24.
[c] 1. Pet. 2. 10.
[d] 1. Pet. 1. 1. & 2. 9. & 5. 13.
[e] 1. Pet. 5. 10.

nam suam gloriam in Christo Jesu. Nam proinde Petrus satis esse duxit [1] electam memorare, quum significaret Ecclesiam, quam vocem [2] interpretes cum electa exprimunt: & Paulus, postquam scripserat [f] se omnia tolerare propter electos, hoc aliis verbis explicans [g] se facere dixit pro corpore Christi, quod est Ecclesia: uterque institutus à cœlesti magistro, qui eodem sensu [h] negavit portas inferorum prævalituras Ecclesiæ, quo [i] electos seduci nequaquam posse asseruit, [k] nec oves suas per quenquam è manu sua rapi. Idque magis patet, quia non simpliciter appellatur Ecclesia, sed *sancta Ecclesia*, per [l] vocationem scilicet sanctam (quo epitheto Paulus electorum vocationem notat) Deo consecrata: & ex [m] vocatis sanctis, hoc est, iis qui sancti sunt vocatione, consistens. Nec enim sanctitatis charismate donantur, nisi quos [n] elegit Deus ut sancti sint: & ad absolutam [o] sanctificationem justificatio concurrit; [p] electos autem solos Deus justificat: & justificans [q] fides, qua purificantur corda, est [r] fides electorum Dei: & [s] justè facta sanctorum sunt byssus munda & splendida, qua uxorem Agni, id est, [t] solos

[1] ἐν συνεκλεκτῇ. 1. Pet. 5. 13.

[2] Syr. עדיתא גבירתא. Vet. Latin. Ecclesia cœlecta. Erasmus, Beza, Isidorus Clarius: & in cæteris itidem linguis vulgaribus omnes quos viderim.

[f] 2. Tim. 2. 10.
[g] Col. 1. 24.
[h] Matt. 16. 18.
[i] Matt. 24. 24.
[k] Joh. 10. 28.
[l] 2. Tim. 1. 9.

[m] 1. Cor. 1. 2.

[n] Eph. 1. 4.
[o] Heb. 2. 11. & 10. 10. & 13. 12
[p] Rom. 8. 33.
[q] Act. 15. 9.
[r] Tit. 1. 1.
[s] Apoc. 19. 8. τὰ δικαιώματα.

[z] Apoc.21.27. [z] solos in libro vitę Agni scriptos, Deus to-

[a] Ephes.5.25. tam amiciet: denique [a] pro dilecta hac sua sponsa Christus morti se tradidit, ut eam purificans lavacro aquę per verbum à peccati sordibus ad sanctimoniam renovaret, quam in præsente vita inchoat, perficit in futura, quum sibi eam maculis atque rugis vacuam, sanctam, prorsus sanctam & vitii expertem, gloriosam sistet. Adeò evidenter ex Apostolica phrasi adhibetur titulus sanctæ ad Ecclesiam illam eminentissimam: quæ militans, inter homines, sancta est affectu; triumphans, inter cœlites, sanctior effectu; tam verò militans,

[b] Jud.vers.20. quàm triumphans, in Christo [b] sanctissima. *Catholica* postremò, hoc est, universalis Ecclesia eadem nominatur, tanquam universis ex oris gentibúsq; ad Servatoris sui, ad sponsi, ad Domini gaudium vocata: quod in Apocalypsi Johannis, à viginti quatuor senioribus, florem Ecclesiæ sanctæ repræsentantibus, expressum est,

[y] Apoc.5.9. quum Agno dicerent; [y] *Redemisti nos Deo per sanguinem tuum ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione; & fecisti nos Deo nostro reges & sacerdotes, & regnabimus in terra.* Nam ut hîc viginti quatuor è primariis viris

ris partim veteris Ecclesiæ, partim novæ, duodecim forsitan prophetæ, totidemque apostoli, alios permultos non solùm ex Judæis, sed etiam Ethnicis designatos, qui sancti [a] sacerdotes, [b] ad offerendas spirituales hostias acceptas Deo per Christum, & [c] regnaturi cum Christo, quippe cum [d] victore Satanæ ac [e] mundi, [f] mundum ad Satanam victuri, ostendunt sed nec mortis secundæ obnoxios, & [h] electos esse: sic alibi, præter [i] ingentem Judæorum numerum notatum [k] signo pietatis in frontibus ad salutem, apparent [m] innumerabiles ex cunctis nationibus, tribubus, populis, & linguis, quos idem jus habere tum vestes albæ monstrant, tum palmæ manibus gestatæ; illæ [n] puritatem è sanguine Agni, quo lotæ sunt, & [o] glorioſi status, [p] lætitiam adumbrantes; hæ verò [q] victoriam, qua qui potiuntur, [r] coronam accipient incorruptam, [s] nec unquam terminanda beatitate fruentur. Videlicet Christo nondum passo in carne, post Abraham item [t] Hebræum [u] sejunctum ab alienigenis peculiari fœderis symbolo ad seminis promissi expectationem, [x] proselyti è quibusvis

[a] Esai.61.6.
[a] 1.Pet.2.5.
[b] Apoc.20.4.
[c] Luc.11.22. Joh.12.31.
[d] Joh.16.33.
[e] Psal.149.7.
[f] Joh.4.4. & 5.4.
[g] 1.Joh.2.14. Apoc.12.11.
[h] Apoc.20.6. 1.Pet.2.9.
[i] Apoc.7.4.
[k] Ezek.9.4.
[l] Matt.8.38.
[m] Rom.1.16. & 10.10. Apoc.7.9.
[n] 1.Joh.1.7. Apoc.7.14.
[o] Marc.16.5. Luc.9.29. Apoc.3.4. & 6.11.
[p] Eccl.9.10.
[q] Pausan. in Arcadic. ὁ δὲ ἀγὼν ἐς ἀνθρώπους νικῶντι ὀνήσιμος φέρεται.
[r] 1.Cor.9.25.
[s] Apoc.3.5. & 7.15.
[t] Gen.14.13.
[u] Gen.17.10.
[x] Exod.12.48. Deut.29.11. Jos.8.35. Act.2.10. & 13.43.

gentibus in consortium federis venerunt: haud secus salvi facti fide in Christum venturum, atque ille, [7] qui diem Christi vidit & gavisus est. Nato autem Christo ac [8] constituto à Deo Patre in lucem gentium, ut salus ejus esset usque ad extremitatem terræ, Ecclesia [a] dilatavit habitacula sua, [b] gentiúmque copiæ ad eam acceſſerunt: & Abraham, [c] in quo Dominus promisit gentes omnes benedictum iri, declaratus est [d] pater omnium credentium, præputiatorum etiam, [e] prout ipse in præputio per fidem justificatus fuerat. Non enim solos Judæos aut Judaizantes Ethnicos cooptavit sibi Deus in Ecclesiam; ut olim primò [f] Petrus apostolus aliíque minus considerate, postea [g] grex Rabbinicus & [h] fæx circumcisorum recens nimis [i] superbè opinati sunt: sed [k] Christus crucifixus solvit Mosaici, quod incircumcisos à circumcisis discluserat, septi maceriam; &

[7] Joh. 8. 56.
[8] Esai. 49. 6. Act. 1. 8. & 13. 46.
[a] Esai. 54. 2.
[b] Esa. 49. 12. & 60. 5. & 66. 18. Psal. 87. 4.
[c] Gen. 11. 35. & 18. 18.
[d] Gen. 17. 5. Rom. 4. 16.
[e] Gen. 15. 6. Rom. 4. 11.
[f] Act. 10. 28. & 11. 2.
[g] R. Moses F. Maimon, misnajoth lib. 2. tract. 2. circumcision. cap. 3. §. 8. R. Moses F. Jacob, lib. mandator. in mandato affirm. 28.
[h] Sepher emana, edit. à Paulo Fagio, cap. 18 Emunath Jehudim, præfix' Sebast. Munsteri Evangelio secundum Matthæum Hebraico.
[i] Judæi hodie suam quamcunque Synagogam appellant קהלת קדש Ecclesiam sanctitatis, id est, sanctam Ecclesiam. Usque adeò ut eam, quam Roma fovet Pontifex, pari fastu nuncupent קהלת קדש רומי sanctam Ecclesiam Romanam; [lib. precationum Hebraicar. inscript. machzor:] ac Pontificii suam, qua ibi est, Synagogam eodem ornant titulo, quem Bellarminum (exempli gratia) seu Baronium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem vocant.
[k] Eph. 2. 14.

[b] super eum, ut imum lapidem angularem geminus templi murus è geminis Judæorum ac Gentium, tanquam [l] lapidum vivorum, ordinibus superstruitur; quandoquidem [m] Deus est Deus utrorumque, utrosque justificans ex fide, inquit Paulus; & in quavis gente illi est acceptus quisquis illum colit, sicuti [n] Petrus tandem se comperisse agnovit. Ita ex Ecclesiæ, & sanctæ, & catholicæ, quà nomine, quà nominis notione ac sensu eximiè propriéque tributo electorum congregationi in Apostolicis scriptis, liquidiùs elucescit, eundem efficaciter vocatum Dei populum in succincta fidei ab eisdem Apostolis promulgatæ summa eodem elogio peculiariter signari. Quapropter, ut clarissimis tùm Symboli tùm sacræ Scripturæ documentis comprobatam thesim verbo concludam, sancta catholica Ecclesia quam credimus, est cœtus universus electorum Dei.

[b] Esai 28.16. Eph. 2.20.

[l] 1. Pet. 2. 5.

[m] Rom. 3. 29.

[n] Act. 10. 34.

25 Jam verò si qui fortè vestrum mirabundi, cur articulum fidei disputatione roborandum exhibeam, inquirant, quis de eo ambigat; ut [o] Lacon rhetori cuidam laudationem Herculis recitare volenti, *Quis enim eum*, inquit, *vituperat?* ii com-

[o] Plutarch. de apophthegm. Laconic. Moralia.

monestiant germanam articuli sententiam, qua de agitur, damnatam esse ab [p] Ecclesiæ Romanæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Theologis, Canonistis, atque ipso demum [q] Martino Papa Quinto, in Synodo Constantiensi, & mirari desinent. Nam illic inter alia, ob quæ Johannem Hussum, [r] virum virtutis opinione clarum & [s] egregiè doctum vel malevolentia judice, teste autem [t] mortis causa martyrem Christi fidelem, condemnârunt, [u] recensuerunt duo hæc effata ejus: [x] *Unica est sancta universalis Ecclesia, quæ est prædestinatorum universitas*; &, [y] *Ecclesia sic sumta pro prædestinatis est articulus fidei.* Qua in re quò notam profanæ novitatis inurerent homini de semitis antiquis interroganti, viámque boni perinde ac [z] debuit ineunti, [a] dixerunt *eum non fuisse veracem prædicatorem Evangelii Christi secundum expositionem sanctorum doctorũ.* [b] Spiritus seductores, per hypocrisin falsiloqui: quum nec ille sacram doctrinam de Ecclesia explicârit aliter, quàm ab orthodoxa

[p] Concil. Constantiens. sess. 15. sententia contrà Johannem Huss.
[q] Epist. ad Archiep. Episc. & inquisit. hæret. pravit. de erroribus Wiclef. & Huss. in Concilio Constantiensi damnatis.
[r] Æn. Silvius, hist. Bohem. cap. 35.
[s] Jo. Cochlæus, histor. Hussitar. lib. 2.
[t] Matt. 5. 11. Responsum manu ipsius Jo. Hussi scriptum 2. die Julii, apud Synodum Constantiensem, sess. 15. & protestationes ejus, tum sexto Julii, tum septimo, quo die damnatus est & exustus; apud fide dignum autorem, qui interfuit, in historia præfixa monumentis Huss.
Æn. Silvius hist. Bohem. cap. 36.
[u] Concil. Constant. sess. 15. Martin. V. epist. de erroribus Huss.
[x] Artic. 1.
[y] Artic. 6.
[z] Jer. 6. 16.
[a] Concil. Constantiens. sess. 15.
[b] 1. Tim. 4. 1.

orthodoxa vetustate dedicerat; & ipsi gloriæ suæ commodiq; studium simulatione pietatis fucârint. Etenim [c] Irenæus Ecclesiam, sanctam Ecclesiam, quippe cujus corpus universum ex Christo capite compaginatum augescere (ad [d] Apostoli verba spectans) asserit, donari ait [e] hereditate Abrahæ promissa, tanquam [f] semen Abrahæ, & [g] cum Abraham in regno cœlorum accubituram esse. [h] Clemens Alexandrinus itidem, immo expressius, affirmat in eandem unicam Ecclesiam catholicam & sanctam colligi justos [i] ex proposito seu præstituto adscitos, [k] quos Deus prædestinavit. Ejusdem ambitu omnes electos contineri, excludi autem omnes reprobos, confirmat [k] Gregorius Papa Primus ex typo templi Dei & atrii extra templum, quorum alterum [l] Johannes in Apocalypsi jubetur metiri, alterum foras ejicere. Ejusdem totum corpus translatum iri ad cœlum asseverat [m] Ambrosius, quia [n] Christi sponsa est, & [o] superstructa Christo, in quo omnis structura compaginata crescit in templum sanctum in Domino. Eandem voce [p] Pauli pronunciat Bernardus prædestinatam à Deo per Christum ante

[c] *Adverss. hær. lib. 4. cap. 18. & lib. 5. cap. 13. aut 14.*
[d] Eph. 4. 16.
[e] Gen. 15. 7. Heb. 10. 1. & 12. 10.
[f] Gen. 12. 4. & 17. 5. & 21. 12. Rom. 4. 16. & 9. 7.
[g] Matt. 8. 11. Luc. 16. 23.
[h] *Strom. lib. 7.* [i] κατ' ἐκλογὴν προθέσεως. Rom. 8. 28. Eph. 1. 11.
[k] Rom. 8. 30.
[k] *In Job. lib. 28. cap. 9.*
[l] Apoc. 11. 1.
[m] *Lib. 2. in Evang. Luc. cap. 3.*
[n] Eph. 5. 27.
[o] Eph. 2. 20.
[p] Eph. 1. 4.
[q] *In Cant. cantic. serm. 78.*

jacta mundi fundamenta: & electos omnes ipsam esse perhibet. Eandem [r] Augustinus, tùm ex aliis Scripturis [f] civitatem Dei, [t] prædestinatam regnare cum eo in æternum, [u] cœlestem Jerusalem, omnes cives sanctificatos habentem, concelebrat: tùm in [x] Cantico canticorum elogiis lilii inter spinas, horti conclusi, fontis obsignati, sororis Christi sponsæ decoratam statuit ad comprehendendos solos justos, [y] verè justos, sanctorum numerum certum prædestinatum ante mundi constitutionem. Nec [z] plerosque horum tantummodo nominatim citavit [a] Johannes Hussius pro astipulatoribus & testibus veritatis: sed etiam [b] Cyprianum, [c] Hieronymum, [d] Pelagium Papam, [e] Isidorum, [f] Remigium, & [g] Paschasium. Unde ut priorem enunciationem [h] inferens, *Ex jam dictis*, inquit, *sanctorum planè elicitur, quòd sancta universalis Ecclesia est numerus omnium prædestinatorum, & corpus Christi mysticum, cujus ipse caput est, & sponsa Christi, quam suo sanguine redemit*: ita posteriorem, quamvis absque

[r] *De civit. Dei, lib. 11. cap. 1. & lib. 15. cap. 1. De catechiz. rudib. cap. 20. De bapt. contra Donatist. l. 5. c. 27.*
[f] Psal. 87. 3.
[t] Matt. 25. 34.
[u] Gal. 4. 26. Eph. 2. 19. Heb. 12. 22.
[x] Cant. 2. & 4. 12.
[y] Rom. 8. 29.
[z] *Ambrosium, lib. 5. in Evang. Luc. cap. 9. Augustinum, de doctr. Christ. lib. 3. cap. 31. & 32. Enchirid. ad Laurent. cap. 56. De bapt. contr. Donat. lib. 1. cap. 16. De correct. & grat. cap. 9. Gregorium, in Job. lib. 35. cap. 8. Homil. 15. in Ezek. Homil. 19. in Evang. Matt. cap. 20. Bernardum, in Cant. sermon. 12. 1. & 4.*
[a] *Tract. de Ecclesia, cap. 4.*
[b] *De unit. Eccles. cathol. cap. 4. & 5.*
[c] *In epist. ad Eph. cap. 5.*
[d] *24. q. 1. c. Schisma.*
[e] *Lib. 1. sententiar. cap. 16.*
[f] *Homil. in illud, Vir Ninevitæ, Matt. cap. 12.*
[g] *De corp. & sang. Dom. cap. 7.*
[h] *Jo. Hussius lib. tali*

tali sanctorum mentione, tamen ex eisdem comprobatam, [i] subjicit; *Ecclesia, prout sumitur pro convocatione prædestinatorum, est articulus fidei, de quo loquitur Apostolus ad Ephesios, dicens,* [k] *Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut eam sanctificaret.* Re quidem vera, quod [l] Duarenus, vir disciplinæ Pontificum haud æquè favens ac doctrinæ, ait certissimum esse axioma inter id genus homines, *Si violandum est jus, regnandi gratia violandum:* hoc fecerunt Patres Constantienses torquendo articulo de catholica Ecclesia ad militantem, nec eam quà electa est, sed quà visibilis impiisque permixta; ut ipsi & Romanus Pontifex apud cunctos credentes sanctam Ecclesiam catholicam, Christianos, honorificentiùs tanquam præstantissima ejusdem Ecclesiæ membra & caput haberentur. Velificantes scilicet Pontificio dogmati, pridem in canonici juris partem ultimam recepto sanctionis famosa [m] Extravagante, de majoritate & obedientia. Ubi Bonifacius Octavus, unam sanctam Ecclesiam catholicam, [n] electam, teste sponso, à nobis credi præfatus, sic ejus velut [o] corporis mystici unius caput facit Christum,

[i] *Tractat. ad. cap. 7.*

[k] Eph. 5. 25.

[l] *De sacr. Eccles. ministr. et benef. lib. 5. cap. 11.*

[m] *Extravag. communes, cap. unam sanctam. De majorit. & obedient.*

[n] Cant. 6. 8.

[o] Eph. 1. 23. & 5. 32.

ut unum idémque caput cum Christo faciat Papam: quem catholicæ tamen Ecclesiæ caput esse ne ipse quidem diceret, nisi fortè insaniens; nam ita fieret caput Ecclesiæ triumphantis, quæ catholicæ pars est; sed caput visibilis Ecclesiæ vult censeri, quam pingit titulis sanctæ, catholicæ, electæ, ad pelliciendos simplices: ac offusa inde oculis caligine conclusionem nectit fraudis architectus, *Omnino ad salutem hujus animæ creaturæ necessarium esse subesse Romano Pontifici.*

26 Verùm sancta Ecclesia catholica, quam credimus, nequaquam significari visibilem cœtum ex electis & reprobis coagmentatum, nisi paulò sanior Papa & conventus Patrum approbatior, vi Scripturæ victi, contra semetipsos attestati fuerint: causam non dico quin Constantiensis synodi autoritas à rigidis [p] Papistis, quibus in gravissima capitis causa [q] repugnat, immeritò parvi pendi, & effrænata Extravagans Papæ Bonifacii molliùs à [r] Johanne Husso quàm debuit, tractari judicetur. Catechismo enim, quem ex [s] Tridentini concilii decreto Pius Quintus edidit, postquam [t] asseruissent *bonorum simul*

[p] Card. Cajeta. opusc. de autorit. Pap. & concil. ca. 8. Melch. Can. de locis theolog. lib. 5. cap. ult.

[q] Concil. Constantiens. sess. 4. & 5. Papam subesse concilio.

[r] Tract. de Eccles. cap. 4. 7. 12. & ult.

[s] Sess. 24. de reformat. cap. 7.

[t] In explicatione Symb. Apost.

& malorum multitudinem præcipuè in articulo fidei significari Ecclesia, subtexunt, [u] *Christum ei quasi corpori caput à Patre datum esse; cujus [x] Spiritus, ut animæ corporeis membris vitam, ita fidelibus impertitur gratiam: proinde sanctam etiam vocari, quòd [y] cum Christo, charismatum Spiritus sancti fonte, conjungatur, & [z] in eo baptizata sanctitatem remissionémque peccatorum accipiat: catholicam autem dici, quoniam ab ortu Solis ad occasum diffusa quosvis homines, [a] barbaros, Scythas, liberos, servos, [b] masculos, fœminas, [c] redemtos Christi sanguine ex omni tribu, lingua, populo, natione; ac fideles omnes, ab Adam usque ad mundi consummationem, [d] in angulari lapide Christo constitutos fundatósque, continet.* Pius ergo Papa & Tridentini Patres tradunt Ecclesiam in Symbolo commendatam corpus esse Christi. Docet autem Scriptura [e] totum Christi corpus sancto Spiritu, tanquam anima, vivificari & augeri. At incrementum tale procul est à malis, alioqui cum [f] gratia [g] gloriam adepturis. Mali ergo nulla corporis Christi pars sunt. Nec igitur Ecclesiæ. Pius Papa & Tridentini tradunt eandem à peccatis ablui per Christum atque sanctificari.

[u] Eph.1.22.
[x] 1.Cor.12.13
[y] Eph.4.16.
[z] Gal.3.27. Eph.5.26.
[a] Col.3.11.
[b] Gal.3.28.
[c] Apoc.5.9.
[d] Eph.2.20.
[e] Eph.4.16.
[f] Eph.2.21. & 4.15.
[g] Rom.2.7. & 6.22.

[h] Beati

[h] Beati verò quorum remissa sunt peccata:
[i] beati qui mundo corde sunt; quoniam Deum videbunt. At malis neutrum convenit. Nam [k] soli boni benedicuntur, & [l] videbunt Deum. Proinde nec peccata illis sunt remissa, nec corda purificata. Quare nec pars Ecclesiæ sunt. Pius Papa & Tridentini tradunt eâdem fideles omnes per Christi sanguinem redemtos, & in ipso tanquam angulari lapide fundatos, comprehendi. At mali nec [s] fideles sunt, ex [m] Apostolico vocis usu; [n] servabitur enim [o] quisquis credit, [o] finisque [p] fidei est salus animæ: &, ut dicantur fideles ob [p] fidei professionem aut [q] temporariam fidem, redemti tamen non sunt fundative in Christo. Nam redemti [r] reges & sacerdotes Deo fiunt: [s] quæ sanctorum propria est prærogativa. Et [t] in Christo fundati fundatas in petra domos, quæ nunquam corruent, ædificârunt: [u] mali verò in arena struxerunt ruinosissimas. Non sunt igitur pars Ecclesiæ. Pars autem essent necessariò, si multitudo bonorum simul & malorum præcipuè notaretur Ecclesiæ sanctæ catholicæ appellatione. Itaque sicut [x] Caiphas Judæus, quum Pontifex illius anni foret,

[h] Rom.4.7.
[i] Matt.5.8.
[k] Matt.25.34.
[l] Heb.12.14.
[s] πιστοί.
[m] Gal.3.9. Eph.1.1. 1.Tim.4.10. Apoc.17.14.
[n] Joh.3.15.
[o] Rom.1.16. πᾶς ὁ πιστεύων.
[o] Rom.1.17.
[p] 1.Pet.1.9.
[q] πίστως.
[r] Tit.1.16.
[s] Luc.8.13.
[t] Apoc.1.6. & 5.10.
[u] 1.Pet.2.9. Apoc.20.6.
[x] Matt.7.vers. 24.
[u] vers.26.
[x] Joh.11.51.

foret, utut [7] aliàs falsum, [8] regnandi gratia, loquens, prophetavit tamen dicendo [9] expedire ut Christus morieretur pro populo: similiter Romanenses Pius Papa & synodi Tridentinæ Patres, exorsi haud Apostolicè, bonorum multitudinem simul & malorum Ecclesia in Symbolo descripta significari, tamen, quum Pontifices essent ejus anni, ex Apostolicis scriptis subjecerunt alia, quibus suum ipsorum placitum labefacerent, Constantiensis Concilii errorem detegerent, & Scripturæ consonam sententiam stabilirent. Quapropter assertio mea contra Papistas posset satis firmiter ex inprimis authentico Papisticæ doctrinæ munimento concludi: cum Mosis epiphonemate, [b] *Inimici nostri sunt judices.* Sed quia fidem nostram hujusmodi parietinis inniti neutiquam decet, concluſa ex Scripturis Symbolóque fidei Apostolico maneat: Sancta catholica Ecclesia, quam credimus, est cœtus universus electorum Dei.

[7] Matt. 26. 65.
[8] Joh. 11. vers. 48.
[9] vers. 50.
[b] Deut. 32. 31.

27 Porrò hinc facilius ascenditur scalarum quasi gradus proximus: *Romana Ecclesia nec catholica est, nec sanctum membrum catholicæ.* Cujus axiomatis & intellectui lucem 5. Thesis.

lucem, & confirmationi adjumentum afferet natura conditióque particularium Ecclesiarum altiùs repetita. Deus sanctam Ecclesiam catholicam, ab æterno prædestinatam gloriæ cum ipso & electis Angelis in cœlo perfruendæ heredem, in terras suo tempore mittit tanquam in castra, ubi [c] Christo duce contra [d] carnem, [e] mundum, [f] Satanam depugnet, ut à militia [g] victrix ad triumphum veniat, & [h] legitimè certet priusquam coronetur. Eam verò ad strenuè præstanda munia militaria quò reddat habilem & aptam, tùm [i] verbo suo vivifico regignit, velut semine; [k] infantem alit, velut lacte; adultam velut solido cibo; [l] armat, velut gladio spirituali: tùm [m] sacramentis ut sigillis gratiæ confirmat, instruitq; ut monumentis fidei & obsequii: tùm [n] opem suam in periculis implorare jubet, ac imploranti promittit: tùm [o] ordinem disciplinæ, magni contra hostes subsidii, præscribit: tùm ceteris spiritualibus [p] armis, fide, ut scuto ad extinguenda ignita Mali jacula firmissimo; spe salutis, ut galea; caritate ac justitia, ut thorace, communit: denique [q] conventus sacros è [r] militibus, selectis, qui rem bellicam doceant;

[c] Heb.13.12.
[d] Rom.7.23. 1.Pet.2.11.
[e] Joh.16.33. 1.Joh.4.4.
[f] Eph.6.12. 1.Pet.5.8.
[g] Rom.8.37. Apoc.12.11.
[h] 2.Tim.2.5.
[i] 1.Pet.1.23.
[k] 1.Pet.2.2. 1.Cor.3.2. Heb.5.14.
[l] Eph 6.17.
[m] Exod.12.13. Rom.4.11. Gal.3.27. 1.Cor.10.16. & 11.26. & 12.13.
[n] Psal.50.15. Luc.18.7.
[o] 1.Cor.5.2. 2.Cor.2.7. Col.2.5. 2.Thes.3.14.
[p] Eph.6.13. 1.Thess.5.8.
[q] Psal.122.4. Act.9.31.& 14 23.& 15.41. 1.Cor.11.18. Jac.2.2.
[r] 2.Cor.10.4. 2.Tim.2.3. 1.Cor.9.25. Heb.12.4. & 13.17.

ceant; gregariis, qui discant; utrisque pugnatoribus; qui sub vexillo [f] Domini dominorum dimicent, consistentes instituit. Hi autem sacri cœtus, *Ecclesiæ* nuncupati, sed particulares Ecclesiæ, ad distinctionem à catholica, quòd catholicæ nempe, [g] unius columbæ, variæ partes sint; unius corporis, varia membra; unius exercitus, variæ turmæ; nominibus variis designantur, pro varietate loci & temporis quibus militant: loci, ut quæ Deum coluit Jerosolymæ, Jerosolymitana; quæ Samariæ, Samaritana; Romana, quæ Romæ; quæ in Græciæ, Galliæ, Germaniæ regionibus, Græcæ, Gallicanę, Germanicę dicũtur: temporis, ut ad annum ab orbe condito cẽtesimum, ducentesimum, trecentesimum supra ter millesimum, Jerosolymitana sub Josaphato rege, Ozia, Ezekia; Samaritana sub Achabo, Jeroboamo Secundo, captivitate Assyria; aut seculo primo, septimo, decimo sexto à Christo nato, Romana sub Claudio, Phoca, Pio Quinto; Græcæ sub Nerone, Heraclio, Selimo Secundo. Jam officii quidem ratio postulabat, ut unaquęque talis Ecclesia Deo filios [x] pareret, tanquam mater; [x] Deum in unigenito Filio coleret,

[f] Apoc.17,14.

[g] Cant.6.8.

[x] Esai.54.1.

[x] 2.Cor.11.2.

coleret, tanquam sponsa; Dei bella gere-
[y] Eph.6.12. ret [y] adversus spirituales malitias, tan-
quam exercitus fortis & fidelis. Sed inimi-
[z] Matt.13.24. cus [z] hominis bonum semen in agro suo
[a] Apoc.12. ferentis, [a] Satanas, diabolus, antiquus ser-
vers.9. pens astutia, immanis draco sævitia, [b] mu-
[b] vers.1.13. & sequent. lierem Sole amictam ejúsq; semen perde-
[c] Matt.13.25. re studens, [c] zizania serit inter triticum;
hoc est, suos milites permiscet Dei militi-
bus, piis hypocritas, qui commilitonum
specie, perduellium animis, exercitum cor-
rumpant: & ipse Christianos multiplici
[d] Act.17.6. machinatione, per [d] Principes aut turbas
1.Thess.3.5. intentantes vim; per [e] pseudoprophetas
Apoc.2.10. & 12.15. fraude ducentes in errorem, eúmq; [f] mira-
[e] 2.Cor.11.15 culis comprobantes; per [g] illecebras mun-
1.Tim.4.1. di, libidines, opes, gloriam; per [h] bonos
[f] 2.Thess.2.9. etiam viros labentes imprudentia, ad defe-
Apoc.13.13. ctionem à fide solicitat. Unde sæpe fit, pi-
[g] 1.Joh.2.15. orum culpa dicam? qui [i] tentationibus
Jac.4.versib. 1.& 7. sunt obnoxii; an [k] hypocritarum? præser-
[h] 2.Cor.2.10. Gal.6.1. tim quando duces agminis creantur; an
[i] 1.Cor.7.5. & 10.13. utrorumque in morbum eundem inciden-
[k] Matt.23.13. tium? fit certè sæpenumero, quod pro-
phetæ notant in Samaritana Ecclesia &
[l] Hos.2.4. Jerosolymitana, ut, [l] quæ Deo filios parere
[m] Esai.1.21. Ezek.16.15. debebat, æmulo Dei pariat; [m] desponsaq;
Christo

Christo adultera evadat; & [a] militares copiæ, rupto sacramenti vinculo quo obstrictæ sunt, rebellent contra Altissimum. Sic [c] Ecclesias Galatarum, postquam Evangelio Christi credidissent, traductas ad aliud Euangelium; sic [f] Ecclesiam Corinthiorum periclitatam ne mentes eorum corrumperentur, & à simplicitate, quæ in Christo est, desciscerent; sic [g] Ecclesiam Pergamensem Nicolaitarum communione pollutam; [i] Ecclesiam Thyatirensem impura & impia Jezabelis doctrina inquinatam; [l] Ecclesiam Sardianam ex parte modò sanam, ex parte verò [m] moribundam, ex parte [n] mortuam, fuisse legimus. Ergo visibiles & militantes Ecclesiæ, quæ perfidos cum fidelibus, reprobos cum electis, hypocritas cum sanctis, cum [x] tritico paleam, cum [y] bonis rebus putres, cum [z] ovibus hædos, cum [a] aureis & argenteis lignea & testacea vasa complectuntur, possunt, instar [b] Barnabæ aut [c] Johannis Marci, levius ægrotare abscedendo à Paulo: possint, instar [d] Demæ Paulum derelinquentis & amplectentis præsens seculum, deserto Christi obsequio ad hostes transfugere; [e] quo quis morbus gravior? possint,

[a] Ezek.23. Hos.7.13. & 8.5. & 13.16.
[c] Gal.1.6.
[f] 2.Cor.11.3.
[g] Apoc.2.ver. 14.
[i] ver.20.
[l] Apoc.3.ver. 4.
[m] ver.2.
[n] ver.1.
[x] Matt.3.12.
[y] Matt.13.48.
[z] Matt.25.32.
[a] 2. Tim.2.20.
[b] Act.15.39.
[c] Act.13.13.
[d] 2.Tim.4.10.
[e] 1.Tim.6.9. 1.Joh.2.15.

possint, pejùs Deina, [f] qui resipuit postea & ad Paulum rediit, in transfugio suo perseverare ac emori.

28 Hoc autem lucidiùs patebit considerantibus unde tandem sanitas & sanitatis labes atque corruptelæ soleant existere. Earum nempe causas in corporibus nostris [g] medicina tribuit semini ex quo gignimur, & alimento quo nutrimur. Quorum alterum docent [h] morbi à parentibus ad liberos propagati, eóque nuncupati hereditarii: alterum pericula, contagia, exitia, quæ innumerabiles cibo aut potu, vel idoneo defecti, vel pravo infecti subierunt. Nam & [i] ex impuro nutricis lacte infantes morbosi ac debiles fiunt; & [k] operarii, panem è lolio cum secalis farina factum edentes, in longum somnum post levem amentiam inciderunt; [l] milites verò quidam è gypso farinæ misto afflicti sunt impensius; [m] alii, fame coacti, gustaverunt herbam ducentem ad mortem per insaniam: & [n] Afri, hausto vino permisto mandragora, in modum defunctorum strati petierunt; & aquæ tùm inopia [o] Israelitæ, tendentes contra Moabitas, pæne interierant; tùm insalubritate [p] Romani

[f] Cor. 4. 14. Philem. vers. 24.

[g] Hippocrat. de natura humana, & prædict. lib. 2. Galen. de sanit. tuend. lib. 1. cap. 2.

[h] Jo. Fernel. patholog. lib. 1. cap. 11. Hippocrat. de morbis, lib. 4.

[i] Jo. Wier. de præstig. dæmon. lib. 3. cap. 17.

[k] Nicet. Choniat. de reb. gest. à Manuele Comn. lib. 1. Æn. Silv. hist. de Asia min. cap. 57.

[l] Plutarch. in vita Antonii. Appian. de bellis Parth.

[m] Frontin. strategemat. lib. 2. cap. 5.

[n] 2. Reg. 3. 9.

[o] Vegetius de remilit. lib. 3. cap. 2.

[p] Romani

mani pestilentiam, [q] Alexandrini multos variósque morbos effici observârunt. Similiter omnino se habet spiritualis Ecclesiarum valetudo, invaletudo, interitus, ex semine quo regenerantur, & alimento quo pascuntur, id est, ex [r] verbo Dei evangelizato à ministris Christi. Quippe quibus verbum sincerè prædicatur, & satis affluenter ad tuendam vitam, eæ sanæ sunt: saniores quidem hæ illis, prout alii [t] dispensatores verbi fideliùs ac prudentiùs [u] aliis perfunguntur ministerio suo; verùm omnes sanæ. Quibus autem parcè miniméve prorsus unquam impertitur, aut impertitur mistum [a] hominum præceptis ut lolio, vel gypso, vel mandragora, vel limo: eas ex inedia, languore, infirmitate, ægritudine varia in periculum mortis, atque adeò mortem ipsam quandoque incurrere necesse est. Etenim perniciem afferri verbi penuria ostendit Amos propheta, dicendo, [x] immissurum Dominum in terram Israelitarum audiendi verba sua famem & sitim, qua virgines & juvenes, quærentes verbum passim nec usquam invenientes, defecturi essent. Adulterati autem verbi parem noxam apostolus Paulus aperit,

[q] Hirtius de bello Alexandr.

[r] 1. Cor. 3. 2. & 4. 15. 1. Pet. 1. 23. & 2. 2.

[t] Luc. 12. 42.

[u] Phil. 2. 21. Col. 4. 17. Apoc. 3. 2.

[a] Matt. 15. 9. Col. 2. 22.

[x] Amos. 8. 11.

quum ait [7] pseudapostolos, id haud [8] sin-
cerum tradentes sed [9] adulterantes, ut [z] cau-
pones vinum rerum aliarum admistione
corrumpunt, à simplicitate quæ in Chri-
sto est, immo [a] à Christi gratia, [b] qua vi-
vitur, abstraxisse: & ita [c] ægrotare quot-
quot alia diversâque à sanis Christi sermo-
nibus & à doctrina pietati consentanea
docent, ut [d] eorum sermo depascat tan-
quam gangræna, [e] quæ, quum unam cor-
poris partem occupârit, reliquas (nisi ma-
turè curetur) ei vicinas exedit gradatim, &
ad interitum denique hominem perducit.
Nec id ipsum minùs significavit Christus,
asserens [f] Pharisæos, qui [g] fermento dog-
matum [h] hypocriticorum divinum ver-
bum infecerant, proselytos suos reddidisse
filios gehennæ duplo magis quàm erant
ipsi. Præsertim quum funestum item gan-
grænæ latiùs se in cunctum corpus diffun-
dentis exitum notârit: [i] *auferetur*, inqui-
ens, *à vobis regnum Dei, & dabitur genti
quæ ferat fructus ejus.* Quod ut ille Judæis
eventurum prædixit, ita [k] Paulus Gen-
tibus quoque metuendum, si ad incredulita-
tem labantur, proposuit: ne putemus ul-
lam esse aspectabilem & particularem Ec-
clesiam,

7 2.Cor.11.3. 8 ἕτερον. 1.Pet.1.2. 9 ἀλλοιοῦντες. 2.Cor.4.2. z 2.Cor.2.17. a Gal.1.6. & 5.4. b Eph.2.8. c 1.Tim.6.4. d 2.Tim.2.17. e *Jo.Gorræus definit.medicar.lib.3.* f Matt.23.15. g Matt.16.6. Marc.7.8. h Luc.12.1. i Matt.21.43. k Rom.11.22.

clesiam, quæ nequeat ejusdem modi contagione vastari. Ac his ce patefactis, primùm quales partes Ecclesiæ catholicæ sint variorum locorum & temporum Ecclesiæ, tum quemadmodum morbis atque interitui spirituali obnoxiæ, thesis nostra duabus è scripturis concreta promptiorem habet non solùm intelligentiam, sed etiam probationem: Romana Ecclesia nec catholica est, nec sanum membrum catholicæ.

29 *Romana Ecclesia non est catholica.* Quid evidentius? Nam catholica universalis est, locorum omnium temporúmque comprehendens [1] totam Domini familiam in cœlis in & terra: Romana particularis, fidelium nunc aut olim Romæ degentium; quam [m] Paulus clarissimè vel à tota in terris militante distinguit. Ut mihi monstra cudere videantur [n] Bristous [o] aliique Papistæ, qui, tanquam inter Romanam Ecclesiam & catholicam nihil interesset, catholicam Romanam conferruminant. Dicet aliquis fortasse Romanam eos ideirco

[1] Eph. 3. 15. Col. 1. 19. Heb. 12. 22.
[m] Rom. 1. vers. 7. & 8. Matth. 2. 18. marg. Notat, inquit, Romana Ecclesia, catholica Ecclesia, unde & in Indice: catholica Romana.
[n] Card. Cusanus, epist. 5. ad Bohemos. Nostri verbis descript. sub nomine.
[o] Joseph. Indi, cap. 133. Cochlæum, & Sanderum: Vide in Indi historia fere omnium citatus collandásque, de visib. monarch. Eccles. lib. 7. cap. 1157. illa autem Cusani epistolam, histor. Hussitar. lib. 1.

tantùm insignire titulo catholicæ, quòd catholicam fidem & religionem colat: sicut [p] jus Cæsareum Christianos catholicos hæreticis opponit; & [q] antiqui Ecclesiam Africanam, [r] Alexandrinam, [s] Constantinopolitanam, [t] quamcunque demum orthodoxam, catholicam appellabant. Falsum id quidem: [u] Romanam enim isto nomine concelebrant, ut persuadeant credulis in illam peculiariter quadrare vulgatum dictum, [x] *Extra Ecclesiam non est salus.* At extra Romanam Ecclesiam [y] servari sunt & servabuntur innumeri: extra catholicam prorsus nemo. Sed ésto; catholicam dicent orthodoxam: quo sensu ab [z] autore, quem Britones premit, Romana ante annos mille sit laudata est. Nego hujus temporis Romanam orthodoxam esse: idque altera thesis stirpe complector; *Non est sanum membrum Ecclesiæ catholicæ.* Nec verò, quum Romanam sanum catholicæ membrum esse nego, significo eam tan-

[p] L. Cunctos. Cod. de summa Trinit. & fide cath.

[q] Cyprianus, epist. 55. ad Cornelium, cap. 6. & 10.

[r] Constantinus, apud Socratem, hist. Eccles. lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 2.

[s] Gregorius Nazianzenus, in testimonio suo, apud Barnabam Brissonium de form. & solemn. pop. Rom. verbis. lib. 7.

[t] Ecclesiam Amphilochius, Antiochiam Optimus, Africam Hilarius, Hydensem Theodosius, & Theodorus Apamenam. Idem testantur, Basilium fuisse Romanam non esse illis. Cochlæus, admon. marg. ad epistolam Cusan. Anton. Sabellicus, de vit. Iosephi Ind.

[u] *De qua eorum quidam expresse pronuncient:* Extra Ecclesiam Romanam non est salus. Cochlæus, admon. marg. ad epistolam Cusan.

[x] Una est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur. Concil. Lateran. sub Innocent. III. cap. 1. Extra. cap. firmiter. de summa Trin. & fide cath.

[y] Luc. 16. 22. & 23. 43. & 24. 47. Rom. 11. 4. Apoc. 5. 9. & 7. 4. & 14. 1.

[z] Possid. de vita Augustini cap. 18.

guere infirmitate levicula: quæ paulò minùs sanam potiùs è sanissima, quàm ægrotam è sana fecisse judicetur. Quemadmodum enim sanitas corporis humani [a] monstrat in latitudinem habere satis amplam & paululùm inter se distantes gradus integritatis, ut ea sui meritò putentur qui civilis vitæ muneribus perfungi haud incommodè queunt, tametsi non sint summè vegeti: similima omnino est spiritualis valetudinis ratio, ut ejus item compotes existimari debeant qui vitæ Christianæ functiones in fide cum caritate obeunt, licet aliquantulum ab integerrimo statu & [b] perfectione absint. Ob eámque causam sanis accensemus tùm priscas Ecclesias [c] Romanam & [d] Africanam, quæ sacramentum Eucharistiæ infantibus communicandum, tanquam ad ipsorum salutem necessarium, autumârunt [e] perperam: tùm reformatas recentiores, sive [f] nostrates, quamvis intemperiem nonnullam è reliquiis sentiant morborum, quibus ex recentis Romanæ contagione vexatæ sunt ita graviter, ut plenè convalescere nondum potuerint; sive [g] Germanicas, quæ aliam corporis Christi præsentiam cum

[a] *Galen. de sanit. tuend. lib. 1. cap. 4. & 5. Fuchsius instit. medic. lib. 3. sect. 1. cap. 4.*
[b] Phil. 3. 15.
[c] *Innocent. I. epist. ad concil. Milevit. inter epistolas Augustin. 93. Maldonat. in Evang. Johann. cap. 6. vers. 53.*
[d] *Cyprian. de lapsis, cap. 10. Testimonior. ad Quirin. lib. 3. cap. 25. & 26. Augustin. epist. 107. De peccator. merit. & remiss. lib. 1. cap. 20.*
[e] 1. Cor. 11. 28
[f] *Append. apolog. Eccles. Anglic. edit. anno Dom. 1562.*
[g] *Apolog. Eccles. Angl. & Jewell. defens. apolog. part. 3. cap. 6.*

panè in Eucharistia statuunt, quàm recta fides postulat, modò [h] absque ubiquitarii dogmatis portento, nec pertinaciter, sed quo animo [i] tandem Lutherus, ab orthodoxis dissentiant. Verùm enimverò recens Romana Ecclesia laborat pestiferarum hæresium gangræna, pervagante nuper quaquaversum latiùs, & longe plurimorum fidem subvertente, non paucorum modò, ut ea forsitan de qua [k] Paulus. Romanam ergo sanum esse catholicæ membrum quum inficior, pluſquam infirmam & valetudinariam esse asseverò.

[h] *Luther. enarrat. epist. ad Hebr. cap. 1. lect. ad novissimam canam Christi, in Natali ejus. Zanchius, de attributis Dei, lib. 2. cap. 1. in usu doctrinæ: & lib. 3. cap. 1. quæst. 4.*

[i] *Admonit. Christ. de libro concordiæ, cap. 6.*

[k] *2. Tim. 2. 18.*

30 Assertioni autem meæ fidem facit duplex argumentum, à causis, & ab effectis: quorum ex alteris progignuntur morbi, ex alteris cernuntur, ex utrisque certò ac liquidò comprobantur. Morborum enim causæ sunt, ut declaravi, adulteratio & fames verbi Dei. Atqui Romana Ecclesia verbum Dei adulterat multis modis. Primò, dum [l] *apocryphis*, id est, humanis *scriptis*, autoritatem *canonicam*, id est, divinam tribuit. Contra majestatem Scripturæ canonicæ, cujus vero sensui [m] apocrypha quædam refragantur: contra evi-

[l] *Concil. Trident. sess. 4.*

[m] *Ecclesiastic. 1. 4. & 24. 14. & 46. 23. & 48. 10. 2. Mach. 1. 19. & 2. 4. & 14. 41.*

dentiam

dentiam contextus apocryphi, cujus [n] varia dicta mortalem arguunt autorem: contra testatissimam vocem Ecclesiæ [o] veteris universæ, & [p] novæ optima ex parte. Secundò, dum [q] *Bibliorum veterem vulgatam versionem Latinam ubique suscipi* jubet *ut sacram & canonicam, nec ullo unquam prætextu rejici.* Quam tamen aberrasse à germana sancti Spiritus sententia non solum prisci Patres omnes innuerunt, partim ejus vitia notando, ut [r] Hieronymus; partim aliam ei sæpe repugnantem præferendo, ut [s] Hilarius atque [t] Augustinus: verùm inter ipsos etiam Pontificios linguarum peritissimi, [u] Budæus, [x] Valla, [y] Morus, in novo Testamento, [z] Pagninus,

[n] 1. Mac. 8. 16. 2. Mach. 1. 13. & 9. 28. & 15. 39.

[o] Luc. 24. vers. fin. 27. & 44. *Joseph. contr. Apion. lib. 1. Euseb. hist. Eccles. lib. 3. cap. 9. Hieronym. prolog. galeat. & præfat. in libros Tobiæ at Judith.*

[p] *Testis Synodus Laodicen. can. 59. Athanas. in synops. sacræ Script. Epiphan. de ponderib. & mensur. Cyrill. Jerosolym. cateches. 4. illuminator. Gregor. Nazianz. in carmin. Hilar. prolog. in Psalmor. explanat. Rufin. exposit. Symb. adscripta Cypriano. Hieron. præfat. in libros Salom. & ceteri omnes antiquissimi & receptiores item doctissimi complures, non solum in Oriente ali Ecclesia, sed & Occidentali, post Gregorium I. Romanum, lib. 19. in Job. cap. 17.*

[q] *Concil. Trid. sess. 4.*

[r] *Tradit. Hebr. in Genes. cap. 6. & 47. collat. cum epist. ad Hebr. 11. 21. Comment. in Esaiæ cap. 19. & 26. collat. cum Psalm. 88. 11. In Galat. cap. 1. & 5. Judicio denique suo de Græca versione Septuaginta interpretum: [præfationib. in Mosis pentateuchum, & ceteros libros Scripturæ.] quippe quam Latina hæc exprimere solet; præsertim in libro Psalmorum.*

[s] *In Psalm. 2.*

[t] *De doctrina Christ. lib. 2. cap. 15. De civit. Dei, lib. 18. cap. 43.*

[u] *Annotat. prioribus in Pandect. & lib. 5. de asse.*

[x] *Annotat. in 1. epist. ad Corinth. cap. 15. & in novum Testam.*

[y] *Lib. 1. in Lutherum, cap. 8. & epigramm. ad lectorem de novo Testamento versu ab Erasmo Roterodamo.*

[z] *Epist. ad Clementem VII. præfixa Bibliis ejus editis Lugduni, 1527.*

[a] Galatinus, [b] Masius, in vetere; [c] Isidorus Clarius, [d] Andradius, [e] Arias Montanus, in utroque, indicant. Tertiò, dum *exponi* [f] prohibet *Scripturas contra eum sensum quem sancta mater Ecclesia* (sic noverca Romana seipsam nominat) *tenet, aut etiam contra unanimem consensum Patrum.* Quo ex interdicto repudiantur sæpe quæ tenore verborum sententiarúmq; sacri contextus significata esse docet Spiritus; quæ verò his repugnant, quanquam Romæ item receptis usu antea, Scripturæ tamen sensum genuinum reddunt, *si practicentur* (ut loquitur [b] Cusanus Cardinalis) *& pro tempore currant*: quæ Scholastici Theologi è suis, philosophorum, aut canonistarum lacunis in sacros fontes exspuerunt, adorantur pro sacris: quæ puriùs explicárunt pauciores Patres, spernuntur tanquam lutea, licet è lapide pretioso sint; quæ plures contrà impuriùs, cœlo ascribuntur sub unanimis consensus specie, quantumvis è terra prodeant. Quartò, dum *ad fidei vivificæ veritatem ac morum disciplinam scripto Dei verbo non scripta traditiones*, tanquam *vel ore tenus à Christo, vel per Apostolos à Spiritu sancto dictatas* [h] agglutinat: *has q; pari pietatis*

[a] *De arcanis cathol. verit. lib. 12. cap. ult.*

[b] *Comment. in Jos. cap. 1. 3. 6. 13. 14. 17. & 24.*

[c] *Præfat. & scholiis in veterem Bibliorum editionem à se correctam.*

[d] *Defens. fid. Trid. lib. 4.*

[e] *Præfationibus in Latinam veteris Testamenti ex Hebraica veritate, novi ex Græca, interpretationem: apparatus sacri ad Regia Biblia tom. 2.*

[f] *Conc. Trid. sess. 4. decr. 2.*

[g] *Epist. 2. ad Bohemos, de communione sub una specie.*

[h] *Conc. Trid. sess. 4.*

pietatis affectu & reverentia cum illo venerandas sancit. Quasi non sufficeret struendæ domui Dei Jerosolymitanus ex auro solido factus [1] canon sapientiæ, norma justitiæ, amussis veri & boni, absque Lesbia regula ex plumbo deaurata: aut posset Christus Spiritúsve sanctus vel sibi, vel aliter alteri contradicere; quod hinc necesse foret, quum [k] traditiones aliæ [l] Scripturis adversentur, [m] aliæ [n] rebus seque quoque perinde traditas memorantibus. Ut omittam indidem patere, quantulo in pretio Papistis sint Scripturæ, quas haudquaquam pluris traditionibus æstimant. Traditiones enim quàm multas nihili ducant, etiam quæ in primis habentur Apostolicæ, [o] ip-

[1] Psal. 149. 9. 2. Tim. 3. 16. 2. Pet. 1. 21.

[k] *Verbi gratia*, de cultu imaginum: *quum ab Apostolis traditum non Nicæna secunda Synodi Patres, act. 1. & 6. tom. 4.* De Christi ætate: *Irenæus, adversus hær. lib. 2. cap. 39.* De trina mersione in baptismo: *canon Apost. 49. Basilius, de Spir. sanct. cap. 27.* De genibus non flectendis ad preces à die Paschæ in Pentecosten: *Tertullianus de corona milit. cap. 3.*

[l] De cultu imaginum: *Exod. 20. 5.* De Christi ætate: *Luc. 3. 23. collat. cum reliq. Evang. hist.* De trina mersione: *Act. 2. 41.* De genuum flexione: *Act. 20. 36. & 21. 5.*

[m] De Paschate non celebrando ante æquinoctium vernum cum Judæis: *can. Apost. 7.* De non jejunando die Sabbati: *can. Apost. 65.* De pane fermentato ad sacramentum Eucharistiæ sumendo: *can. Apost. 69. Theodor. Balsam in canon. 11. Synodi VI. in Trullo.*

[n] De celebratione paschatis: *Polycrates & Polycarpus, apud Eusebium hist. Eccles. lib. 5. cap. 23. & 24.* De Sabbati jejunio: *Augustinus epist. 86. ad Casulanum.* De azymo pane: *Michael Medina, lib. 5. de sacr. homin. continent. cap. 106.*

[o] *Michael Medina, libro eod. cap. 105.* Ex quatuor, *inquit*, & octoginta Apostolicis canonibus, quos Clemens, Romanus Pontifex & eorundem Apostolorum discipulus, in unum coegit, vix sex aut octo Latina Ecclesia nunc observat. *Neque multo secus Martinus Peresius, de traditionibus, part. 3. cap. de auctoritate canonum Apostolorum,*

asserit

asserit in illis contineri multa, quæ temporum corruptione non plene observentur: aliis pro temporis & materiæ qualitate, aut obliteratis, aut totius Ecclesiæ ministerio meritò abrogatis.

sorum confessionibus, non modò [p] factis, constat. Quintò, dum ad cultum divinū adhibet *Missalia, Breviaria, Antiphonaria*, similáſq; libros de industria veluti compoſitos ad placendū fæci, de qua Paulus, [q] *Erit tempus*, inquit, *quū ſanam doctrinam non tolerabunt, ſed aures ad fabulas divertent.* Etenim utut [r] aliquot eorum præ pudore pridē eſt coacta tùm purgandos à ſordibus agnoſcere, tùm purgare; quorum in [r] unius reformatione [t] Pius Quintus ait, *deprehenſum fuiſſe, alia fere omnia hujuſmodi officia etiam Latino ſermone referta eſſe vanis erroribus ſuperſtitionum*; quaſi jam Augiæ ſtabulum in hortum ſuaveolentem vertiſſet: iidem nihilominus multum adhuc reli-

[p] *Adverſus canonem Apoſt. 5. cui* epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum conjugium *approbanti repugnat leui Eccleſiaſtica Tridentina Synodi, ſeſſ. 24. can. 9. Adverſus canonem Apoſt. 9. cui præcipienti* ut fideles omnes ſacramentaliter cómunicent, qui interſunt ſacris, *repugnat Synodus Tridentina probando Miſſas privatas, ſeſſ. 22. cap. 6. Adverſus canonem Apoſt. 31. cui interdicenti*, ne presbyterum aut diaconum à ſuo epiſcopo ſegregatum ſuſcipiat alius ipſo vivo, *repugnat Papa Romipetas quoſvis admittendo cap. placuit. 2. q. 6. Bulla cœnæ Domini. Denique adverſus traditionem* de genibus non flectendis ad preces die Dominico, *quam Dominicis ſingulis Papiſta cunctis violant; Miſſal. in ritib. celebrandæ Miſſæ: quantumvis olim totius orbis conſenſu receptam & roboratam, ſi credimus Hieronymo, adverſ. Luciferian. cap. 4.* [q] 2. Tim. 4. 3. [r] *Conc. Trident. ſeſſ. 25. decret. de Indice librorum, Miſſali, & Breviario.* [t] *Oſſic. B. Mariæ Virg. reformat. & Pii V. juſſu edit.* [t] *Summar. conſtitut. præfix. officio, in edit. Plantin.*

quum

quam è pristinis animalium excrementis habent, & supersunt alii ab isto qualiquali Hercule intacti. Itaque [n] Lindani & [x] Espencæi confessio vim magnam contra ipsos etiamnum obtinet: *insartas esse sibi apocrypha ex Evangelio Nicodemi & aliis nugis; exordium falsum turpiter & imperitè præfixum Evangelicæ lectioni, ipsum canonem Missæ ac secretas preces mendis turpissimis conspurcatas; haberi denique festa quædam Sanctorum, quorum nomina fortasse haud satis vindicata sint.* Sextò, dum *imagines* [y] collocat *in templis ad eruidendum populum*: tanquam *idiotarum libros* videlicet, ut [z] non nemini visæ sunt. Miseros idiotas, quibus eruidendis adhibetur *lignum*, [a] *eruditio vanitatum*; quorum doctor est *simulacrum*, [b] *doctor mendacii*; si Prophetis credimus. Et miramur discipulos perversitatum esse, qui ab errorum magistris, idolis mutis, informantur. Septimò, dum *ad justos sanctificandos servandosque, mandatis Dei* non contenta, [c] requirit *observationem mandatorum Ecclesiæ*: quo nomine [d] significat mandata qualia Scribis & Pharisæis erant [e] *traditiones seniorum*, de rebus nec adiaphoris cunctis, nedum bonis, sed [f] quibusdam

[n] *De optimo gen. interpret. Scriptur. lib. 3. cap. 3.*

[x] *Digressien. in 1. epist. Pauli ad Tim. lib. 1. cap. 11.*

[y] *Conc. Trid. sess. 25.*

[z] *Greg. epist. lib. 9. cap. 9.*

[a] *Jer. 10. 8.*

[b] *Abac. 2. 18.*

[c] *Conc. Trid. sess. 6. cap. 10.*

[d] *Petr. Canis. summa doctr. Christ. cap. 3. tit. de præceptis Ecclesiæ. artic. 14. Laurent. Vaux catechis. cap. 3. & formul. confessionis, cap. 2. Jo. Azor. institut. moral. lib. 7.*

[e] *Marc. 7. vers. 3. 8. & 13.*

[f] *Cujusmodi est præceptum de confessione auriculari.*

[g] De Missa Papistica diebus festis audienda.
[h] Matt. 15. 9.
[i] 1. Sam. 15. 23
[k] Col. 2. 23.
[l] Conc. Trid. sess. 13. cap. 7.
[m] Job. 9. 12.
[n] Gloss. in Extravagantes Johann. XXII. de praebendis & dignitat. cap. execrabilis, de concess. praebend. cap. ad Apostolatus. Et nota marg. ad posteriorem locum: Papæ nullus audeat dicere, Domine, cur ita facis?
[o] 1. Tim. 6. 10.
[p] Gen. 3. 7.
[q] Apud Matthaeum Parisium, Hist. Angl. in Henr. III. anno Dom. 1253.
[r] 1. Tim. 3. 2.

dam inanibus & pestilenter oneros is, [g] quibusdam item legi divinæ adversantibus. Unde in [h] Judaicæ synagogæ moreni, frustra Deum colit hominum præceptis: & victimas bonarum (quas vulgò vocant) intentionum cum [i] Saule præfert obedientiæ: & voluntarios cultus, [k] superstitionis ex deserto Dei oraculo condemnatos, religioni deputat. Postremò, dum *supremam Pontificis Romani in universa Ecclesia potestatem* [l] tradit: &, quod apud Jobum de Jehova dicitur, [m] *Ecce, rapuerit, quis eogat eum restituere? quis dicat ei, quid facis?* hoc [n] Papæ, plenitudinem tyrannicæ potestatis impotentissimè in Ecclesias exercenti, accommodat. Nisi fortè dubium cuiquam esse potest, quin [o] omnium malorum radix avaritia doctrinam quoque pravam in tali homine ad tegendum [p] Adami quasi foliis dedecus suum emittat: quod insignitèr factum coarguit religiosus [q] Episcopus Lincolniensis, quum Ecclesiæ nostræ Romanis Italisque nostratis linguæ rudibus & ad docendum ineptis, adversus canonem [r] Apostolicum, ab Innocentio Quarto pascendæ committerentur. Nimirum Pontificii juris antistites, qui

qui [f] affirmant *Papam nimium Papaliter dispensare quandoque*, ablato *nimium* [g] asserunt eum *dispensare posse contra Apostolum*: immo & contra Christum, contra Spiritum sanctum. Nec enim hanc licentiam solvendi homines legibus concedunt ei tantùm in causis pertinentibus ad jus positivum humanum, quo fuco jam [a] incrustant flagitiosam illam glossam dispensandi contra Apostolum: sed in rebus quoque divino jure sancitis, ut [x] docent approbando dispensationes contra præceptum quod & [y] Dei est, & [z] Tridentina synodus Dei esse perhibet. Scaturigo uberrima corruptelarum verbi: cujus autoritas, [a] *Quicquid ligaveris, quicquid solveris*, [b] vel insaniissimis contra verbũ institutis & decretis prætenditur. Proinde non minùs verè quàm urbanè [c] Vives, *Romam, Babylonem in Apocalypsi dictam, nunc exuisse nomen tam odiosum* ait, *quòd nihil sit in ea confusum & promiscuũ, discretis adeò & redactis omnibus in certas leges, ut quam omnia propè illic vendantur & emantur, nihil tamen agas sine lege ac formula, at ea*

[f] *In cap. Mennam. 2. q. 5. annot. marg.*

[g] *Gloss. in cap. post translationem. Extra. de renunciat.*

[a] *Annot. marg. ad Glossam superiorem, appositas per eos quorũ cura novam Decreti & Decretalium editionem commisit Gregorius XIII.*

[x] *Gregorii xi censores, nullam apponentes (ut aliàs solent) notam, de Trid. concilii decreto rem vetante, ad eos locos capitum, de multa. extra. de prabendis, & execrabilis. extrav. Johan. XXII. quibus Papa talem sibi dispensandi potestatem arrogat.*

[y] Joh. 21. 15. Act. 20. 28. [z] *Sess. 23. de reformat. cap. 1.* [a] Matt. 16. 19. [b] *Franciscus Sansovin. de administrat. regnor. & reipub. lib. 11. cap.* de summo pœnitentiario. [c] *Comment. in August. de civit. Dei, lib. 18. cap. 22.*

etiam sanctissimi juris. Itaq; divinũ verbum sic adulterat Ecclesia Romana quà scriptis apocryphis, quà interpretum mendis, quà Pontificio sensu, quà traditionibus, quà liturgicis somniis, quà idiotarum libris, quà Ecclesiæ mandatis, quà Papæ prærogativa: ut cœlestem panem non tam fermento, quàm toxico; & Evangelii vinum veneno magis, quàm aqua; & alimentum vitæ cùm absynthio, tùm aconito, miscere videatur.

31 Verbi verò fame tametsi nulla suos debilitare videri vult, quòd & [d] populum moneat ut diebus Dominicis aliisque solennibus unusquisque parochiæ suæ intersit, ubi commodè id fieri potest, ad audiendum verbum Dei; & [e] pastoribus mandet ut per se, vel per alios, Scripturas annuncient, exponántque aliquid ex iis quæ in Missa leguntur, (particulas puta Epistolarum aut Evangeliorum,) [f] *ne parvuli panem petant & non sit qui frangat eis*: reapse tamen debilitat, quoniam ubertatem illam quæ à Paulo in Christianis requiritur, [g] *Verbum Christi habitet in vobis abundanter cum omni sapientia*, non modò non procurat concedítve parvulis, sed etiam intercludit ac denegat. Quum enim hanc fides

[d] *Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 4.*

[e] *Sess. 22. cap. 8. & sess. 24. de reform. cap. 7.*

[f] Lamcnt. 4 4.

[g] Col. 3. 16.

les copiam acquirere duobus modis solent, audiendo nempe Scripturas lectas & legendo, quorum alterum cunctis in sacro cœtu publicè, alterum autem singulis domi privatim usurpandum [h] Spiritus sanctus commendavit, tanta cum sanctorum hominum antiquitus approbatione, ut [i] Dalmatæ, [k] Syri, [l] Gotthi, [m] Æthiopes, Indi, Persæ, Ægyptii, [n] Scythæ, Sauromatæ, Armenii, gentes omnes, non modò Græci & Romani, habuerint Scripturas in suam quique linguam conversas ad usum vulgi; nec quisquam tum dissuaserit, quod suasit [o] Chrysostomus [1] idiotis; *Parate vobis* [2] *Biblia medicamenta animæ, novum Testamentum saltem*, & quæ sequuntur; quin immò [p] complures idem consu-

[h] Deut. 6. 9. & 11. 18. & 31. 11 Jos. 1. 8. Nehem. 8. 9. Luc. 4. 17. Act. 8. 30. & 13. 15. & 17. 11 2. Tim. 3. 15. Apoc. 1. 3.

[i] Hieron. epist. 134. ad Sophronium. Sixtus Sen. biblioth. sanct. lib. 4. in Hieronymo Stridonensi.

[k] Hieron. epist. 27. cap. 13. epitaph. Paulæ. Chrysost. hom. 1. in Evang. Johann.

[l] Socrat. hist. Eccles. lib. 4. cap. 27.

[m] Chrysost. hom. 1. in Evang. Johan.

[n] Theodoret. de Græcar. affection. curat. serm. 5.

[o] Homil. 9. in epist. ad Coloss.

[1] Ἀκούετε πάντες οἱ ἰδιῶται, inquit Chrysostomus: ἰδιῶτας appellans, ut & antea κοσμικούς, [eadem homilia,] quos ab Apostolo idiotas (vulgò laicos) dici observat; [homil. 35. in 1. ad Corinth. cap. 14. vers. 16.] ἰδιώτου λαϊκὸν λέγει.

[2] Βιβλία. Quod vocabulum Hervetus, Pontificius interpres Chrysostomi, libros reddit: dicens, Parate vobis libros. Sed veteris & novi Testamenti libros, Græcis βιβλία per excellentiam dictos, (unde Masculus noster receptæ jam Latinis voce vertit Biblia,) significari à Chrysostomo, è verbis subsequentibus & cetera tota homilia manifestissimè patet.

[p] Hieronymus epist. 7. ad Lucam. epist. 8. ad Demetriadem. epist. 9. ad Salvinam. epist. 10. ad Furiam Paulinus (seu quis alius autor est) epist. ad Celantiam: inter epistolas Hieron. 14. Ambrosius serm. 37. de jejunio Christi. Augustinus epist. 3. ad Volusianum. Eucherius Lugdunensis hom. in Evang. Dumin. 4. post Epiphaniam: vulgò inscript. Eusebii Emesseni. Bernardus de modo bene vivendi, ad sororem. serm. 50.

luerint,

luerint, etiam mulierculis: [a] Papistæ, quiritantes *Ecclesiæ multum incommodi afferri versionibus sacrarum literarum in linguam alicujus gentis vernaculam, ac Babylonem potiùs quam Jerosolymam ita exstrui,* [b] peregrina lingua indocto populo eas recitant inter sacra, quas tamen populo recitant; (nam summissa voce proferri [c] jubent quasdam, ut nec à Latinè scientibus, si qui tales adsint, audiantur;) & aut in vernaculum ullum idioma verti prorsus [d] vetant, aut versas legi à quoquam nisi cui contingit adire Corinthum Pontificiam. Utrùm majore impietate in Deum, an injuria in Dei servos, difficile dictu est. Quippe Deus clarissimè mandat, [e] *Omnia fiant ad ædificationem:* eloquium autem haud intellectum neutiquam ædificat, ne [f] Babylonem quidem. Dei verò populus nec publicè majori cum fructu verbum recitatum audit, quod audit, quàm olim audiebant [g] Judæi barbaros hostes ad castigationem vindictámve suam sermone peregrino ac lingua exotica loquentes: & privatim legere multo minùs potest, quoniam aut vernaculas interpretationes Scripturarum non habet; aut, si fortè habeat,

[a] Card. Hosius dialog. de sacro vernaculè legendo. Ledesima Jesuit. de divinis Scripturis quæ vulgus non legendis, cap. 1.
[b] Conc. Trid. sess. 22. cap. 8.
[c] Sess. eod. cap. 5. & can. 9.
[d] Trident. Synod. Ind. librorum prohibitorum reg. 4. & in vocabulo, Biblia.
[e] 1. Cor. 14. 26
[f] Gen. 11. 7.
[g] Deut. 28. 49. Esai. 28. 11.

Furiarum

Patrum maxime iuxtà accubat, & manibus prohibet contingere mensas. Nam ultricibus flammis & morte crudelissima luituri essent, quicunque pio studio recondendi verbum Christi abundanter, & sedem ei stabilem intra se figendi, ex edicto Apostoli, Pontificis interdictum violare præsumerent. Quod ante rigidiores constitutiones à recentioribus Antichristis sancitas [1] multi fidelium apud nos senserunt: convicti hanc aut illam Scripturarum partem in sermonem patrium transtulam lectitasse, indéque, ubi facto accessit constans pii facti defensio, damnati hæreseos & exusti. Quamobrem quum tantam non modò puri verbi, sed etiam à suis ipsius parasitis, aut ex impuris rivulis traducti corruptique indigentiam afferat Ecclesia Romana: causas morborum, adulterationum & famem verbi Dei, in ea invalescere manifestò patet.

[1] Greg. XIII. Septim. decretalium lib. 5. tit. 4. cap. 6. Clem VIII. observat. 1. tit. 1 quarta regulam Indicis librorum prohibitorum.

[2] Hist. Ecclesiast. Ang. Jo. Fox. lib. 6. 7. & 8. è regist. episcopi Lincoln. & aliorum testimonia.

32 Qualis autem causa, talis effectus: ut ex amaris fontibus amaræ manant aquæ. In effectis igitur ejus apparear oportet perdita valetudo, qualem istiusmodi è causis existere consentaneum est. Etenim Ecclesiæ valentis atque sanæ, cujus facul-

tates nequaquam læsæ sunt, [b] Scriptura notat quatuor præcipuas functiones: videlicet ut rectè tradatur Christi fides, administrentur sacramenta, concipiantur preces, & disciplina exerceatur. At Ecclesia Romana nec fidem purè prædicat, nec sacramenta rite celebrat, nec preces concipit religiosè, nec disciplinam sanctè salubriterque exercet. Nam *doctrinæ fidei* summa est fidelium in Jesu Christo salus: cujus [c] originem à Dei gratia peti, [d] substantiam in Dei justitia collocari, [e] finem autem ad Dei gloriam referri cœlitus instituimur. Romanenses verò terrigenæ (ignari quàm verè in hanc navem, cui Deus prora & puppis est, quadret quod facetè [f] respondit jurisconsultus mercatori de alia, *Si dives, perdes,*) originem salutis partim Dei gratiæ, partim hominum naturæ; substantiam partim Dei justitiæ, patim hominum meritis; finem partim Dei gloriæ cultuique, partim hominum item & aliarum rerũ assignant. Longè nequiùs quàm [g] Prometheus in Græcorum fabulis; qui, victimam inter seipsum & Jovem haud illicitè, modò æqualiter, divisurus, deliquit eo tantùm quòd fraude meliorem partem sibi peperit:

[b] Act. 2. 42. & 10. 33. & 20. 7. & c. 1. Cor. 5. 4. & 11. 20. & 14. 26. & 16. 2. & c. 1. Tim. 2. 1. & 3. 25. & c. *epist. passim.*

[c] Eph. 2. 4.
[d] Rom. 3. 21.
[e] Eph. 1. 6.

[f] *Quintilian. lib. 6. cap. 4. Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 6.*

[g] *Hesiod. in Theogonia*

peperit: quum Epimetheum, vera sapientia præditum, deceat [h] holocaustū immolare Deo, [i] sacrificare Jehovæ soli, & [k] in eo solo gloriari ac fidere. Propemodum item fraudis genere parēs Prometheo, in recentioribus præsertim suis fidei Tridentinæ canonibus: in quibus dogmatum ossa nonnunquam tali adipe verborum operuerunt, ut, * nisi quis araret [l] vitula Concilii ad abditos sensus retegendos, haud facilè iniquitatem eorum deprehenderet. Itaq; principio cum Dei gratia [m] copulant naturales vires humani arbitrii (quod liberū appellatur) ad [n] regenerationem & vitā spiritualem ° mortui in peccatis, perinde quasi Deus excitaret tantùm atque adjuvaret imbecillam & languidam voluntatem hominis, non renovaret corruptam, & perditam repararet. Deinde *merita congrua* aut (quia [p] cœpit ipsos pudere jam istius superbi nominis à [q] theologis scholasticis celebrati) [r] opera præparationis ab [s] animali homine & [t] arboris putris simili fieri contendunt, quibus etsi [u] factis absque fide, non peccet, immo Dei gratiam sibi conciliet.

[h] Gen.22.13. Apoc.4.10.
[i] Exod.22.20. Act.14.15.
[k] Jer.9.24. 1.Cor.1.31.
[*] Jud.14.19.
[l] Card. Hosio, Andradio, Vega, ceteris, qui magna pars concilii Tridentini fuerunt: Theologisque scholasticis, & Canonistis, quorum amussim, ut plurimum, sunt sequuti.
[m] Conc. Trid. sess.6.cap.5.
[n] Joh.3.3.
[°] Eph.2.5. Col.2.13.
[p] Hosius, confess. fid. cath. cap.73. Vega, de justificat. lib.8.cap.8.
[q] Bonaventur. in 3 Sententiar. dist.4. art. 1.quæst.2. & dist.18.art.1. quæst.2.Thom.
[r] Conc. Trident. sess.6.cap.6.
[s] 1.Cor.2.14.
[t] Matth.7.18.
[u] Rom.14.23.

Aquin. in 2. dist.27. art.4. ad 4. Jo.Scot. in 4.dist.14.quæst.2.

cilicet. Utrumque tam perspicuè contra Scripturam, ac si pias illas voces Apostoli, [x] *Si per gratiam, non ex operibus*; [y] *Non ego, sed gratia Dei quæ mecum est*; sic correctas cuperent, Et per gratiam, & ex operibus; Ego & gratia Dei quæ mecum est. Quanquã quid dico, sic correctas cuperent, de iis qui revera posteriorem sic corrigunt? Etenim quod rectè ab [z] Hieronymo redditum, *Gratia Dei* [a] *quæ mecum est*, vetus interpres Latinus vertit pejùs, *Gratia Dei mecum*; id [b] Papistæ, post [c] quosdam è Patribus Græcè minùs peritos, exponunt pessimè; *Gratia Dei & ego*. Ita sanctus Paulus, qui Deo disertissimè tribuebat totum, nihil sibi assumens, Non ego, sed Dei gratia; ex istorum glossa partem sibi vendicat, contráque planè pronunciat, Ego & Dei gratia.

33 Justitiæ verò Dei, quæ [e] cuivis in Christum, ad mortem pro mortalium redemtione datum, credenti imputatur, ut gratis à peccatis abluatur & sanctificatus æterna vita donetur, [d] assuunt humanam justitiam ex operibus & *meritis condigni*, quæ vocat [e] scholastica theologia. Factis Christi gratia, & inde vim merendi habent-

[x] Rom. 13. 6.
[y] 1. Cor. 15. 10.

[z] *Adversus Pelagianos, lib. 2. cap. 3.*
[a] *Ὁ σὺν ἐμοί.*
[b] *Hosius, confess. Catholic. fid. cap. 66. Alfons. Castr. adversus hæres. lib. 7. tit. de gratia, hær. 1.*
[c] *Gregor. Rom. hom. 9. in Ezekielem, Bernard. de grat. & lib. arbitr.*
[e] Rom. 3. 22. & 4. 23. & 8. 33. 2. Cor. 5. 21. Phil. 3. 9.
[d] *Conc. Trid. sess. 6. cap. 7. & 16.*
[e] *Bonaventur. in 1. Sent. dist. 41. art. 1. quæst. 1. Scot. in 4. dist. 14. quæst. 2.*

bus

bus, dicet quispiam. Fateor: hoc insulso tectorio luteum parietem meritorum[1] obducunt. Sed quamvis bona opera inde habeant ([2] Paulo teste) vim *placendi*, quod [3] alicubi [4] vetus interpres impropriè reddidit *promerendi*: tamen non sunt merita condigni, merita propriè, hoc est, quæ *vitam æternam verè mereri* gloriatur [5] Tridentum; & de quibus [6] spiritus Tridentinus ait, *Absit ut justi vitam æternam exspectent, sicut pauper eleemosynam; multò namque gloriosius est ipsos quasi victores & triumphatores eam possidere tanquam palmam & coronam suis sudoribus debitam.* Nec enim [7] martyrum, quorum zelus, constantia, patientia maximè refulget, labores digni sunt gloria in ipsis retegenda: & [8] si quis omnia fecerit quæ debet, servus est inutilis; quid ergo, qui non facit omnia, sed [9] in multis offendit? & Paulus [10] misericordiæ seu eleemosynæ Dei salutem tribuens electorum, [11] *Ubi gratia*, inquit, *gloriatio? exclusa est: per quam legem? operum? non: sed per legem fidei.* Quo adhuc majore cum fa-

[1] *Conc. Trid. sess. 14. cap. 8. Campian. rat. 9.* Meritū hominis Christiani, tinctum Christi sanguine, alioqui nullum.

[2] Heb. 13. 21. ὁ ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. *ubi vetus interpres vertit* τὸ εὐάρεστον, quod placeat: *recte, ac proprie.*

[3] Heb. 13. 16.

[4] *Dicens, tanquam verbo passivo*, Talibus hostiis promeretur Deus: *pro eo quod in Græco fonte habetur,* τοιαύταις θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός.

[5] *Sess. 6. cap. 16. & can. 32.* [6] *Ruard. Tapper. explicat. articular. theolog. Lovan. tom. 2. art. 9.* [7] Rom. 8. 18. [8] Luc. 17. 10. [9] Psal. 19. 13. & 103. Jac. 3. 2. [10] ἐλεημοσύνη Θεοῦ, & θεοῦ ἐλέει. Rom. 9. 16. Eph. 2. 4. Tit. 3. 5. Heb. 4. 16. [11] Rom. 3. 27.

ſtu Pontificii, poſteaquam ad humum depreſſerunt meritum obedientiæ Chriſti, quaſi vix dimidium, ſi dimidium tamen [p] redemtionis pretium pro hominibus perſolviſſet, certè non integrum; ſed ad reliquum ſupplendum, ut Chriſtus, ita ipſi [q] ſatisfaciant patiendo pro peccatis dum vivunt, immo, pluſquam Chriſtus, patiendo etiam poſt mortem in purgatorio, curandóq; tùm vivi tùm mortui aliorum benefactis ac pœnis ſatisfieri Deo: ad ſidera deinceps extollunt dignitatem operum ſuorum, quibus juſtificatos non modò [r] *legi divinæ ſatisfacere plenè*, (quod tamen [s] eodem ore negant ſimul, dum addunt, *pro hujus vitæ ſtatu*; [t] quis enim vivit qui non peccet? [u] quis peccans legem plenè præſtat?) ſed & [x] *ſuper erogare*, quò [y] fatuarum virginum inopiam [z] theſauris olei ſui ſublevent, ſuperarrogantiùs, an [a] ſtultiùs cæciúſque dicam? profitentur. Unde fit ut quemadmodum virtutes exaggerant, itidem viciſſim extenuent peccata; neque ſolùm levia ex gravioribus faciant, dum

[p] Matt.20.28. Tit.2.14. Heb.9.12.

[q] *Conc. Trid. ſeſſ.14.de pœnitent.cap.8. & 9.ſeſſ.21. de reformat. cap.9. ſeſſ.22. de Miſſa,cap. 2. ſeſſ.25. decret.de purgatorio.*

[r] *Ibid. ſeſſ.6. cap.16.*

[s] Jac.3.10.

[t] 1.Reg.8.46.

[u] 1.Joh.3.4. πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ.

[x] *Bonaventur. in 4.Sent.diſt. 15.art.2.quæſt. 4.Petr.Sot. aſſert. cath. fid. circa articulos confeſſ. Wirtemb. cap. de lege.*

[y] Matt.25.9.

[z] *Conc.Trident. ſeſſ.21. de reformat.cap.9. Extravag. commun. de pœnitent. & remiſſionib. cap. unigenitus. Hoſius, confeſſ. cath. fid. cap.48.*

[a] Matth.23.17.

[b] venialia deputant natura & genere suo quæ [c] mortalia sunt: sed ex plurimis nulla, dum & in [d] consilia transformant Dei [e] præcepta, [f] ne, quum ea violant, delinquere videantur; & [g] concupiscentiam carnis, rebellantem legi divinæ in renatis, [h] peccatum esse [i] negant. Etiámne amplius? Etiam. Ex nonnullis (verè promerentes [k] *væ* debitum *dicentibus de malo bonum esse*) [l] faciunt meritoria præclaráq; opera: cujusmodi fuerunt [m] Ethnicorum preces, [n] Judæorum jejunia, [o] eleemosynæ, [p] Zelus, [q] Deum se *pueriorum* colere, quum offenderent. Quibus tamen dogmatis, quantumcunque suis seu meritis adjiciant, seu peccatis detrahant, dum ex dignis operibus justificari volunt, nihil assequuntur, nisi ut miserrima carnificina conscientiæ [r] diffidant dubiténtq; (adversus veram [s] fidei doctrinam) de salute, quoniam igno-

[b] Conc. Trid. sess. 6. cap. 11. & sess. 14. de pœnitent. cap. 5. [c] Matt. 5. 22. Rom. 6. 23. Gal. 3. 10. 1. Joh. 3. 4. [d] Clementin. de verbor. signific. cap. 1. vid. Thom. Aquin. in prima secundæ, quæst. 108. art. 4. ad 3. Alfons. Castr. adverss. har. lib. 12. tit. de præcepto, har. 2. Vega, de justificat. lib. 11. cap. 3. & 4. Azorius, institut. mor. part. 1. lib. 5. cap. 2. [e] Matt. 5. vers. 19. & 44. Matt. 6. 17. 18. 9. 15. Luc. 6. 35. & 9. 23. [f] Vega, de justificat. lib. 14. cap. 12. Intermittere consilia nullum peccatum est. [g] Rom. 7. vers. 23. [h] vers. 17. [i] Conc. Trid. sess. 5. de peccato orig. anat. 5. [k] Esai. 5. 20. [l] Preces Psalterii beatæ Virginis, & Jesu. Jejunium, absque jejunio, in delectu ciborum. Studium, vel magnus cum sumtu, seducendi hominis sed Papismum. Parricidium, quale suasit Guilelmo Parrio Gregorius XIII. per Cardinalis Comensis literas, apud Jo. Stoum in continuat. Chronicor. Wolfii & Holinsed. an. Dom. 1584. [m] Matt. 6. 7. [n] Esai. 58. 3. [o] Matt. 23. 23. [p] Rom. 10. 2. Act. 23. 12. [q] Joh. 16. 2. [r] Conc. Trid. sess. 6. cap. 9. & 16. [s] Rom. 4. 20. Heb. 10. 23. Jac. 1. 6.

rent tutùm meruerint satis, fecerint satis, pœnitentiæ fructus dignos: an potiùs quando facta cujusque, sub extremum vitæ suæ halitum, in statera Legendaria [a] Damasceni statera ponderabuntur, sinistra lance propendente ac dæmonibus dextram in tartarum demergendi sint. Ecce finem hominum justitiæ suæ nitentium, qui [b] Christo promittenti se coronam vitæ daturum fidelibus, hoc est, ac [c] justum judicem, eam redditurum cunctis quibus adventus ipsius expetitus sit, fidem permistam infidelitate, ac vacillantem, fluctuantémque, indignam Christianis habent.

[a] Jacob. Voragin. hystoriâ. cap. 27.
[b] Serm. de his qui in fide obdormiunt.
[c] Apoc. 2. 10.
[c] 2. Tim. 4. 8.

34. Et quis miretur eos, qui tantum de justitia Dei decerpunt, non minus detrahere de gloria & honore Dei? Cujus cultum [d] communicant cum angelis, [e] ministrantibus, non ipsi soli, sed Ecclesiæ, cum Virgine matre, quam Christo [f] servatori [g] adequant vacuitate à peccatis; cum justorum [h] hominum defunctorum spiritibus, [i] quorundam etiam injustorum; cum imaginibus, cum reliquiis, cum [k] ferro, lino,

[d] Conc. Trid. sess. 25. de invoc. sanct. & Catholici. Sanctos & socios in cœlis.
[e] Hebr. 1. 14. Apoc. 19. 10.
[f] Matt. 1. 21. Luc. 1. 47.
[g] Conc. Trid. sess. 6. de justif. cap. 23.
[h] Act. 10. 26. Apoc. 6. 9.
[i] Georgii Cappadocis, Arianæ hæresis, & Thomæ pseudomartyris Cantuariensis. Breviar. Rom. April. 23. & Decemb. 29.
[k] Onuphr. de septem Urbis Ecclesiis. Valla de falsa Constantini donatione. Erasm. collog. peregrinat. religionis ergò.

corio,

corio, quisquiliis quisquiliarum, & sordibus abjectissimis; contra Domini mandatum, [b] *Deum adorabis, & ei soli servies*. Etenim quod [g] excipiunt, se *latria* solum Deum venerari, Sanctos autem & alias creaturas sacras *dulia*, vel [h] *hyperdulia*: hoc inceptum & falsum est. Ineptum, quia [i] dulia, quâ civilem cultum obsequiúmq; significat, debetur cuivis Christiano: quâ verò religiosum, [k] idem est cum latria; ut [l] idololudia, par [m] idololatriæ, arguit; & [n] latriæ sensu tributa Deo [o] dulia. Quamobrem nec istam nulli creaturæ deferri simus [p] lex divina: nedum hyperduliam, hyperlatriæ synonymam. Falsum, quia latria non modò panem & poculum Eucharistiæ [q] colunt; in quo se exercebunt quòd isti credant [r] Dominum & Deum suum esse, haud distinguentes sacramentum à re sacramen-

[f] Matt.4.10. [g] Hæsius, comm. Sent. cath. fid. cap.58. Canisius, oper. catechist. cap. 3. quæst.7. in context. & annot. marg. ad restim Aug. [h] Tho. Aquin. summ. theolog. part.3. quæst. 25. art.5. [i] διὰ τῆς ἀγαπης δουλεύετε ἀλλήλοις. Gal.5.13. [k] λατρεύειν τῷ ἑνὶ θεῷ καὶ ἁγίῳ θεῷ, Gal.4.8. [l] εἰδωλολατρείαν καὶ μαγείαν καὶ κακοήθειαν. Rom.1.25.

[m] εἰς τὸ λατρεύειν θεῷ ζῶντι. Heb.9.14. [n] ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. 1.Thess.1.9. [o] Hebraum nomen עבד, quod λατρεύειν redditur apud Septuaginta, Deut.6.13. in hoc quem Christus citat. Matt.4.10. σὺ κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις; redditur δουλεύειν. 1.Sam.7.4. ubi scriptum est de laudem Israeliturum, εἰδωλολατρεύειν τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ αὐτῶν: eodemq; modo, quem ritu illi vertitur, quòd alios se coluerint, ut Deum solum debebant; δουλεύειν τοῖς βααλείμ. Jud.2.11. εἰδωλολατρεύειν θεοῖς ἑτέροις. 1.Sam.8.8. [p] Conc. Trid. sess. 13. cap. 5. [q] Sacramentum corporis Christi Dominum nostrum & Deum nostrum appellat Guilielmus Alanus; [de sacrific. Eucharist. cap.41.] Richardus autem Brixiensis, [Motiv.16.] Dominum meum & Deum meum.

ti, panem Domini à pane Domino, ut scitè [k] Augustinus: sed etiam crucem Christi, ipsam ligneam crucem; immo ejus item ligni effigiem; idq; [l] solennibus Ecclesiæ suæ sacris; testante ac probante [m] Thoma Aquinate, quo viro? Angelico doctore, cui primas post Apostolos [n] deferunt, Cardinalibusq; ac [p] theologis aliis astipulantibus Thomæ; quin & [q] Tridenti synodo (quemadmodum [r] observant qui sensum ejus optimè callent) idem decernente de pluribus imaginibus. Tanto magis impio & detestando scelere, quanto evidentiùs [s] Nicæna synodus secunda, citata à [t] Tridentina, utcunque simulacris concessit cultum quem non debuit, cultū Dei proprium illis denegavit. Adeò in Romana Ecclesia quoque impletur, minùs citò quidem, justo tamen citius Velleia-

[k] *Tract. 59. in Evang. Johan.*
[l] *Breviar. Rom. Sabbato in hebdomada quarta quadragesimæ: O crux ave spes unica. Ceremonial. & Pontificel. in die Parasceves:* Venite adoremus.
[m] *Summ. theolog. part. 3. quæst. 25. art. 4.*
[n] *Pontifices Romani, Urbanus & Innocentius, apud Augustinū Hunnæum, epist. ad Pium V. præfixa Summæ theolog. Thom. Aquin. excusæ Antverp. à Plantin.*
[o] *Bonaventur. in 3. Sentent. dist. 9. quæst. 4. Caietan. in 3. partem Summæ Thom. quæst. 25. art. 4.*
[p] *Antonin. archiep. Florent. part. 3. Summæ, tit. 12. cap. 9. §. 5. Jacob. Almain. in 3. Sent. dist. 9. conclus. 5. Sixtus. Prier. in Summ. verbo, Latria, §. 2. Andr. ad orthodox. explicat. lib. 9.*
[q] *Sess. 25. decret. de sacris imaginib.*
[r] *Ferdinand. Velosill. advertent. theolog. Scholast. in 5. tom. Hieronymi, ad 10. quæst. Franc. Suarez, in 3. part. Thom. tom. 1. disput. 54. sect. 4. Hispani theologi, qui Hispali magistratum quendam cannicum, Ægidium, hæresis damnârunt, ob ejus Synodi tempore, ob latriæ cultum crucì denegatum: sicuti testantur Velosillus, ibidem; & Suarez, disputat. 56. sect. 2.*
[s] *Act. 7. in definitione Synodi.*
[t] *Sess. 25. de sacr. imag.*

num

num dictum de republica Romana: [a] *Maturè à rectis in vitia, à vitiis in prava, à pravis in præcipitia pervenitur.* Nam pupæ, quum [x] principio nullæ, nec vestitæ, nec nudæ in sacris ædibus Christianorum essent, postea cœperunt sensim introduci ad erudiendos idiotas: deinceps, à discipulis suis adamatæ, cultum divino minorem consequutæ sunt: ad extremum verò nunc latriam obtinent, nec solùm adorantur, quod recusabant [y] Sancti, verùm & [z] salutis spes in eis ponitur. Quum ergo vera fides nos in Dei & nostri notitia sic instituat, ut de nobis summissè, de Deo piè sentientes, ex ipsius gratia, per ipsius justitiam, ad ipsius gloriam, certa spe salutis in Christo potiamur: ecquis neget eam impurè tradi à Papistis, qui arrogantiam pro modestia, Pharisaismum pro sanctimonia, pro fiducia diffidentiam, idololatriam pro Dei cultu seminant?

35 Jam quæ satis graviter conqueratur oratio, quo pacto mysticos vitæ ritus, *sacramenta*, ad obsignandã gratiam à [a] Christo institutæ, & (ut [b] Pius Quintus argutè post [c] Patres dicit) ex [d] latere Christi ma-

[a] *Vell. Patercul. hist. Rom. lib. 2.*

[x] *Clem. Alexandr. strom. adhort. ad Gent. Strom. lib. 5. 6. & 7. Origen. contra Celsum, lib. 7. & 8. Minut. Felix, in Octavio. Æl. Lamprid. in vita Alex. Severi.*

[y] Act. 10. 26. Apoc. 19. 10.

[z] *Tho. Aquin. part. 3. quæst. 25. art. 4.*

[a] Matt. 28. 19. Luc. 22. 19.

[b] *Catechism. Tridentin. de sacramentis in gen.*

[c] *Chrysost. in Johann. hom. 84. Augustin. in Evang. Johan. tract. 120. De symbolo, lib. 2. cap. 6. Cyrill. in Johann. lib. 12. cap. 39. Damascen. orthod. fid.*

[d] Joh. 19. 34.

lib. 4. cap. 20. Bed. Theophylact. Euthym. in Johannem.

nantia

nantia, [e] numero pauciſſima, factu facillima, intellectu auguſtiſſima, obſervatione caſtiſſima, ſignificatione præſtantiſſima, [f] violârint adjectione plurium, polluerint ceremoniarum profluvio, efficacitate auxerint in ſpeciem, reipſâ minuerint, commentis hominum depravârint, & ſpoliârint fructu, dum ſermone [g] barbaro nec [h] ſacerdotibus ſuis nonnunquam intellecto celebrant? Quibus noxis incommodiſque ut omittam quantopere afflixerint baptiſmum, cujus tamen vicinam vim & velut animam divina miſericordia integram conſervavit: ſanctam cœnam Domini tot ac tam profanis errorum abuſuúmque ſpurcitiis inquinârunt, ut nullum propemodum inſtitutionis Chriſti veſtigium in ea cerni queat. Nam ex ſacramento [k] fecerunt ſacrificium, non gratiarum actionis & Euchariſtiæ, uti nominant, ſed propitiatorium; nec propitiatorium, quale [l] Chriſtum adumbrans, ſed verè propriè; propitiatorium: quod offerat ſacrificulus, tanquam novus [m] ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec, pro mortuorum etiam, non ſolùm pro vivorum

[e] Auguſtin. de doctr. Chriſt. lib. 3. cap. 9. Epiſt. 118. ad Januar. cap. 1.

[f] Conc. Trid. ſeſſ. 7. de ſacramentis in gen. can. 1. 8. 11. & 13.

[g] Niſi ſciero vim vocis, ero, ei qui loquitur, barbarus: & qui loquitur, apud me barbarus fuerit. 1. Cor. 14. 11.

[h] De conſecrat. diſtinct. 4. cap. vitulerunt. Sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat, dicebat, dum baptizaret: baptizo te in nomine patria, & filia, & ſpiritu ſancta.

[i] Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. can. 1. & 3.

[k] Εὐχαριστία, Rom. 3. 25. ἱλαστήριον. 1. Joh. 4. 10.

[l] Hebr. 7. 17. & 8. 4.

pœnis,

pœnis, peccatis, satisfactionibus; immo & pro hominis [k] porco, pro [7] gallina, pro [l] qualibet re quam [m] precibus commendare liceat. [n] Unicam illam hostiam, qua semel immolata redemti ac sanctificati sumus in perpetuum, [o] immolant rursum [8] millies, & exinaniunt mortem Christi. Tollunt [p] humanam naturæ Christi veritatem [q] reali præsentia. Tollunt sacramenti, utpote [r] *signi rei sacræ*, substantiam [s] transubstantiatione. Tollunt excellentem, & [t] præcepto sancitum, participationis usum inter pios. [u] Missis privatis. Tollunt [x] institutum Servatoris nostri, tollunt [y] electorum solatium singulare, tollunt dulcissimum [z] salutis testimonium [a] communione sub una specie. Tollunt magna ex parte honorem Filii Dei, [b] sedentis ad dextram

[k] Missa de sancto Antonio.

[7] *Hoc tertio sessionem Tridentina synodi, quo* Missæ sacrificium *asseritur* rite offerri pro aliis necessitatibus fidelium vivorum, non modò pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, *illustrat Guilelmus Alanus, Cardinalis, lib. de Eucharistiæ sacrificio cap.* 32.

[l] Missa de S. Rocho, de S. Barbara, de S. Cruce. [m] Jac.5.14. [n] Heb.9. versib.26.& 28.Heb.10. vers.10.12.& 14. [o] *Conc. Trid. sess.22. cap.1. & 2.* [8] Hostiarum cœlestium tria millia immolavit Ignatius Loiola, per se & per amicos, ad propitiandum numen, sub annum Domini M. D. XL. ut Societatem Jesu Paulus Papa Tertius, re à Cardinalibus probata, confirmaret. *Jo. Petr. Maffeius lib.2. vitæ Ignat. Loiol. cap.12.* [p] Act.1.11.& 3.21. [q] *Conc. Trid. sess.13. cap.1.* [r] Rom.4.11. *Augustin. lib.10. de civitate Dei, cap.5.* Quem, in hac sacramenti definitione, omnes doctores scholastici sequuti sunt: *inquit Pius Quintus in Tridentino catechismo, de sacrament. in gen.* [s] *Conc. Trid. sess.13. cap.4.* [t] 1.Cor.11.33. [u] *Conc. Trid sess.22. cap.6.* [x] Matt. 26.27. 1.Cor.11.28. [y] Mat.26.28. Luc.22.20. [z] 1.Cor.10.16. Joh.6. 54. [a] *Conc. Trid sess.21. cap.2.* [b] Rom.8.34. Heb.1.3. & 7.25. & 10.12.

Patris

[c] Luc.22.19. 2.Cor.11.25. Patris ut interpellet pro nobis, [c] in cujus memoriam celebrari jussum est hoc mysterium: dum [d] in Sanctorum quoque memoriam & honorem propterea idem celebrant, ut ipsorum patrocinio & intercessione in cœlis potiantur. Denique [e] religionem omnem, propè dixerim, tollunt, certè inquinant admodum profana & sacrilega pompa, dum [f] in processionibus panem Domini bajulant, ut adoretur tanquam Deus: etiam [g] ante Romanum Pontificem in equo, cum laternis (an ut [h] Judam Iscariotem subsequi occasio detur cogitandi?) similiter ac in [i] Perside Pagani sacrum ignem ante regem suum circumgestare solebant.

[d] *Conc. Trid. sess.22.cap.3.*

[e] Act.26.5. Col.2.18.

[f] *Conc. Trid. sess.13.cap.5.*

[g] *Sacrar. ceremoniar. S.R.E. lib.1. sect.12. tit.* Ordo quomodo Papa equitat in Pontificalibus.

[h] Joh.18.3.

[i] *Xenoph. lib. 8. de Cyri disciplina. Q. Curt. lib.3.*

36 Neque verò in *precibus* leviorem eorum aut impietatem erga Deum, aut iniquitatem erga homines deprehendemus, si observaverimus quos & quas & quæ, pro quibus, quemadmodum, invocare soleant. Etenim loco Dei, cui [k] soli sacrificium [l] invocationis & gratiarum actionis sive laudis debetur, sanctos & sanctas pro gratia gloriáve obtinenda implorant: ut, exempli causa, quod à [m] Patre luminū & miserationum [n] divinitus petere docemur, à Virgine,

[k] Exod.22.20.

[l] Psal.50.versib.14.& 15.

[m] Jac.1.17.

[n] Matt.6.13. Psal.31.6. Act.7.59.

gine, Dei quoque titulis decorata, eoncedi sibi [o] postulant;

Maria, mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

[o] *Breviar. Romano offic. part. 2. Maria adcumpleter. Offic. B. Mariæ Virg. ad primam, & sequent.*

A [p] modestissima Virgine, quæ, si adesset audirétq; honorem sibi talem haberi, sine dubio permolestè ferret: haud secus atque [q] Paulus & Barnabas doluerunt, quum Lystrenses ipsis sacrificare vellent. Ac nimirum ni Papistis eam sic colentibus obstrepat conscientia, si quidem & ex Paulo audiverint, [r] *Quomodo invocabunt in quem non crediderunt*: & ex [s] catechismo Tridentino edocti sint, *in Deum credi tantum debere, non in sanctam Ecclesiam*, cujus sanctum membrum est beata Virgo. Quid, quòd (ac si parum esset spiritibus intelligentia præditis ita supplicare, ut [t] dives, clamans, *Pater Abraham, miserere mei,*) eundem cultum deferunt rebus inanimis? [u] *dicentes ligno, Pater meus es; & lapidi, Tu genuisti me*, ut idololatræ Judæi: [x] salutantes similiter unguentum ac Mariam, *Ave sanctum*

[p] Luc. 1. 48.

[q] Act. 14. 14.

[r] Rom. 10. 14.

[s] *In expos. Symb. ex Augustino de tempore, serm. 131.*

[t] Luc. 16. 24.

[u] Jer. 2. 27.

[x] Sed, (ut vetus interpres literam & sæpe ventis,) ad lignum: quæ phrasi catechismum Tridentinum ait, Orationem Dominicam pronunciari ad imaginem sancti alicujus. *part. 4. de orat. cap. quis orandus sit.* [y] *Pontifical. Rom. cap. de benedictione chrismatis,*

chrisma,

chrisma, hoc est, ut [y] ipsorum explicatio infert, gaudium ac pacem ab eo exposcentes: [z] rogantes demum à ligneæ crucis imagine, tanquam unica sua spe, non modò gratiam, sed gratiæ incrementum;

Auge pijs justitiam,
Reisq; dona veniam.

37 Præterea loco vivorum, pro quibus, [a] nisi ad mortem peccârint, [b] peccatorum remissionem petere ac liberationem à malo docet Scriptura, [c] orant ut *peccata eis remittantur, requiésq; ac* [d] *sedes refrigerii detur*: immo ut [e] *liberentur de pœnis inferni, de profundo lacu*, quasi [f] Trajanum ab inferis per Gregorii preces liberatum, aut putidam Falconillæ [g] craniive fabulam pro fundamento cultus divini sibi proponerent. Interim pro fidelibus defunctis preces istas à se fundi [h] canunt; pro defunctis in Christo, è traditione [i] Tridentina: de quibus scriptum pariter ex Apocalypsi

[y] *Fran. Coster. Christianarum institut. lib. 5. in explicat. salutat. Ang.* Ave Maria: me clientem tuum participem gaudii tui facito. *Alfons. Salmer. comment. in Evang. hist. tom. 3. tract. 5.* Angelus dixit, Pax tibi: ad quam pacem alludens Ecclesia, in hymno de B. Virgine, subdit; Funda nos in pace. *Breviar. Rom. officio B. Mariæ in Sabbato:* Sumens illud Ave Gabrielis ore, Funda nos in pace; Solve vincla reis, Profer lumen cæcis, *& quæ sequuntur.* [z] *Breviar. Rom. Sabbato infra Dominic. 4. quadragesimæ.* [a] 1. Joh. 5. 16. [b] Matt. 6. 12. Jac. 5. 15. [c] *Missal. Rom. in commemorat. omnium fidelium defunctor.* [d] *In anniversario defunctorum.* [e] *In commendat. omn. fidel. defunctor. & in diebus sepulturæ depositionis defuncti.* [f] *Damascen. de iis qui in fide dormierunt.* Jacob. Perez. aur. legend. cap. 46. [g] *Apud Damascenum, in Palladii Laus. hist.* [h] *Missal. Romanum, ibidem.* [i] *Sess. 22. cap. 2.*

legunt,

legunt, [k] *Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo* [l] *jam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illos.* Qua in re absurdè secum pugnantes, quos amodo jam ab ipso mortis suæ tempore beatos pronunciant, eis [1] refrigerium, tanquam in gehenna cum divite cruciatis, optant: quos aiunt requiescere à laboribus suis, eos significant in tormentis esse, nec dum ad requiem perveniisse: quos affirmant opera, hoc est, operum præmium & mercedē sibi habere [2] junctam quasi comitem, eos solitarios, à socio desertos, ut [m] Nisum ab Euryalo, in maxima ærumna & angore collocant.

[k] Apoc. 14. 13.

[l] Ut legunt in vulgata Latina editione. Græc. vai, etiam: efficaciore voce ad notandam certitudinem rei.

[1] Luc. 16. 24.

[2] τὰ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν. Arius Montan. interlinear. interpret. Opera illorum sequuntur eum ipsis.

[m] Virg. Æneid. lib. 9.

38 Quanquam excusabilius errant in personis pro quibus supplicandum sit, quòd vetere melioris ævi consuetudine, Scripturis minùs clarè condemnata, errent. Modum autem orandi tam expresso Dei verbo interdictū, & depravationis ævi tabe natum, bifariam usurpant, ut nullum nisi valde vecordi & impudenti defensioni locum relinquant. Nam primùm, contra [n] Christi præceptum, [3] ne multiloquio, aut (ut verbum sonat) *battologia* utamur in precibus sicut Ethnici, [4] haud ita pridem

[n] Matt. 6. 7.

[3] μὴ βαττολογήσητε.

[4] Circa annum Domini millesimum nongentesimum. Polydor. Virgil. de inventorib. rer. lib. 5. cap. 9.

instituerunt precandi formam per calculos, quos *Paternostros* vocat vulgus; [o] vir doctus, rem describens, appellat *religionē Quæ filo insertis numerat sua murmura baccis*: qua salutationem Angelicam centies & quinquagies, (ad æquandum numerum libri [f] Psalmorum, quos David aliique Deo cecinerunt, unde *Psalterium beatæ Virginis* nuncupant,) & orationem Dominicam post decimum quodque Ave-maria, Symbolum autem fidei post quinquagesimum semel recitant. Cui instituto [o] magis novitium adjecerunt alterum, ut re simillimum, ita nomine, *Psalterium* nempe *Jesu*: ubi quindecim preculas hujusmodi, *Jesu, Jesu, Jesu, miserere; Jesu, Jesu, Jesu, adjuva; Jesu, Jesu, Jesu, da hic mihi purgatorium meum*; singulas decies repetunt, ad conficiendum parem numerum petitionum centum quinquaginta, & triplicatum nominis Jesu quadringenties quinquagies inculcati. Nec pudet eos excedere tali multiloquio, non dico, [p] *Battum*, qui futiliter,

Sub illis
Montibus, inquit, erant, & erant sub montibus illis:

sed Ethnicos, perstrictos à sene [q] Terentiano

[o] *Baptista Mantuanus, Alfonsus lib. 4.*

[f] Centum & quinquaginta.

[o] *A quo aut quando inventum, non meminerat Polydorus Virgilius. At fortasse post ejus obitum hoc comptum est Eremitæ sescr quidam, ut Psalterium B. Virginis Eremitæ.*

[p] *Ovid. metamorph. lib. 2.*

[q] *Heautontim. act. 5. scen. 1.*

no

no anicitlam admonente, ne suo exingenio judicet Deos, ut nil credat intelligere, nisi idem dictum est centies. Et quamvis [r] Pius Quartus confirmârit Synodum, [s] quæ asseruit *certum numerum quarundam Missarum & candelarum inventum esse magis à superstitioso cultu, quàm à vera religione*: in [t] Pii tamen Quinti Bulla prædicatur modus esse admodum pius orandi Deum, quo per certum numerum Avemariarum, cum Paternostris & Symbolis ad certum quoque numerum demurmuratis, colitur. [u] Gregorius autẽ Decimus tertius eundem festi diei celebritate honorat; [x] Papista verò, Psalterii Jesu buccinator, ex illo tam insuavi suavissimi nominis batarismo & blateratione opem singularem ad resistendum tentationibus, mirificumque augmentum gratiæ, pollicetur. Deinde, preces publicas, quanquam [y] Christus lingua populo intellecta celebrari jussit, tùm [z] ut instituantur imperitiores; tùm quia, [a] nisi sciat, qui locum idiotæ implet, quid Pastor oret, non potest dicere Amen ad ejus benedictionem; ideóque nec frui promissione Christi, [b] datum iri à Patre in cœlis quicquid duo fidelium consenti-

[r] Bulla confirmat. Concilii Trident.
[s] Sess. 22. decret. de observand. & evitand. in celebrat. Missæ.
[t] Summa constitutionum Romanor. Pont. à Greg. IX. usq; ad Sixtum V. Pii V. Bull. 34.
[u] Ibid. Bulla 8. Gregor. XIII. & septimi decretalium lib. 3. tit. 9. cap. 3.
[x] Autor præfat. in Psalterium Jesu, excusum Antverpiæ, apud Foulerum.
[y] 1. Cor. 14. vers. 37.
[z] vers. 19.
[a] vers. 16.
[b] Matt. 18. 19.

entes in terra petierint: tamen, seu paucorum desidia, ne laborem susciperent immutandi & corrigendi liturgiam, postea quam [c] per Gothos, Langobardos, Wandalos, & alias barbaras gentes, oppressa Italia, Gallia, Hispania, [d] Latinus sermo paulatim corruptus exolevit, & abire coepit in varias vulgares linguas variis locis, ut [e] olim Judaica lingua in Azoticam; seu pluriū superbia, quò Pastores soli sapere viderētur, & insultarent plebi, [f] scientiae clave carerent, quemadmodū qui dixerunt, [g] *Haec turba nō novit legē*; seu unius ambitione, ut Romanus Pontifex, quascunq; nationes ad Christi fidē convertit, eas eloquii Romani usu in sacris teneret sibi subditas, veluti professentes, [h] *Ego sum Cephae*; preces, inquam, publicas Romana lingua vetere, nec Romano populo nec ulli jam materna, celebrant. Atq; tantum abest ut hinc absterreantur aliarū complurium Ecclesiarum judicio, per [i] Asiam, per [k] Africam, per [l] Europam passim contrà facientium: ut ne

[c] *Paul. Diacon. de gestis Langobardor. lib. 1. cap. 1. & 2. Ado Viennens. chronic. ætat. 6. Sigibert. Gemblac. chron. de regno Wandalorum, Winilorum, Gothorū, &c. subsequent.*

[d] *Conrad. Gesner. Mithridat. de differentiis linguar. sapitibus, de Gallica lingua recentiore, de Hispanica lingua, & Italica vulgari.*

[e] Neh. 13. 24.

[f] Luc. 11. 52.

[g] Joh. 7. 49.

[h] 1. Cor. 1. 12.

[i] In Syria. *Liturg. Basil. ex versione Syr. Andr. Mass.* In Armenia. *Bellonius observat. lib. 3. cap. 12.* [k] In Ægypto. *Jos. Scalig. de emendat. tempor. lib. 6.* In Æthiopia. *Fran. Alvarez, descript. Æthiop. cap. 11.* [l] In Scythia. *Walafrid. Strab. de exordiis & increm. rer. Ecclesiast. cap. 7.* In Russia & Podolia. *Sigismund. Herberstein. comment. rer. Moscovit. Martin. Cromer. descript. Polonia, lib. 1. Matthi. Michou. de Sarmat. Europ. lib. 2. cap. 1.*

fiæ quidem Ecclesiæ ac Papæ, tametsi accedente divino etiam oraculo, autoritas ipsos flectat. Quippe, quum [7] Episcopus, qui Slavos, Roma missus, converterat ad fidem, Johanni Octavo supplicaret, ut illis sua lingua in sacris uti liceret, nec pauci contradicerent dum res in consistorio disceptaretur Romæ, auditam ferunt vocem tanquam de cœlo in hæc verba missam; *Omnis spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei:* indeq; annuente Pontifice concessa est viri sancti petitio. Qua ex indulgentia & indulgentiæ causa, quoniam ibi [m] quædam Ecclesiæ sub Papatu rem divinam patrio sermone faciebant, nec poterat res simpliciter & absolutè damnari: idcirco [n] Synodus Tridentina, Latinam liturgiam (quam Missam vocant) sanciens, *Etsi Missæ*, inquit, *magnam contineat populi fidelis eruditionem; non tamen expedire visum est Patribus, ut vulgari passim lingua celebraretur.* Visum est [o] Spiritui sancto expedire, ut fiat quod fideles erudit & ædificat. At Patribus visum non est.

[7] *Sive is Cyrillus fuit, ut legimus apud Æneam Silvium;* [histor. Bohem. cap. 13.] *sive Methodius, ut Baronio placet;* [notat. in Martyrolog. Rom. 9. die Mart.] *sive ambo, ut Martinus Cromerus tradit;* [lib. 3. rer. Polonicar.] *ad rei summam nihil interest. Hoc enim & petitum & concessum esse, demonstrat Baronius è Johannis VIII. registro;* [epist. 252.] *etiamsi vocem tanquam de cœlo additam, quod ex aliis Æneas Silvius refert) silentio prætermittat: vocem meritò certò habendam pro cœlesti, ut Scriptura docent;* [Psal. 67.4. & 117.1. & 150.6. Esai. 45.23. Rom. 14.11.] *quamquam tunc ex ore humano forsitan sonantem.* [m] *Jo. Aventin. annal. Boior. lib. 4.* [n] *Sess. 22. cap. 8.* [o] *1. Cor. 14. versib. 17. 19. & 26.*

At visum est [p] antiquis Patribus: quin & [q] recentibus quibusdam inter Pontificios. At non est visum Tridentinis. At Tridentinis quoque visum est, ut, ubi Papa voluit, fiat: quod è [8] sequentibus verbis patet. At visum non est, ut passim: id enim Papa noluit. Non ut passim? Quid ita? Ne suspicentur homines Romanam Ecclesiam in aliis item rebus, si in hac, erravisse: [t] veniántque Germani, ac deleant locum & gentem.

O curvæ in terras animæ, & cœlestium inanes.

39 Reliquum est, ut agam de *disciplina*: cujus ea ratio in sacris literis præscripta est, ut [r] à Dei ministris, [s] ex Dei legibus canonéque, [t] ad populi Dei salutem gubernetur Ecclesia. Quid autem horum observat Ecclesia Romana? ubi removentur ministri Dei à suæ quisque navis clavo per Romanum Pontificem: qui classis universæ, non ut *senator voluntarius*, qualis *Asinius* (apud [u] Ciceronem) *lectus ipse à se*, sed ut voluntarius tyrannus, gubernaculi tractat quoquo loco, tempore, modo vult; & cui vult, committit. Qui, dissimulans Pauli præceptum, Romanis datum, [x] *Omnis*

[p] *Justin. mart. apolog. 2. Tertullian. apologet. cap. 39. Cyprian. de orat. Domin. cap. 22. Hieronym. comment. in epist. ad Galat. lib. 2. proœm. Isidor. de offic. Eccles. lib. 1. cap. 10.*

[q] *Jo. Belesb. Parisiens. theolog. explicat. divinor. officior. in proœmio. Nic. Liran. in 1. Cor. 14. ad ea verba vers. 16.* Cetérum si benedixeris spiritu. *Card. Cajetan. opuscul. tom. 3. tract. 15.*

[8] Retento ubique cujusque Ecclesiæ antiquo, & à Sancta Romana Ecclesia probato, ritu.

[t] Joh. 11. 48.

[r] Num. 3. 10. Heb. 5. 4. [s] Exod. 25. 40. Matt. 28. 20. [t] 1. Cor. 12. 7. Eph. 4. 12. [u] Philippic. 13. [x] Rom. 13. 1.

nis

nis animæ potestatibus supereminentibus subjecta esto; ad idem, in catholica prima Petri epistola, [y] *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive regi tanquam præcellenti*, & quæ sequuntur, [z] respondet; illum subditis suis scripsisse, ac eos ad humilitatis meritum provocasse, nec dixisse simpliciter, *regi præcellenti*, sed interposuisse, fortasse non sine causa, *tanquam*: [a] diruptúsq; loris, & à se projectis densis funibus istorum, [b] Romanum, Italum, cunctum totius orbis clerum imperio civilis magistratus eximit. Qui [c] à Christo sibi in beati Petri persona dictum memorans, [d] *Quodcunque ligaveris super terram, ligatum erit & in cælis*, inde potestatem arrogat auferendi & [e] conferendi regna quæcunque quibus libet: [f] júsque omne omnium regum à se se, ut uniço principio, quòd [g] *in principio Deus creavit cælum & terram*, per-

y 1. Pet. 2. 13.
z *Cap. solite. extra. de majorit. & obedient.*
a Psal. 2. 3.
b *Cap. si diligenti. cap. significasti. extra. de foro competent.*
c *Cap. ad Apostolica. de sentent. & re judicat. in sexto.* Bulla, *Pii V. contra Elizabetham, Angliæ reginam: & Sixti V. contra Henricum, regem Navarræ.* *In summa constitutionū Rom. Pontificum, & rerum in Ecclesia Rom. gestar. à Gregorio IX.* d Matt. 16. 19.
e *Alexander VI. Ferdinando regi, & Elizabetha reginæ Hispaniæ.* Autoritate Dei nobis in beato Petro concessa, & vicariatus Jesu Christi, qua fungimur in terris, omnes insulas & terras firmas inventas & inveniendas, detectas, & detegendas, versus occidentem &c. cum omnibus illarum dominiis, civitatibus, castris, locis, & villis, vobis, heredibúsq; ac successoribus vestris, in perpetuum donamus, concedimus, & assignamus. *Summa constitutionum Rom. Pontificum à Greg. IX. usque ad Sixtum V. in Alex. Bulla 1.* f *Cap. omnem sanctam. extra eod. communia. de majorit. & obedient.* g Gene. 1. 1.

dêre asseverat. Qui [h] duos sibi gladios, spiritualem & temporalem, ausus est vendicare, (quid autem ille non audeat?) vel ut autoritate Christi concessos, propterea quia [i] dicentibus Apostolis, *Ecce duo gladii hîc*, in Ecclesia scilicet, non respondit nimis *esse*, sed *satis*. Qui [k] gladio temporali, ex obtusiore parte regibus permisso, ex acutissima verò sibi reservato, [l] spiritualem gladium omnium divini verbi ministrorum in suam vaginam condit. Qui [m] ex aliquot vicinarum Ecclesiarum episcopis, Ecclesiæq; suæ presbyteris & diaconis, Cardinales sibi creavit Corycæos, [n] æquales principum, opibus; [o] prædonum, modo parandi; titulo protectores, re proditores, gentium; dignum Tarquinio suo senatum. Qui [p] summos Imperatores, qui [q] patriarchas, [r] archiepiscopos, [s] episcopos, [t] cæteróſq; pastores ecclesiarum, & Academiarum magistros ac doctores, tu-

[h] *Cap. unam sanctam. extra. 1. eod. communi. de majorit. & obedient. Albert. Krantz. Saxoniæ lib. 8. cap. 36.*

[i] Luc. 22. 38.

[k] *Cap. per venerabilem. extra. qui filii sint legitimi. cap. pastoralis. Clementin. de sent. & re jud. cap. unam sanctam. extra. 1. eod. communi. de majorit. & obedient.*

[l] *Cap. si Romanor. & sequent. dist. 19. dist. 21. dist. 22. cap. significasti. extra. de electione & electi potestate.*

[m] *Onuphr. de episcopatib. tit. & diecon. Cardinalium. De septem urbis ecclesiis, cap. 1. & sequentib.*

[n] *Bern. Theophan. catalog. glor. mund. part. 4. consideran. 10. Fran. Guicciardin. Onuphrius, & Petramellarius, in recentiorum Cardinalium libris.*

[o] Nehem. 13. versib. 4. 5. & 9.

[p] *Cap. Romani. Clementin. de jurejurando.*

[q] *Cap. antiqua. extra. de privileg. & excessib.*

[r] *Cap. significasti. extra. de electione.*

[s] *Cap. ego N. episcopus. extra. de jurejurando. Pontifical. Roman. Pii V.*

[t] *Conc. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 2. Bulla Pii V. super forma juramenti professionis fidei, in appendice concilii Tridentini.*

libus demum locis præfectos universos, jurejurando in suam obedientiam adigit. Qui [u] ad pedis oscula, vel ad calcei potiùs (ut [x] Caligula) recipit, non Cornelium centurionem a quo delatam sibi venerationem minorem [y] Petrus respuit: sed centurionum dominos, monarchas, & Cæsares; Augustos, & Augustas. Qui, utcunque [z] agnoscat à [a] Tridentina synodo post [b] synodum Chalcedonensem interdictum esse, *nequis presbyter ordinetur qui incertis vagetur sedibus*, [c] *nec liceat vago sacerdoti Missas celebrare*: tamen, quo facilius per emissarios firmet regale Pontificatus sui solium nutans, & [d] Fratres mendicantes sic ordinatos tolerat, & [e] adolescentes Romæ sic ordinandos alit, & [f] Jesuitis favet hunc ordinem sic professis, ut [g] patet eorum [h] suaserit Papæ, nequem è suis episcopum fieri sineret, isto argumento, quòd, *qui sui cupiam agro addicti affixique sint*, (prout esse solebant [i] quos ordinârunt Apostoli,) *longè minùs utique proficiant in*

[u] Sacr. ceremon. S. R. E. lib. 1. sect. 5. tit. de ingressu imperatoris in urbem. Papir. Massius. de episcopis urbis, lib. 6. in Benedicto XII.

[x] Suetonius de duodecim. Cæs. lib. 3. cap. 22.

[y] Act. 10. 26.

[z] Cath. omnium. dist. 50.

[a] Sess. 23. de reformat. cap. 16.

[b] Canone 6.

[c] Synod. Trid. sess. 22. decret. de observand. & evitand. in celebrat. Missæ.

[d] Duaren. de sacr. eccles. ministr. ac benefic. lib. 1. cap. 17. de pseudoclericis. cap. 23. de mendicantium fœditate.

[e] In Anglorum collegio.

[f] In Germanorum collegio. Ibid. Bulla 14. Greg. XIII. In Græcorum collegio. Ibid. Greg. XIII. Bull. 30.

[g] Ribadeneir. lib. 3. vita Ignat. Loiol. cap. 20.

[h] Ignatius Loiola.

[i] Maffei. vita Ignat. Loiol. cap. 18.

Martin. Navarr. consilior. lib. 3. de regularib. consil. 1. Summa constitutionum Romanor. Pont. Bulla 41. Gregorii XIII.

[k] Act. 14. 23. & 20. 28. Tit. 1. 5. 1. Pet. 5. 2. Apoc. 1. 20.

messe,

messe, quàm qui soluti ac liberi ecclesias omnes peruiagentur. Denique, (ut illustrùs ad vivum [1] Babylonicam meretricem exprimat,) qui [k] famulatu, amictu, cultu pluſquam regio; magnatibus, immo regibus Cæſaribuſq; ſi adſint, ſervorum obſequia exhibentibus; non uno diademate redimitus, ſed [l] triplici; cognominatus à [m] paraſitis [l] *Dominus Deus noſter*, à [n] ſeveris autē doctoribus [o] *Optimus Maximus*; elatus faſtu Perſico, [p] Campano luxu diſſolutus,

[p] *Et tunicæ gemmas & habent redimicula [q] mitræ,*
Clara micante auro, flammáſq; imitante [r] pyropo;

O verè Phrygia, neque enim Phryges:

Chriſti politiam eccleſiaſticam, ordiriatiſſimam ut caſtrorum aciem, transformavit veluti Circēo quodā poculo in [s] beſtiam,

[1] Apoc. 17. 4.
[k] *Sacr. ceremon. S. R. E. lib. 1. ſect. 5. tit. de proceſſione Pontificis & Cæſaris per urbem. ſect. 12. de Papa ejuitante in Pontificalib.*
[l] *Baptiſta Mantuan. ad Innocentium VIII.* Maxime Pontificum, triplicem qui fronte coronam. *De vita D. Lud. Morbioli.*
[m] *Canoniſt. gloſſa in cap. cum inter. extravag. Johannis XXII. à cæteribus Gregoriis, aut expuncta, aut caſtigata ejuſquam nota veſtigio, in nova editione juris canonici.*
[n] *Marian. Victor. in tom. 4. operum Hieron. præfat. ad Pium V. & Sixtum. demonſtrat. principſol. doctr. præfat. ad Gregorium XIII.*
[o] *Epitheton anno ſervio apud veteres Romanos,* tanquam Optimi, id eſt, beneficentiſſimi; & Maximi, id eſt, opes maximas habentis. *Cic. de natura Deor. lib. 2.*
[p] *Baptiſta Mantuan. Alfonſi lib. 4.*
[q] *Bernard. de conſiderat. ad Eugen. lib. 4. cap. 2. & 3.*
[r] *Platina de vitis Pont. in Paulo II.*
[s] Pontifex, ex equo (ruina muri) detrubatus, exbunculam ex tiara amiſit, pretii aureorum ſex millium, ut quidam ſtribunt. *Platina in vita Clementis V.*
[t] Apoc. 13. 11.

[t] Vox Dei, & non hominis. *Act. 12. 22.*

Agno

Agno comibus, draconi voce, similem, visibilem nempe monarchiam & regnum *Romanorum.*

40 Porrò, ne non omnia quadrarent, [juxta proverbium, *Similem habent labra lactucam,* quod de asino dictum est comedente carduos, Pontificias leges rex iste novus tulit ad novi regni sui gubernationem: & novum jus canonicum loco canonicæ Scripturæ, ad regendam regis regum Ecclesiam sancitæ, promulgavit. Cujus rei dedecus patefecerunt justa censoriæ virgæ nota quidam ex propriis ipsorum doctoribus: quanquam accuratiùs exploranti cuncta occurret meritò illud poetæ de mundo impiorum, *Minor fuit ipsa infamia vero.* Franciscus Duarenus, vir Pontificii juris peritia celebratus, & Pontificiis laudatus pro catholico, in lucem emisit opus *de sacris Ecclesiæ ministeriis ac beneficiis*: probatum judicio catholicæ Parisiensis curiæ, munitum privilegio ca-

[4] *Ita magis propriè magnificè à Turriano [lib. 1. de eccles. & ordinat. ministr. cap. 2.] nuncupatur Papatus, quem Sanderus videtur paulo minùs splendida voce* visibilis monarchia *designasse. Nisi forte* regnum Latinorum *potiùs appellari debet, ut Turriano Josuita par in suo genere Navarrus Canonista Papam indigitat* Latinorum regem; [*manual. confessarior. in epist. dedicat. ad Gregor. XIII.*] *quem præsertim, & Irenæus* [*adversus hæres. lib. 5. cap. 25.*] *affirmet* valde verisimile esse, Antichristum Latini nomine notatum iri, quoniam (*inquit*) verissimum regnum hoc habet vocabulum, Latini enim sunt qui nunc regnant; *& idipsum de regno verissima Latinorum experiantur hodie, qui Latina lingua in publica sacrorum administratione jugum persentiscunt.* [1] *Hieron. epist. 43. ad Chromatium.* [2] Apoc. 19. 16. [3] *Ovid. metamorph. lib. 1.* [4] *Nic. Harpsfeld. Alan. Cop. dialog. 6 cap. 11.*

tholici

tholici regis Gallorum, perstrictum ut Papisticum à [1] Protestantibus jurisconsultis adversario scripto; nequis vel autorem, tanquam iniquiorem erga Pontificios, vel opus suspectum habeat. In ejus [2] præfatione, postquam docuisset totum jus canonicum contineri veterum patrum sententiis à Gratiano collectis, quarum volumen inscribitur titulo *Decretorum*, & variorum Pontificum Romanorum epistolis, quæ *Decretales* dicuntur: affirmat nullum esse *Decretorum* libro utiliorem in hoc genere, quamvis nonnihil in eo desiderent eruditi. Libris autem quinque prioribus *Decretalium*, quos Gregorius nonus edidit, inesse adeò multa, quæ à disciplina prisca, comprehensa libro Decretorum, multum degenerent: ut hinc natum sit illud apud Gallos tritum ac vulgò jactatum, *Malè cum rebus humanis actum esse, ex quo Decretis alæ accesserunt.* Quippe causas ecclesiasticas antiquam simplicitatem priùs amisisse, quàm Decretales epistolæ à Pontificibus scriberentur ad consulentes de jure: ut in deterius fere prolabuntur humana, & in pejus ruunt. Decretalium verò *sextum*, quem adjecit Bonifacius Octavus, ideo in

[1] *Respons. Christianæ jurisconsultor. ad Duaren. comment. de minist. eccles. ac benefic.*

[2] *In qua de universo jure Pontificio, ac de instituto autoris differitur.*

Francia

Francia receptum non fuisse, quòd pleræque ipsius constitutiones crederentur in odium Francorum regis editæ, & ad Romanæ aulæ quæstum excogitatæ. Nec ceteros his præstare, qui à Clemente Quinto & aliis promulgati, sub *Clementinarum* & *Extravagantium* nomine, locum postremum Decretalium occupant: immo posteriores Pontificum sanctiones esse plerunque prioribus pejores. En cujusmodi sit canonici juris corpus, Duareno judice, qualésq; Papæ leges, quibus Ecclesia Romana suos regit: & quidem ita regit, ut [a] plus autoritatis deferat Decretalibus, quæ impuriores sunt, Decretis autem contra, quæ puriora, minus. Quid, quòd in Decretorum item volumine, quantumvis præstantissima ejusdem juris parte, [b] Gratianus docuit, Decretales epistolas pro sacrosanctis haberi, & inter canonicas Scripturas numerari debere. Quam ad rem suadendam turpiter corrupit sententiam quandam [c] Augustini: ac ista impostura labefecit [5] regni Latinorum cardines. Sed

[a] *Paul. Lancellot. tom. 1. instit. juris canon. lib. 3.*

[b] *Rubric. cap. in canonicis. dist. 19.* Inter canonicas Scripturas Decretales epistolas connumerantur.

[c] *De doctrina christ. lib. 2. cap. 8.*

[5] *Romana ecclesia Cardinales, Turrecrematam & Caietanum: qui eandem sancti Augustini sententiam, existimati recte citatam à Gratiano, ut forunt ut authenticam, ad principatum regis sui stabiliendum. Turrecremat. lib. 4. summæ de ecclesia, part. 2. cap. 9. Caietan. de primatu Romanæ Ecclesiæ cap. 14. Apud Alfonsum de Castro, adversus hæres. lib. 1. cap. 2.*

[d] minores

[a] *Alfons. Cast. ibid. Fran. Pic. Mirand. de fide & ord. credend. theorem. 15. Andrad. defens. fid. Trident. lib. 3. Canus, de locis theolog. lib. 5. cap. 5. Quibus jam accessit Gregorii morum etiam censorum obelisc. in nova editione juris canonici.*

[b] *Proem. in libros sextum Decretalium.*

[c] 2. Tim. 3. 17.

[a] minores theologi perperam citatum ab eo Augustini locum annotârunt, reprehenderuntq; . Ita Decretales è Scripturarum canone, ut Phaethon è Solis curru, exciderunt. Veruntamen, quod obliqua hac via non successit, directiore aggressus est [b] Bonifacius Octavus: aiens *se quinque libris Decretalium sextum addidisse, ut volumen, senarium (qui numerus est perfectus) librorum numerum comprehendens, perfectam in rebus agendis formam tribuat, & in moribus disciplinam.* Quo perfectionis symbolo & elogio quàm pravè Decretales æquet canonicis Scripturis, ideo datis, [c] *ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus:* audiamus testem Duareno ætate ac auctoritate majorem, sanctum Bernardum. Is Eugenium Tertium, quum in herba esset hæc canonistica seges, nec Decretalium libri quinque, nedum sextus ad aulæ Romanæ quæstum excogitatus, adhuc extarent; Eugenium ergo ad sacrum canonem inde revocans: [g] *Quotidie, inquit, perstrepant in palatio leges, sed Justiniani, non Domini. Justène istud? Tu videris. Nam certè* [h] *lex Domini immaculata, convertens animas. Hæc autem non tam leges quàm lites*

[g] *De consider. ad Eugen. lib. 1. cap. 4.*

[h] Psal. 19. 8.

sunt

sunt & cavillationes, subvertentes judicium. Quin etiam, quasi formula è Justiniani legibus ad ecclesiasticas causas tractandas tum translata deterior esset Justinianea, [i] Bernardus ait *modum, in ea re frequentatum, exsecrabilem planè esse, & qui non dico ecclesiam, sed nec forum deceret: per advocatorum scilicet disputationes & verborum pugnas, quæ magis ad subvertendam quàm ad inveniendam veritatem profitentur; per ultiones struentium calumnias innocentiæ, destruentium simplicitatem veritatis, obstruentium judicii vias; per frustratorias dilationes, per appellationes iniquas,* similiáq; malitiæ potiùs fomenta, quam instrumenta justitiæ. Nec tamen aut Bernardi ævo nata fuerant omnia canonici juris errata, quibus opponi meruit [k] *Lex Domini immaculata, convertens animas*: aut Bernardus omnia, quæ nata fuerant, vidit; immo quosdam pravos canones rectos censuit, & imprudens ova basiliski fovit. Nondum Pontificia lege [l] permittebatur marito absque uxoris assensu peregrinari Jerosolymam usque: quod immaculata lege Domini vetantis, [m] ne fraudent alter alterum, nisi quid ex consensu ad tempus, ut jejunio & precibus vacent,

[a] Quo tempore conscripsum sunt Decretales epistolæ, causæ ecclesiasticæ antiquam simplicitatem jam amiserant, erantq; hujusmodi, ut ad eas dirimendas ac definiendas jurisconsulti & pragmatici adhiberentur. Duaren. de sacr. eccles. minist. præfat. in quæ de universo jure Pontificio ac de instituta autoris disserunt.

[i] De consid. ad Eugen. lib. 1. cap. 10. & lib. 3. cap. 2.

[k] Psal. 18. 8.

[l] Cap. ex multa, §. in tantæ. extra. de voto & voti redemp.

[m] 1. Cor. 7. 5.

yacent, interdicunt. Nondum Pontificia lege [a] jubebantur adulti omnes utriusque sexus fideles omnia sua peccata, saltem semel in anno, fideliter confiteri propriis sacerdotibus: quod immaculata lege Domini nolentis ex [b] voluntario cultu, & opere cui [c] nemo satisfacere potest, [d] laqueum conscientiis injici, condemnatur. Nondum Pontificia lege [e] celebrandus indicebatur Romæ quinquagesimo quoque anno Jubilæus ex ritu legis Mosaicæ: quod immaculata lege Domini docentis [f] Jubilæum typum fuisse [g] Christi venturi, & [h] à Christo nos excidere qui ad talia elementa [i] umbrásq; recurrunt, exploditur. Nondum Pontificia lege [k] dicebatur dies festus beatæ Virginis conceptioni, tanquam puræ ab omni originalis peccati macula & labe: quam aliter se habere pronunciavit [l] Bernardus ex [m] divina lege; atque inde soli beatæ Virginis Filio, Christo, immaculatam conceptionem attribuit. Deniq; nondum scripta erat Decretalis, qua [n] Pon-

[a] Cap. omnis. extra. de pœnitentiis & remissionibus.
[b] Coloss. 2. 23.
[c] Psal. 39. 13.
[d] 1. Cor. 7. 35.
[e] Cap. imprimis. extra. eod. tit. de pœnitentiis & remissionibus.
[f] Levit. 25. 8.
[g] Luc. 4. 19.
[h] Gal. 4. 9.
[i] Col. 2. 17.
[k] Cap. grave nimis. extra. eod. tit. de relig. & venerat. sanctor.
[l] Epist. 174. ad Canonicos Lugdunenses.
[m] Solus Dominus Jesus de Spiritu sancto conceptus: quia solus & ante conceptum sanctus. Quo excepto, de cetero universos respexit ex Adam natos, quod unus humiliter de seipso ac veraciter confitetur: In iniquitatibus inquiens, conceptus sum; & in peccatis concepit me mater mea. Psal. 50. ut Bernardus è veteri vulgata Latina editione citat. Hebr. Psal. 51. 7.
[n] Cap. per venerabilem. extra. qui filii sint legitimi.

tifex,

tifex civilem super quasvis gentes jurisdictionem ad se, in difficilibus & ambiguis causis, pertinere asserit, ex adulterino sensu affecto verbis [b] Deuteronomii: quod [c] Bernardus etiam, è rectiùs explicata doctrina Domini, refellit; [d] *Quis me constituit judicem? ait ille* [e] *magister*; [f] *neque imminutor est dignitatis discipulus, si non vult esse major* [g] *eo qui se misit*. Multa verò istis similia, pejoráve, fuerunt pro canonibus ante Bernardi seculum recepta, & à Pontificibus, vel saltem sub Pontificum nomine promulgata: exempli gratia, primò, [h] episcopis, presbyteris, diaconis matrimonio frui nefas esse; tum, [i] aquam benedictam, consperſam sale, adhibendam ad sanctificandos homines, fraudésq; dæmonum arcendas; [k] chrisma novum quotannis in cœna Domini conficiendum ad usum novi sacramenti, & cremandum vetus; [l] festum inventionis crucis mense Maio solenniter celebrandum; postremò, [m] Christum beato æternæ vitæ clavigero terreni simul & cœlestis imperii jura commisisse. Hæc enim cuncta redarguit lex Domini immaculata: ultimum, quia Petro [n] *claves regni cœlorum* dedit, non terrarum; primum,

[b] Deut. 17. 8.
[c] *De consideratione, ad Eugen. lib. 1. cap. 6.*
[d] Luc. 12. 14.
[e] Joh. 13. 13.
[f] Matt. 10. 25.
[g] Joh. 20. 21.
[h] *Cap. plerumque sacerdotes. cap. quia aliquanti. dist. 82. ex epist. 1. Siricii Papæ ad Himerium, cap. 7.*
[i] *Cap. aquam sale. de consecrat. dist. 3. ex Alexandri Papæ I. epist. 1. cap. 5.*
[k] *Cap. literis. ibidem: ex Fabiani Papæ 1. epist. 2.*
[l] *Cap. crucis. ibidem: ex Eusebii Papæ (cujus tempore crux reperta non fuit) epist. 3.*
[m] *Cap. omnes. dist. 22. ex epist. Nicolai Papæ II. ad Mediolanenses.*
[n] Matt. 16. 19.

quia præcipit, [o] *Uxori vir debitam benevolentiam reddito*, & [p] *torum impollutum* asserit; media, quia ritus sunt inaniores iis de quibus scriptum est, [q] *Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid ut viventes in mundo* [s] *decretis oneramini? ne attigeris, neque gustaveris, neque contrectaveris.* Ceterùm Bernardus nec improbavit primum [r] fortassis, certè media; ut qui Pontificios canones observari oportere [t] crederet: & extremum ampliùs firmasse videtur, quàm instituit, [u] dicendo Papæ Eugenio; *Juxta canones tuos, alii in partem solicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es.* Nam utcunque hoc ille de sola spirituali autoritate dixit, ceteris episcopis suum cuique gregem, Papæ autem cunctos committens & greges, & episcopos, ex phrasi [x] canonis [y] Leonini: prudentior tamen [z] Pontifex, haud ita multo pòst,

[o] 1. Cor. 7. 3.
[p] Heb. 13. 4.
[q] Col. 2. 20.
[s] δογματίζεσθε.
[r] Sermon. 66. super Cant.
[t] Lib. de præcepto & dispensat. cap. 3. & 4.
[u] De consider. ad Eugen. lib. 2. cap. 8.
[x] Cap. multum. 3. quæst. 6.
[y] Leonis 1. epist. 84. ad Anastasium.
[z] Innocentius Tertius, egregium ad fœdus suum accommodatur legis quam Deus de fœde Pontificis Judæorum tulit, Deut. 17. 8.

Sanè, *inquiens*, quum Deuteronomium lex secúda interpretetur, (Δευτερονόμιον, vocat Græcum, hoc Latinè significare dicit;) ex vi vocabuli comprobatur, ut quod ibi decernitur, in novo Testamento debeat observari. Locus enim, quem elegit Dominus, Apostolica sedes esse dignoscitur: & cetera, quibus coronidis loco tandem subjicit; Paulus etiam, ut plenitudinem potestatis exponeret, ad Corinthios scribens, ait; Nescitis quoniam angelos judicabitis, quanto magis sæcularia? *E sexti capitis prima epistola ad Corinthios versibus secundo, tertio, quarto sic argutatus:* Laici fideles arbitri esse possunt civilium litium inter suos; Romanus ergo episcopus plenâ habet in talibus causis potestatem super omnes gentes & Principes orbis terræ.

[a] seipsum

ſeipſum ſupra reges quoque in cauſis ſecularibus extulit ſub eodem adeò magnifico *plenitudinis poteſtatis* titulo, è ſententia Pauli, citata non minùs dexterè quàm Deuteronomium erat. Ac iſto pacto ad ſummum tyrannidis demum apicem, velut [a] iniquitate Amoræi completa, pervênit jus canonicum: cujus nervis Papa (quod unum ſupereſt declarandum) non populi Dei ſalutem, ſed ſuam Curiæque ſuæ opulentiam, potentiam, ſplendorem quærit & procurat.

[7] Cap. per venerabilem. extra. qui filii ſint legitimi.

[a] Gen. 15. 16.

41 Hæc verò quali æſtu, quo ardore hodie faciat [a] hirudo, inſtinctu ambitionis atque avaritiæ, veluti duarum ſuarum filiarum clamantium, *præbe, præbe,* conjiciemus meliùs: ſi præſentem Papatus conditionem & ſtatum effrenationem cum moderatiore Bernardi tempore conferamus.

[a] Prov. 30. 15.

[b] Is enim, præoccupans objectionē Eugenii, *Nec mihi nunc opponas Apoſtoli vocem, qua ait,* [c] *Quum eſſem liber ex omnibus, omnium ſervum me feci: Longè eſt iſtud à te,* inquit. *Nunquid hac ille ſervitute hominibus inſervichat in acquiſitione turpis quæſtus? Nunquid ad eum de toto orbe confluebant ambitioſi, avari, ſimoniaci, ſacrilegi, concubinarii,*

[b] De conſid. ad Eugen. lib. 3. cap. 4.

[c] 1. Cor. 9. 19.

incestuosi, & quæque istiusmodi monstra hominum, ut ipsius Apostolica autoritate vel obtinerent honores ecclesiasticos, vel retinerent? Quorum autem initia Papam tum ab hominibus Christo Apostolicè lucrifaciendis ad augendum sibi pecuniæ lucrum avertebant, & ex *servo servorum* Dei, ut [1] se inscribit, servum servorum Satanæ reddebant: eorum incrementa deinceps, ubi ventum est ad regulas *Cameræ Apostolicæ, Cancellariæ Apostolicæ, Pœnitentiariæ Apostolicæ*, & [2] apostolica omnia, sed non ut Petri & Pauli apostolorum Christi, [d] hominem peccati ad omnes Petri & Pauli regulas perrumpendas præcipitem egerunt. Nam dissimilis ipse pastorum, quales gregibus Christianis præesse voluerunt [3] illi, non modò præfecit dissimillimos, sed dissimillimè confirmavit in commisso sibi per alios officio: & posthabita cura [e] bonæ conscientiæ, [f] præclari depositi, [g] eloquiorum Dei, Christum Judæis instar Iscariotæ, [h] *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* [i] sermonis Christi multiplice violatione prodidit vendidit-que. [k] Pecuniam offerentibus, vel solven-

[1] *Solemni formula, in Bullis:* P. episcopus, servus servorum Dei.

[2] Istiusmodi pseudapostoli, operarii dolosi sunt, trāsfigurantes se in Apostolos Christi. 2. *Cor.* 11. 13.

[d] 2. Thess. 2. 3.

[3] Oportet episcopum irreprehensum esse, non facientem turpem quæstū. 1. *Tim.* 3. 3. Presbyteros precor, pascite dei gregem, non affectantes lucrum turpiter. 1. *Pet.* 5. 2.

[e] 1. Tim. 1. 19.

[f] 2. Tim. 1. 14.

[g] 1. Pet. 4. 11.

[h] Matt. 26. 15. [i] Col. 3. 16. [k] Act. 8. 18.

tibus

tibus potiùs quum [k] exactor posceret, addixit donum [l] Spiritus sancti, nempe munus pascendi gregem Christi, per [m] provisiones, reservationes, expectativas gratias, mandata, uniones, commendas, coadjutorias, devolutiones, prævent[i]ones, permutationes, & translationes, cum [n] horribili plurimarum Ecclesiarum incommodo. [o] Argentum & aurum multorum concupiscens, [p] archiepiscopum neminem esse pati voluit, nisi qui novum ab ipso pallium susceperisset: [q] nec cuiquam pallium nisi [r] magno emtum, quanquam & è [s] lana vili confectum, & gratis ab anderatæ & tolerabiles forent, retinerent usum; siquæ graves & immodicæ, tollerentur. Sed morte occupatus, proposito ludus est. *Onuphr. in vita Adriani VI. append. ad Platinam de vitis Pontificum.*

[k] Adrianus Papa VI. destinaverat, adhibitis theologis & jurisperitis Romanæ curiæ, discutere leges *compositionum*, ut vocant, ad quas Datarius ab his, quibus quid Pontifex indulget, aliquid subsidii nummarii in necessitates Pontificias de more exigit: ut siquæ mo-

[l] Act. 20. 28. [m] *Cap. cùm ex illo. cap. inter. & sequentib. extra. de translat. episcopi. cap. ſi duobus. Clement. ut lite pendente. cap. execrabilis. extravag. Johann. XXII. cap. ex debito. extravag. commun. de elect. cap. ad Romani. extravag. commun. de præbend. & dignitat. Practica Cancellariæ Apost. regula 2. 3. sequentib. Ludov. Gomes. & Petr. Rebuff. in praxi beneficiorum.* [n] *Henric. III. & universit. regn. Anglor. epist. ad Innocentium IV. in Synodo Lugdunensi: apud Matthæum Parisium anno Dom. 1245. Leges regni Anglicani, anno 25. Edward. III. cap de provisoribus: & ann. 3. Henr. V. cap. 4. Onuphr. in vita Adriani VI. append. ad Plat. de vitis Pont.* [o] Act. 20. 33. [p] *Cap. ad hæc. cap. nisi specialis. extra. de auctorit. & usu pallii.* [q] *Synodus Basil. sess. 21. Onuphrius, in Pontificib. Rom. & Cardinalib. de Synodo Basileensi. Synodus Lateran. sub Leone X. sess. 11.* [r] Pallium illud constare dicitur triginta fere millibus aureorum, antequam domum perferatur: *inquit Sleidanus [comment. lib. 13.] de archiepiscopi Moguntini pallio.* [s] *Sacr. ceremon. Rom. Ecclesiæ lib. 1. sect. 10. cap. de pallio.*

tiquis [r] Papis dari jussum, mittere consuevit. Ab [s] episcopis omnibus, & plerisque aliis beneficium ullum ecclesiasticum pluris viginti quatuor aureis æstimatum adeptis, extorsit, non cujusmodi frustula carnis [t] filii sacerdotis Eli, quamvis debita quodammodo, magno tamen dedecore suo, sed annatas: hoc est, unius anni dimidium, quando minimum, ex optimis autem integrum vectigal & proventum. [x] Idem annatarum genus exegit, quum sacerdotia plura uni concessit, ut ea fieret privati commodi copulatio, quæ publici est disjunctio: quum indulsit cuipiam, ut cũ episcopatu cœnobióve minora sacerdotia retineret: quum potestatem fecit ut retineret quis sacerdotium, quod principio capere per leges nequiverat: & quum sexcenta hujusmodi alia peregit. Causas ecclesiasticas, ab illis optimè cognoscendas, quos [y] ut sibi ipsis & universo gregi, [z] qui penes ipsos erat, attenderent, constituerat Spiritus sanctus [6] episcopos & inspectores quasi dicas, [7] alienarum rerum inspector,

[r] Gregor. 1. epistolar. lib. 4. cap. 99. ad Johannem Corinthior. episcopũ, cap. novit, dist. 100. Platina de vitis Pont. in Leone II.

[s] Platina de vitis Pont. in Bonifacio IX. Polydor. Virgil. de inventorib. rer. lib. 8. cap. 2. Leges regni Angliæ, anno 6. Henr. IV. cap. 1. Æn. Sylvius, epist. ad Mertinum Meyer, inscript. de motibus Germaniæ. Albertus Krantzius, Wandaliæ lib. 13. cap. 3. Concordat. Leonis X. cum Francisco I. rege Gallorum. Duaren. de sacr. eccles. minist. lib. 6. cap. 3.

[t] 1. Sam. 2. 12.

[x] Polydor. Virgil. de inventorib. rer. lib. 8. cap. 2. [y] Act. 20. 28. [z] 1. Pet. 5. 2. [6] ἐπισκόπους. Act. 20. 28. ἐπισκοποῦντες, 1. Pet. 5. 2. [7] ἀλλοτριεπισκόπους. 1. Pet. 4. 15.

modò

modò [a] Romam (ubi [b] testes idonei, præsertim è longinquis locis, adhiberi qui poterant?) avocavit sub [g] anulo piscatoris: modò per [9] legatos à latere suo missos, & similes administros, fumosiore mundi fastu, quàm [c] olim eadem falx in messem alienam cœpta immitti præ se tulit, sibi dijudicandas & decidendas sumsit. Presbyteros clericósque inferioris gradus, quos [d] antiquæ synodi, si ad Papam à suis episcopis provocarent, excommunicandos censebant velut [1] improbos, ad se refugere [e] sivit: quin etiam incitavit,

[a] *Statut. regni Angl. anno 38. Edward. III. Conc. Tridenc. sess. 24. de reformat. cap. 20.*

[b] *1. Tim. 5. 19. Conc. African. cap. 105. epist. ad Cœlestinum Papam.*

[g] *Sigillum suum hoc nomine Papa condecorat, ut piscatorio Petri locum se tenere ac succedere esse intelligat.*

suat. Sed illum Christus hominum piscatorem *facit* ; [*Matth. 4. 19.*] *in illum autem quadrat quod retiario contra murmillonem pugnanti cantari solitum ait Festus* ; Non te peto, piscem peto. [9] Legati sedis Apostolicæ ita in provinciis interdum debacchantur, ac si ad Ecclesiam flagellandam egressus sit Satan à facie Domini. Concutiunt angulos domus, ut prosternant filios & filias ejus, qui languores & dolores animarum curavit in cruce. *Johannes Sarisberiensis, Carnotensis episcopus, polycrat. de nugis curialium, lib. 5. cap. 16.* [c] *Concil. Afric. cap. 105. epist. ad Cœlestinum Papam.* [d] *Concil. Milevitan. can. 22. Conc. African. can. 92.* [1] Presbyterorum & sequentium clericorum improba refugia (sicuti & dignum est) repellat sanctitas tua: quia & nulla patrum definitione hoc Ecclesiæ Africanæ derogatum est; & decreta Nicæna', sive inferioris gradus clericos, sive ipsos episcopos, suis Metropolitanis apertissimè commiserunt. *Conc. African. epist. ad Papam Cœlestinum, circa Romanæ epistolam.* [e] *Bernard. de consid. ad Eugen. lib. 3. cap. 2. Cap. sequis vestrum. cap. sequis fuaverit. cap. ad Romanam. 2. q. 6. et Isidori Mercatoris seu Peccatoris epistolæ, sub nomine Sixti Primi, Victoris, & Zephyrini, retentis episcoporum Romanorum editis.*

falsato synodi canone, tanquam permittente ut appellarent eum, quem ne appellarent, canone de industria sancito synodus interdixerat. Alios, quos [f] excubiæ proprio-rum ductorū meliùs adversus [g] rugientis leonis impetum defendissent, [h] subtraxit ab eorum jurisdictione: atque impunitate, illecebra peccandi, ad luxum, insolentiam, nequitiam instigavit. Christianorum omnium atrociores quasdam offensas & delicta [i] suo peculiari judicio reservavit; ne resipiscentes quidem permittens eis absolvendos, quibus [k] Christus in Petro, & æquè ac Petro dixit, remissum iri in cælo, quod in terra remitterent. Censu-

[a] *In Gratiani Decreto* [2. q. 6.] *ad Milevitani concilii canonem de presbyteris & inferioribus clericis, ne si ad transmarina judicia provocaverint, à nullo intra Africam in cōmunione suscipiantur, adjecta etiā hac exceptione: Nisi forte Romanam sedem appellaverint. Quem ad locum emendatores Gregoriani notant*; Hæc in antiquis codicibus scribuntur tanquā Gratiani verba: & ad hanc sententiam demonstrandam affert sequens caput ex concilio Sardicensi. *Ita Gratianum, ne falsarium fateamur, fecisse impium. Et enim caput sequens Sardicensis concilii ne commemorat quidem talem exceptionem, & inferiorum clericorum appellationes modum eas jure permissas esse demonstrat. Sed Gratianus post eam exceptionem subjecit*; Is autem qui appellaverit, ad eum, à quo appellavit, remitti non debet: *& ad hanc sententiam demonstrandam affert Concilii Sardicensis caput quod sequitur. Exceptionem vero attexuisse canoni Milevitano videtur, ut inde confirmaret receptam jam Pontificis jurisdictionem, situs antea Decretales item ejus epistolas canonicis Scripturis adæquare studuit falsando locum Augustini, cap. in canonicis dist. 19.* [b] Heb. 13. 17. [c] 1. Pet. 5. 8. [d] Bernard. de consid. ad Eugen. lib. 3. cap. 4. Onuphr. in vita Adriani VI. apprad. ad Platinam de vitis Pont. [e] Cap. si dominus 1. extravag. commun. de pœnitent. & remiss. Paulus III. in Bulla cœnæ Domini, Concil. Trident. sess. 14. de pœnitent. cap. 3. [f] Matth. 16. 19. Joh. 20. 21.

ræ gravissimæ [1] bipennem quasi gladium, [m] resecandis improbis à fidelium cœtu & communione destinatum, non in sceleratos homines exeruit, [n] quorum Lerna Romam ex advenis & indigenis inundare solet; non in latrones, in fures, in sicarios, quibus ut [o] Cardinalium quisque suas ædes, sic [p] ipse ecclesias asyla Romuli fecit; non in scortatores, quos ad obtinendas cleri prærogativas sic [q] prætulit conjugatis, ut [r] Glossa monstrum miretur; non in meretrices, [s] quas in stupris degere permisit, vel [t] adegit potius (tanquam leno) pendendi census necessitate; non in adulteros, [u] quorum pœnam ludicram è [x] capitali reddidit, & [3] culpam inter crimina minora

1 Psal. 149. 6.
m 1. Cor. 5. versib. 7. & 13.
n *Baptista Mant. eclog. 9. de moribus curiæ Romanæ. Silvar. lib. 1. Roma, quid insanis toties? De calamitatib. temp. lib. 3.* nulla hic arcana revelo. Sanctus ager scurris, venerabilis ara cinædis Servit, honorandæ divûm Ganymedibus ædes.

o *Æn. Sylvius Papa, hist. de Asia minori, cap. 77.* p *Cap. inter alia, extra, de immunit. eccles. Andr. Massæus, comment. in Jos. cap. 20.* q *Cap. quia circa, extra. de bigamis.* r *In idem caput, dicens;* Nota mirabile, quòd plus habet hic luxuria, quàm castitas: & versum; Nota mirabile, quòd cum eo, qui peccat, dispensatur; cum illo, qui non peccat, non dispensatur. *Nimirum hominem plures concubinas habentem initiari sacris ordinibus sinit Pontifex: cum vero, qui viduam aut secundam uxorem duxerit, non sinit. Consil. delestyr. Cæsd. exhibitum Paulo III. Laurent. Surius, comment. de rebus gestis à Pio V.* s *Franc. Sansovinus, de gubernat. regnor. & rerumpub. lib. 11. cap. de Jud. Marescall. & Soldan. Supra, in præfat. ad Academ. Quæst. §. 12. annot. marg.* t *Cap. etsi clerici, §. de adulteriis. extra. de judiciis.* u *Levit. 20. 10. L. quæstus. Cod. ad legem Juliam de adulteriis. Justinian. instit. de publicis judiciis, §. item lex.* 3 De adulteriis & aliis criminibus, quæ sunt minora, potest episcopus cum clericis post peractam pœnitentiam dispensare. *Cap. etsi clerici. extra. de judiciis.*

numeravit

numeravit; non in [7] damnatissimæ libidinis reos, [z] si clerici sint, [a] ne laicos quidem nummarios, quibus certum veniæ peccati pretium statuit, ut sciant quanti liceat impune Sodomitas æquare flagitiis vinceréque: sed [b] in principem populi sui, ac [4] suum, quem ad nutus suos morigerum non habuerit; in quasvis potestates, [c] quæ manum clerico injecerint, aut [d] usurpationi Papali restiterint; in quoscunq; laicos, [e] qui decimarū particulā remuerint solvere sacrificulo; in totos populos Christianos, [f] qui vestigiis [g] Pauli, *secundum illam viam, quam hæresin appellat* Pōtificia turba, *colunt patrium Deum, credentes omnibus quæ sunt scripta in lege & prophetis*; quos per execrandam, imanitatē & perfidiam, [h] *velut oves destinatas mactationi*, [i] absumsit exquisitis tormētis, flammis, ferro; non per se, [k] *nec enim ingressus est in prætorium ne pollueretur*, [l] sed Pilato & militibus crucifigendos tradidit; necatisq; senibus, infantibus, puellis, sine

7 Levit. 20. versib. 13. & 15.

z *Cap. cleriti. extra. de excessibus prælatorum.*

a *Taxa cameræ Apostolicæ. Claud. Espencæus, in epist. ad Tit. cap. 1.*

b *Cap. ad Apostolic. de sent. & re jud. in sexto.*

4 Romanum imperatorem exempli causa, Henricum Quartum. *Aventin. annalium Boiorum lib. 5.* Fridericum Primum. *Cuspinian. de Cæsarib. & Imperatorib. Roman. in Frider. 1. Platina de vit. Pont. in Alex. III.* Fridericum secundum. *Pandulph. Collenut. hist. Neapolit. lib. 4.*

c *Cap. si verò aliquis, extra. de sentent. excommunicat.*

d *Cap. quoniam extra. de immunit. eccles. Bulla cœnæ Domini.*

e *Cap. pervenit. cap. nuncios. extra. de decimis.*

f *Cap. ad abolendam. extra. de hæretic.*

g Act. 24. 14.

h Rom. 8. 36.

i *Histor. Angl. Scot. Gall. Ital. & inquisit. Hispan.*

k Joh. 18. 28.

l *Cap. excommunicamus, extra. de hæretic. §. damnati. §. monentur. §. catholicis.*

conditionum,

conditionum, ætatum, ſexuum diſcrimine, rivis manantibus ſanguine in Gallia, [m] cecinit *Hymen ô Hymenæe*, ac facinus Thyeſtëum barbariæ pluſquam Scythicæ pompis & tripudiis Romæ celebravit. Ne plura, (nam quis finis, ſi perſequi velim ſingula? & ex unguibus leo, quantus ſit, agnoſcitur;) ſanctiſſimas Dei leges *diſpenſationibus*, ſeu veriùs *diſſipationibus*, ut à [n] Bernardo nominantur leviorum canonum relaxationes, impiè perfregit, & quæ certiſſimè illis repugnant approbavit: ut nempe ſibi quiſpiam [o] inceſtis nuptiis conjungat [s] uxorem fratris ſui, aut [6] ſororis filiam; ut [p] imperiti, ut [q] impuri, ut [r] pueri [f] præficiantur animarum curæ; ut [t] beneficio qui fruitur, non fungatur officio; [u] diſpenſator non alat Dei familiam, [x] miniſter non obeat Dei negotium, [y] angelus non annunciet Dei voluntatem, [z] paſtor commiſſum ſibi gregem non paſcat; ut [a] ſubditi ſolvantur religione ſacramenti quo re-

[m] *Comment. de ſtatu relig. & reipub. in Gallia, lib. 10.*
[n] *De conſid. ad Eugen. lib. 3. cap. 4.*
[o] Levit. 18. verſib. 12. & 16. Levit. 20. 21.
[s] *Henricus VIII rex Angliæ, Catharinam.*
[6] *Philippus II. rex Hiſpaniæ, Annam.*
[p] *Edward. III. epiſt. ad Clemtem Papam VI. apud Thomam Walſingham, hiſt. Angl. anno Dom. 1343.*
[q] *Cap. quia circa, extra. de bigamis.*
[r] *Bernardus, epiſt. 42. ad archiep. Senon. Albertus Kranzius metropolis lib. 12 cap. 29.*
[f] 1. Tim. 3. 2.
[t] *Cap. relatum, extra. de clericis non reſident. cap. de multa. De prebend. & dignitat. cap. exetrabilis. extra. eod. Johann. XXII. eod. tit.*
[u] Luc. 12. 42.
[x] 1. Cor. 4. 1.
[y] Mal. 2. 7.
[z] Ezek. 34. 2. 1. Pet. 5. 2.
[a] *Cap. ad Apoſtolica. de ſentent. & re jud. in ſexto. Platina de vitis Pont. in Gregorio VII. Cuſpinian. de Cæſarib. & Imperat. Rom. in Friderico II. Polydor. Virgil. hiſt. Angl. lib. 15. in Johanne rege.*

gi suò obstricti sunt; ut obsequium denegent, ut vi & armis resistant, ut manus injiciant [b] uncto Domini; ut [c] fides data subditis à rege violetur, & [*] aliis itē quàm subditis; ut fiat demum quicquid uni placuerit, non obstantibus omnibus divinis humanisque; nec licentiam ejus frenare [7] possit quisquam, quin jus injuriæ, cœlum terræ, per fas & nefas misceat.

42 Quid, quòd in exequenda hac potestatis plenitudine, ad [d] profanationem sanctuarii Dei, tam abominabilis & intoleranda fuit [e] belluæ tyrannis: ut è cunctis gentibus viri præstantissimi, partim deploraverint miseriam servitutis suæ; partim eam reddere leviorem saltem, si non exuere, conati sint; & frustra se conatos, sub Papatu, doluerint. Nec enim solùm [f] gravamina centum Germaniæ, ac [g] libellus

[b] 1. Sam. 26. versib. 9. & 11.

[c] *Conc. Constantiens. sess. 19. cap.* quòd non obstantibus salvis conductibus. *Cochlæus, hist. Hussitar. lib. 2. Martinus Papa V. epist. ad Alexandrum, Lituaniæ ducem:* Scito te peccare mortaliter, si servabis fidem datam hæreticis. *Ejusdem historiæ lib. 5.*

[*] Jos. 9. 19.

[7] *In synodo Lateranensi sub Leone X. [sess. 10.] Stephanus, Patracensis archiepiscopus, dixit,* potestatem omnē esse in Papa supra omnes potestates tam cœli, quàm terræ. *Gnatho. Sed Papa ipse [ibid. sess. 11.] affirmat,* potestatem sibi supra concilia, *adest, supra omnes spirituales potestates in terra,* datam esse. *Et Papa ipse [sacrarum ceremoniar. Romanæ Ecclesiæ lib. 1. sect. 7.] affirmat,* potestatem summam temporalem à Christo Pontifici, ejus in terris vicario, collatam esse, juxta illud; [Matth. 28. 18.] Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

[d] Dan. 11. 31. [e] Dan. 7. 7. & 8. 9.

[f] *Exhibita legato Adriani Papæ VI. anno Dom. 1523. Sleidan. comment. lib. 4.*

[g] *Pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ adversus Romanam aulam defensio Parisiensis curiæ, Ludovico XI. Gallorum regi oblata.*

supplex

ſupplex Pariſienſis curiæ, [h] apologique Eccleſiæ Anglicanæ pondus impoſitorum ſibi à Pontifice onerum gemuerunt: ſed & ex eiſdem, & ex aliarum nationum populis, ex Italis, ex Hiſpanis, ex Belgis, ex Hibernis, Luſitanis, Polonis, Hungaris, Illyricis, homines devotiſſimi Pontificio regno, quidam etiam ipſi regnantes, itidem queſti ſunt. [i] Baptiſta Mantuanus, Carmelita, ſcripſit: *Venalia nobis Templa, ſacerdotes, altaria, ſacra, corona, Ignes, thura, preces, cœlum eſt venale, Deúſq;.* [k] Onuphrius Veronenſis, Auguſtinianus: *Per reſervas, acceſſus, regreſſus, coadjutorias, & id genus alia Romani aucupii neſcio quo nomine appellata retia, ad opimas ſacerdotia obrepſerunt plurimi probroſi ineptiq;, qui pecunium haberent; qua nihil non parare eſt, maximè Roma.* [l] Franciſcus Victoria, Salmanticenſis præfectus cathedræ: *Videmus quotidie à Romana curia tam largas, immo omnino diſſolutas diſpenſationes profectas, ut orbis ferre non poſſit; nec ſolùm in ſcandalum puſillorum, ſed majorum: nullus diſpenſationem quærit, quin obtineat; & Romæ ſunt expectantes an quis velit petere diſpenſationem omnium, quæ legibus ſancita ſunt; omnes, qui petunt*

[h] *Johann. Juell. apolog. Eccleſ. Anglic. & ejus def. cenſ. part. 6.*

[i] *De calamitat. temp. lib. 3.*

[k] *In vita Adriani VI. append. ad Platinam de vitis Pont.*

[l] *Relect. 4. de poteſtate Papæ & concilii: propoſit. 6. & 12.*

petum afferunt. Ruardus [m] Tappenus, Cancellarius Lovaniensis: *Abusus Romanæ curiæ inexcusabiles agnosci oportere: totum Ecclesiæ corpus contaminatum lapsu disciplinæ: venalia esse omnia per monstrosas provisiones, regressus, & retrogressus; per commendationes abbatiarum & episcopatuum; per dispensationes super pluralitate beneficiorum, & super aliis plurimis, super quibus* * *nec Christus ipse dispensare posset.* Denique, ut omittam [n] Durandum, [o] Clemangium, [p] Genebrardum, [q] Budæum, [r] Cardinalem Aliacensem, innumerabiles alios, quorum multi [s] catalogo jam dudum edito recensentur; tùm [t] Adrianus Papa Sextus, *Scimus*, inquit, *in hac sancta sede, aliquot jam annis, multa abominanda fuisse, abusus in spiritualibus, excessus in mandatis, & omnia in perversum mutata*: tùm [u] synodus Tridentina, (è [x] flore Papistarum omnium sub cœlo collecta,) cautiùs quidem, *præsidentibus Apostolicæ sedis legatis*, sed perspicuè ta-

[m] Orat. 10. sbeolog. habita anno Dom. 1552. quum ex concilio Tridentino revertebatur.

* 2. Tim. 1. 13.

[n] Tract. de modo celebrandi generalia concilia.

[o] Lib. de corrupto ecclesiæ statu.

[p] Chronograph. lib. 4. in Leone X. (quem autorem facinoris abrogatæ in Gallis pragmaticæ sanctionis appellat:) anno Dom. 1515. & 1516.

[q] De asse. lib. 5.

[r] Petr. Aliac. de emendatione ecclesiæ.

[s] Catalogo testium veritatis, qui ante nostram ætatem Pontifici Romano atque Papismi erroribus reclamarunt: *auctiore nuper edito à Simone Goulartio Silvanectino, quàm prius fuerat ab Illyrico.*

[t] Legatis Adriani Papæ VI. ad conventum Norembergæ anno Dom. 1522. *in Francisci Cheregati instructione.*

[u] Sess. 6. de reformat. cap. 1.

[x] Prælatis variarum gentium quatuordecim, per se, aut procuratores suos: quorum nomina in Synodi calce subtexuntur.

men

men id ipsum in summa innuit, quando *Ecclesiasticam disciplinam admodum collapsam esse* asseverat. Coactū est concilium, superiore seculo, in urbe Constantiensi, [a] *ad reformationem generalem Ecclesiæ in capite & in membris*. Res Constantiæ non perfecta, [x] susceptā rursum est Basileæ. Sed Eugenius Papa Quartus nec capitis, nec membrorum omnium reformationem tulit: eóque synodum Basileensem & verbis [y] revocavit, & [z] dissipavit armis. Sanctionem pragmaticam, ex ejusem synodi decretis in Gallia stabilitam, [a] nunquam quieverunt Eugenii successores quoad evertissent. De concilio Tridentino, rem tam apertè fatente, spes restabat ultima: & complura quidem [b] ibi rectè decreta sunt de reformatione. Sed tres malorum labes perstrictæ ab [c] Herveto (Papista, [d] quo est gravius contra Papistas ejus testimonium) antiquas renovant corruptelas: prima, quòd *quæ rectè fuerant decreta, nequaquā* servarentur: altera, quòd tametsi serventur, *non sint ejusmodi, quæ restituant priscos mores in integrum*: postrema, quòd ut priscos fingantur

[a] *Conc. Constantiens. sess. 4.*
[x] *Conc. Basil. sess. 2. & 3.*
[y] *Liter. revocat. contra illi Basil. & Bulla translat. ejusdē concil. ad urbē Ferrar. in appendice conc. Basil.*
[z] *Platina de vitis Pont. in Eugenio IV. Onuphr. in Pontificib. Rom. & Cardinalib.*
[a] *Pius II. (qui Æneas Silvius) epist. 375. ad Carolum regem Franciæ. Concilium Lateran. sub Leone X. sess 11. Duarenus de sacr. eccles. ministr. lib. 5. cap. 11.*
[b] *Sess. 5. cap. 1. sess. 21. cap. 2. sess. 23. cap. 16. sess. 24. cap. 17. 18. & 19. sess. 25. cap. 3.*
[c] *Gentian. Hervet. lib. de reparanda ecclesiastica disciplina.*
[d] *Tit. 1. 12.*

mores

mores restituere, tamen *parum prosint, quia Pontifex Romanus & solvitur ipse legibus, & quos libet solvit*; ut remediis potiùs exulcerentur affectæ partes, quàm sanentur, quum emplastra canonum dispensationibus tollèdi & corrumpendi reservetur tali chirurgo licentia. Nimirum illa clausula, [a] quæ reformationis decretis omnibus annectitur, *Salva semper autoritate sedis Apostolicæ*, ostendit valetudinem Ecclesiæ Romanæ non afflictam solùm, sed etiam deploratam esse. Namque sicut [f] reliquum corpus extenuatur, & vitiosis humoribus infectum contabescit, liene augescente: ita, quanto sedis istius [l] Apostaticæ autoritas plus valebit, tanto incolumitas cœtus, in quo crescit, minor est futura.

[a] *Conc. Trident. sess. 7. de reformat. in principio: & sess. 25. de reformat. cap. 21.*

[f] *Hippocrat. de locis in homine. Galen. de naturalib. facultat. lib. 2. cap. 9.*

[l] Ἀποστατικὴν τὴν τῆς ἐκκλησίας, *2. Thess. 2. v. 3.*

[5] *Romana gravi maculata veneno Curia, quæ terras spargit contagia in omnes.* Quapropter, ut ad exitum tandem veniatur, quum argumentis clarissimis demonstratum sit, neque fidem Christi orthodoxè tradi ab Ecclesia Romana, neque sacramenta rite celebrari, neque preces fundi religiosè ac piè, neque disciplinam sanctè exerceri: ex effectis itidem, ut ex causis, liquet, Romanam Ecclesiam non esse

[5] *Baptista Mantuan. Fastor. lib. 4. cap. de sanctis Leonib. ad Leon. X.*

esse sanum membrum Ecclesiæ catholicæ. Quanto absurdius censerentur catholica? Romana igitur Ecclesia nec catholica est, nec sanum membrum catholicæ.

43 Longiùs in altum me provexit ista thesis, quàm statueram: sed tanto expeditiùs jam in portum quasi ultimæ appellam. Siquidem intellectis Ecclesiæ Romanæ morbis pestiferis, quorum contagio, quoniam, velut [h] plaga lepræ, periculosa est habitantibus unà, idcirco è fidelium cœtibus exterminanda est: dubitari non potest quin *Ecclesiæ reformatæ in Anglia, Scotia, Gallia, Germania, cæteris, regnis & rebus publicis, jure à Romana ipsæ se segregârint.* Id enim jure fit, quòd fit ex præscripto verbi divini: nam *omnia præcepta Dei sunt justitia*, ut canit vates regius. At reformatæ Ecclesiæ præcepto Dei paruerunt in segregatione sui à Romana. Seipsas igitur à Romana segregârunt jure: ac jure quidem optimo. Quippe quum cœtus ecclesiastici eum in finem instituti sint, ut [k] *requiramus Jehovam, ejúsque vomer celebremus*, hoc est, ut Dominum Deum nostrum cognoscamus, & cognitum colamus: se-

6. Thesis.

[h] Lev. 13. 46.

[i] Psal. 119. 172.

[k] 1. Chron. 16. versib. 8. & 11. Psal. 42. 5. & 63. 3. & 84. 5. Act. 2. 42.

cedendum nobis præcipit Spiritus sanctus à quacunque Ecclesia, quæ aut puram Dei cognitionem non tradit, aut purum cultum non exercet. Ab ea namque secedendum, quæ non tradit puram Dei cognitionem, docemur in Timotheo: cui Paulus, inter mandata servari jussa immaculatè usque ad Christi adventum, edicens ut perversos & impios doctores vitet; *Ab eis qui hujusmodi sunt secede*, inquit. *Secede ab eis qui sunt hujusmodi*: ab eorum coetu & Ecclesia secede. Nam talem secessionem in mandatis dari, Timotheum satis suo priùs exemplo erudiverat Ephesi: ubi, quum de regno Dei disseret in Judæorum synagoga, & quidam indurati malè de Domini via loquerentur apud multitudinem, *secedens ab illis, separavit discipulos*, nec synagogam ingredi voluit, in qua obtrectabatur Evangelio Christi. Secedendum autem ab ea quæ sincerè Deum non colit, docemur in Corinthiis: quibus admonitis ne se consocient cum infidelibus in externo cultus idolorum ritu; quod enim consortium justitiæ cum iniquitate? quæ communio luci cum tenebris

[1] 1. Tim. 6. vers. 14.
[m] vers. 3.
[n] vers. 5.
[o] ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων.
[o] Act. 16. 1. 2. Tim. 3. 10.
[p] 1. Tim. 1. 3. Act. 19. vers. 1.
[q] vers. 8.
[r] vers. 9.
[s] ἀπόστα ἀπ' αὐτῶν.
[t] 1. Cor. 10. 14. 2. Cor. 6. vers. 14.

bris? quæ concordia Christo cum Beliał? quæ portio fideli cum infideli? quæ consensio templo Dei cum simulacris? [1] *Quamobrem exite è medio eorum, & separamini, dicit Dominus. Separamini, dicit Dominus*: non ego dico, sed dicit Dominus. Dixit Dominus Judæis; [2] *Ne ascendatis Beth-aven*: per Hoseam quidem prophetam; sed dixit Dominus. Tametsi [3] *Beth-el* esset nomine, re [4] *Beth-aven* erat: [5] *Excelsa Aveniæ, peccatum Israelis*: itaque, *ne ascendatis Beth-aven*, dixit Dominus. Quòd si tam expresè mandavit Altissimus ut secedamus ab Ecclesiis, in quibus pura Dei, vel cognoscendi via, vel colendi ratio contaminatur impiis superstitionibus: multo igitur magis ab iis, in quibus & cognitio, & cultus Dei profanatur. At in utroque horum turpissimè peccari à Romana Ecclesia, planum superiore thesi factum est. Reformatas ergo Ecclesias in Anglia, Scotia, Gallia, Germania, & ceteris regnis rebúsque publicis, justissimè à Romana seipsas segregasse restat.

[1] 2 Cor. 6. 17.

[2] Hos. 4. 15.

[3] Domus Dei. Hos. 10. 15.

[4] Domus vanitatis. Hos. 10. 5.

[5] Hos. 10. 8.

44 Quo improbius & impudentius calumniari mihi videntur [7] Scapleotous, [8] Bristous,

[7] Demonstrat. principi. fid. doctrin. lib. 4. cap. 10.

[z] Briſtous, [a] alii Pontificii, qui noſtram à Romana ſeparationẽ ut in odium rapiant tanquam ſchiſmaticam, obiiciunt noſtris Eccleſiis, quòd *imitemur Donatiſtas*, & eorũ perfidio cum Eccleſia catholica diſſidio communicemus. Recténe: judicent [b] prophetæ, & ceteri [c] Chriſtiani. Quum præſertim liquidum ſit ex [d] Auguſtino, Donatiſtas vitio non vertiſſe catholicæ quicquam aut in ſacris, quibus Deum colebat; aut in verbo fidei, quod populo prædicabat: [e] nos autem pſeudocatholicam iſtam eccleſiam impietatis manifeſtæ, tùm in ſacris, ut idola cum Deo venerantem; tùm in verbo, ut hæreſes cum fide commiſcentem, ream peregerimus: ipſi verò noſtri correctores tradant, communionem ejus Eccleſiæ deſerendam, cujus vel in cultu divino idololatria, vel in concionibus doctrina impia fovetur: ideóque tùm [f] primarius Lovanienſium doctor catholicos epiſcopos, in quibus [g] Auguſtinum, meritò reprehendat, quòd aſſeruerint prophetas, Eliam, Eliſæum, communicaſſe ſacris Iſraelitarum, quum ea fœdarentur idolorum cultibus: tùm [h] Angloduacenſis vitilitigator

[z] Queſt. 1. Motiv. 10.
[a] Nic. Sanderus, de viſib. monarch. eccleſ. præfat. ad lect. Henr. Gravius, annot. in Auguſt. de unit. eccleſ. cap. 13. & brevic. collat. diei 3. cap. 11.
[b] 1. Cor. 14. 29
[c] 1. Cor. 10. 15
[d] Contra Parmenianum, Petilianum, Creſconium, & ceteros Donatiſtas.
[e] Confeſſ. Aug. Wirtemb. Helvet. &c. in Harmonia confeſſionum fidei. Apologia eccleſiæ Anglicanæ.
[f] Henr. Gravius, annot. in Aug. brevic. collat. diei 3. cap. 9
[g] Annot. in Auguſt. poſt collation. ad Donatiſt. cap. 20.
[h] Briſtous, Motiv. 32.

vitilitigator condemnet, quamvis immeritò, cunctos ut *sensibus orbos, immo vitâ qui vestras solum modo concieves audiunt, quoniam blasphemia in iis docentur*, ut ait: *laudantur autem ab* [1] *Irenæo, qui blasphemum colloquium ne audire quidem sustinens.* Quocirca si vel ipsi Papistarum signiferi æquè simplici oculo inspicerent omnes nostræ defensionis partes, ac Ægyptii magi universa Mosis facta intuebantur: sperarem, licet diu nobis obstiterint, ut [k] Mosi Jannes & Jambres, tamen erupturos in veram vocem tandem, [l] *Digitus Dei hic est.* Quo enim ore negare possent, nos oraculis Spiritus sancti ductos excussisse Papæ, ut Pharaonis, jugum: & è consortio Romæ, tanquam ex [m] Ægypto, [n] à populo peregrini sermonis exiisse. Fuit officium ministrorum Christi, [o] prædicare Dei verbum, prædicârunt. [p] Redarguere populi peccata, redarguerunt. [q] Afflictiones ferre, etiam ad sanguinem usque, pro Ecclesia, tulerunt. Fuit Christiani populi officium [r] audire vocem boni pastoris, audiverunt. [s] Servire domino Deo soli, servierunt. [t] Professionem fidei coram hominibus facere, fecerunt

[1] *Adversus hæres. lib. 3. cap. 4.*

[k] 2. Tim. 3. 8.

[l] Exod. 8. 19.

[m] Apoc. 11. 8.

[n] Psal. 114. 1.

[o] 2. Tim. 4. 2.

[p] Tit. 1. 13.

[q] 2. Tim. 3.

[r] Joh. 10. vers. fin. 3. 11. & 27.

[s] Matt. 4. 10.

[t] Luc. 12. 8.

runt. Si magistratibus invitis, quod apud
[a] Act. 5. 29. Gallos contigit; [a] obtemperandum erat Deo potius quam hominibus, ut Petrus & Apostoli principibus Israelis dixerunt. Si magistratibus jubentibus, quod Angliæ Deus concessit, & hoc æternum faxit quæsumus: debuimus obedire illis in Do-
[b] 2. Reg. 23. 2. mino, ut [b] sacerdotes, prophetæ, populúsque Judaicus Josiæ obsequuti sunt. Quamobrem, quum omnes Ecclesiæ reformatæ, sequutæ normam eandem quam nostrates & Galli, ne singulis insistamus, suam ab Ecclesia Romana secessionem ad divini juris canonem conformârint; non quia secesserunt, idcirco erant seditiosæ, sed fuissent sacrilegæ, nisi secessissent; nec schismaticam ipsæ dissensionem excitârunt, sed hæreticam consensionem amplexantur aliæ. A quibus utinam Christus potius audiretur, de nova Babylone, ad
[c] Jer. 51. 6. [c] antiquam typum, suis præci-
[d] Apoc. 18. 4. piens: [d] *Exite ex ea populi mi, ne participes fitis peccatorum ejus, & ex plagis ejus accipiatis.*

45 Habes, vir reverende, meam de propositis ac disceptatione hodierna tractandis

standis thesibus sententiam. In cujus explicatu tametsi longior fui, partim gravitate rerum commotus, partim auditorum patientia fretus, quàm hujusce loci consuetudo postulat: tamen consultò prætermisi multa quæ contrà solent objici, quòd ea, & commodiùs in ipso quasi campo disputationis productum iri putarem; & facilius, quàm ut digna majori præfationis labore viderentur, fugari posse scirem.

Gaudia circlibus feremnam. In cuius ex-
plicatu tanteli longior fuit, partim gra-
uitate rerum communis, partim audito-
rum patientia freus, quam breuiter lo-
ci conficiendo potuiae: tamen conflito
praecrimi multa quae contra solent ob-
ici, quod ea, & commodis in ipso quaſi
campo disputationis producendum in
putarem, & facilius, quam
ut digna maiori praeiati-
oris labore videren-
tur, ingari potis
sem.

IOHANNES RAINOLDUS,

Seminariis Anglicanis a Papa & Hispano fundatis sanam mentem.

ANni plus viginti jam sunt, fratres mei, quum Bristouum vestrum, cujus insolentiam his thesibus divulgandis cõprimere volui, [a] rogavi, si quia simili opera, modò cum censorum approbatione & autoris nomine apposito ederetur, se responsurum [b] promiserat, meo sic in lucem emisso respõderet, servanda sibi proponeret tria, nec iniqua, nec factu difficiliaz. Unum, ut concertum thesium mearum responsioni suæ integrum intexeret:

[a] *In præfatione thesium: edit. 1. M.D.LXXX.*

[b] *Quæst. 34.*

xeret : quo pateret clarius, & quid, & quemadmodum oppugnaret. Alterum, ne [c] calces (quod aiunt) contra stimulos, in perniciem suam : sed illustri luci [d] Solis justitiæ tenebras offundere cavillationibus calumniisq; pareret. Tertium, ut sibi cubi puderet eum, quod juvenem [e] Comicum non puduit, dicere, *vera vincere*, vera saltem minùs fucosè attentaret, quàm fecit in principiis suis doctrinalibus, opere pleniore verborum, quàm veritatis, Thomas Stapletonus. Hunc quippe ad refellendum [f] axioma nostrum, *sanctam Ecclesiam cœtum esse piorum, & electorum Dei*, quod verè de *catholica* ex Scripturis in Symbolo Christianæ fidei commemorata tradimus, & contrà Iemnocinari, reprobos malosq; bonis & electis misceri in Ecclesia, quod ipsimet item verè asserimus de militante, quam & Scripturæ tractant. Ceterum, quam omne verum vero consonet, atque hinc se tamen nostram sententiam confutare clamet : illud usu venire, quod proverbio dicitur, [h] *Humana pietatem, & vim negabat alveus*. Utrùm autem illud verbum, tanquam Hiempsalis in Jugurthæ pectus (ut Sallustianè de Stapletono loquar) al-

[c] Act 9.5.

[d] Mal.3.20.

[e] Terent. Phorm.act.3. scen.2.

[f] Demonstr. principiorum fid. doctr. lib.1. cap.4.

[g] Lib.eod. cap. 5.6.& 8.

[h] Plutarch. de garrulit.

[i] De bello Jugurthino.

tiùs

tius descenderit, quàm quisquam ratus erat, nescio. Certè simillima iniquitate & fraude Samuelem menm, ac Jugurtha Hiempsalem, in [1] repetiti postea operis ejusdem editionibus aggressus est. Nec enim, quod Bristous seu nequivit, seu noluit, ad singulas totius libri partes ordine, simpliciter, candidè respondit; ut aperta errorum suorum confessione, defensionéve infirma, doctrinam sanam astrueret: sed paucula transversa agendo, depravando, nocturno aditu per claves portarum adulterinas, quia verè ad Hiempsalem referebantur, quærendo, insontem impiis manibus obtruncare studuit. Qua in re Gregorius quoque Martinus, [2] ancillæ vestræ ad [3] Petros à Christi agnitione abducendos instructor, laternarium sese præbuit Jugurthæ. Ambo sapientibus manifesto irriti conatus sui eventu documentum daturi, non semper res succedere, ne valentissimis quidem: quales à plerisque dudum alii duo, gigantes, viri nominis, famosi Cardinales, Bellarminus & Baronius, potius censentur. Præsertim postquam Justus Calvinus Veteracastrensis, qui à regula lapsus est, ut loquitur

[1] *Parisiis, sub vetere titulo* Demonstrationis, *Amsterodamiæ, sub nomine* Relectionis principiorum fidei doctrinalium.

[2] *Librum suum inscriptum,* Detect. hæreticarum versionum Scripturæ, *Georg. Martinius [præfat. detect. §. 32.] ait esse quasi ancillam novi Testamenti à Rhemensi Anglorum collegio erruptissimis, ad seducendos nostrates, notis interpolati.*

[3] Matt. 16. 69.

tur [l] Tertullianus, & ab orthodoxa fide ad Pontificis Romani partem transfugit, [m] profeſſus eſt ſe iſtorum, [n] *Bellarmini* potiſſimum, *diſputationum, velut turri* ſcilicet *Davidis, ex qua omnis armatura fortium & mille clypei pendent*, dimotum de ſententia priſtina fuiſſe. Sed homini [o] laudatori *cæca obedientiæ*, faciléq; ut [p] cæco ſequenti cæcos duces, in foveam caſuro, [q] Davidis turris viſa eſt, quæ [r] Jebuſæorum erat: & accidit, quod accidere conſueviſſe talibus notavit [s] Tertullianus, dicens: *In pugna pugilum & gladiatorum, plerunque, non quis fortis eſt, vincit quis, aut quia non potest ſi vincat, ſed quoniam ille qui victus eſt, nullis viribus fuit: adeò idem ille victor, bene valenti poſtea comparatus, etiam ſuperatus recedat.* Nimirum vel ex [t] una re, in qua uterque, tam [u] Bellarminus, quàm [x] Baronius, mille clypeos adhibent & armaturam omnem ad caput ſuum tuendum: patebit (Deo favente) omnia ipſorum tela eſſe juncea, & clypeos foliaceos: ut videant oculati, Cardinalibus quoque ad Licentiatum Martinum & Doctorem Stapletonum addictis, fruſtra poſitas eſſe ab inimicis plurimis inſidias [y] Davidi, cujus cauſam

[l] *De præſcriptionib. adverſ. hæret. cap. 2.*
[m] *Plura epiſtolarum catholicar. epiſt. 5. ad Baronium, & 6. ad Bellarminum.*
[n] *Epiſt. 7. ad Joſephum Windem.*
[o] *Juſt. Calvin. Veteracaſtr. præſcriptionum adverſus hæreticos perpetuar. tract. 4. in argumento libri.*
[p] Matt. 15. 14.
Hieron. epiſt. 83 ad Chromatium.
[q] Cant. 4. 4.
[r] 1. Chron. 11. 5
[s] *De præſcriptionib. adverſ. hæret. cap. 2.*
[t] De Honorio Papa, monothelera hæretico.
[u] *De Romano Pont. lib. 4. cap. 11.*
[x] *Annal. eccleſiaſt. tom. 8.*
[y] 1. Sam. 24. 3. & 26. 2.

ſam

sam justam approbavit Deus; licet [7] Isbosethus, injustus alieni regni occupator, à duobus cæsus sit. [7] 2. Sam. 4. 5.

2 Nam Stapletonus primùm, invadens primam thesin (ut ordinem meum servem) de *Scriptura doctrina sufficienti ad salutem,* [8] inter *hæreticorum argumenta* recitat rationes duas ex Mose & Johanne: quarum priorem, contractam quidem in angustias, quo expeditiùs nos profliget, sicuti præfatur, verùm meis verbis ita [9] proponit. *Moses post legẽ promulgatam ait: Attende Israel, &c. Non addetis ad verbum quod ego vobis præcipio, &c. Deuter. 4. & 12. Debuit autem Israel elaborare ut sempiternæ salute potiretur: sed juxta hoc præceptum Mosis nihil ei faciendum fuit, quod non esset lege Dei præscriptum: ergo scripta Dei lege tradebatur quidquid ad Israelis salutem opus erat.* Cujus syllogismi mei assumtionem, hæreticam scilicet, fugaturus catholicus iste Thraso, *populum,* inquit, *illum adhuc in literali pædagogia positum, & cui tanquam parvulo ac duræ cervicis singula pietatis officia in scripto dari debebant, vult Moses legem à se scriptam, cæremonialem maximè ac judicialem (lex enim moralis absq; ullo dubio, præter ipsa scripta* [8] *Relect. princip. fid. doctr. controvers. 4. quæst. 1. art. 3.*

[9] *Argum. 10.*

ſcripta Decalogi mandata, plurima ſuo ambitu complectitur ad mores pertinentia, & quæ neceſſariò ſervare oportuit) integram & ad verbum ipſam q. literam conſervare, & illi legi nihil de ſuo addere, nec ullam ejus partem prætermittere. Sed non prohibet vel legis interpretationem per ſacerdotes faciendam, (enimuero hoc diſertè præſcribit Deuteron. 17.) vel aliquid aliud in fidem admittendum quod lege ſcripta non contineatur. Alioqui, quicquid poſtea Prophetæ prædixerunt, & divinis Scripturis adjectum eſt, contra hoc Dei mandatum factum cenſeri debet. En vectis, & manipulus furum, quibus miles, [b] Terentiani inſtar, ſe Thaidis ædes expugnaturum, & virginem erepturum jactat, ſed jactat tantùm: idq; ſua demum confeſſione prodit, dimittens quaſi exercitum. Quippe primo ejus reſponſo, legem, cui Moſes jubet Iſraelitas nihil de ſuo addere, cæremonialem judicialemq; duntaxat eſſe, non moralem, hanc enim præter ſcripta complecti plurima ſuo ambitu quæ neceſſariò ſervanda erant, poſterior duorum locorum Moſis, quos notavi, firmiſſimam opponit refutationem. Nam & generali enunciatione, [c] *Omne*, inquit, [d] *verbum quod ego præcipio*

[b] In Eunuch. act. 4. ſcen. 7.

[c] Deut. 12. 32.

[d] Hebr. דבר pro quo hîc Tremellius & Junius reddunt, rem, unamquamq; rem; ſenſu rectè expreſſo: ſed nomen idem eſt Hebraicè, quod Deut. 4. 2. ubi vertunt, verbum.

præcipio vobis, id observantes facitis, non addes ei, nec auferes? cuinam ei? num verbo judiciali solùm ac ceremoniali? minimè, sed omni: & hoc edictum adjicit postquam interdixerat, [d] ne filios, filiásve suas in honorem Jehovæ immolarent, quod moralis legis est, ad præceptum primum de cultu Dei pertinens. Haberet quidem aliquid coloris distinctio Stapletoniana ex prægressa Mosis cohortatione, [e] *Attende Israel ad statuta judiciaque illa quæ ego doceo vos*, si perpetuum esset quod [f] bonus autor tradit, per *judicia* ritus & constitutiones ad civium societatem tuendam pertinentes intelligi, per *statuta* verò cerimonias spectantes ad religionem & cultum Dei. Sed officia cuncta sub utramque Decalogi tabulam cadentia his vocibus, ut [g] alibi nonnunquam, sic ibi comprehendi, ex sequentibus patet: in quibus & [h] *statuta judiciáque justa* lex tota esse dicitur, & post repetitam hortationem, [i] *Audi Israel statuta judiciáque*, [k] Decalogus integer recensetur. Quid, quòd Stapletonus ipse de tota lege Mosis agi, quando prohibentur ei quicquam addere, agnoscit veteratorio dictionis abusu: quo, quum intellectum

[d] Deut. 12. 31

[e] Deut. 4. 1.

[f] *Mercerus, apud Pagninum, thesauro linguæ sanctæ, verbo* חקים.

[g] Levit. 18. 5. & 19. 37. & 20. 22.

[h] Deut. 4. 8.

[i] Deu. 5. vers. 7

[k] vers. 12.

ctum vellet, judicialem ac ceremonialem solùm istic respici, ut liquet ex morali statim exclusa, tanquam res plurimas haud scriptas complectente; non tamen dicit solùm, sed *maximè, ceremonialem maximè ac judicialem*. Ea enim notio est adverbii *maximè*, ut ceremonialem ac judicialem morali comparatè præferat in hac prærogativa, quam morali cum illis nihilominus communem facit: quemadmodum [l] Paulus jubens *penulam afferri, & libros, maximè membranas*, cum membranis cetera quoque desiderat; & [m] Cicero dicens de oratore, *Cognoscat rerum gestarum & memoriæ veteris ordinem, maximè nostræ civitatis*, significat aliorum etiam historias oratori tenendas, tametsi Romanorum inprimis. Neq; verò scio, an sophista alium hujusce modi ludum ludere voluerit, ubi ait legem moralem, præter scripta Decalogi mandata, complecti plurima suo ambitu ad mores pertinentia, & quæ necessariò servare oportuit. Argumenti namque ratio postulabat, ut diceret lege morali comprehendi multa servatu necessaria præter mandata cuncta scripta à Mose. Decalogus autem, quem [n] Moses vocat *decem verba*,

[l] 2. Tim. 4. 13.

[m] In oratore, ad Brutum.

[n] Deut. 4. 13.

ba,

ba, si præcisè quæ ipso expressa sunt consideres, varias res à Mose ad morum disciplinam scriptas nō continet. Exempli causa, quod Esaias moniit Judæos, [o] ne pythones, ariolos, mortuósve consulerent, mandatur disertissimè lege [p] Mosis scripta, Decalogo haud item. Quòd si Stapletonus appellatione mandatorum Decalogi universa Mosis moralia præcepta notare cogitavit, utpote quæ ex fonte quasi decem illorum verborum derivantur, & ad corū aliquod referuntur singula: cur affirmat plurima fuisse præterea necessariò servanda? Ecquid necessarium est ad salutem, (hoc enim quæritur,) sine quo æterna vita obtinetur? Aut ecquid nisi [q] scriptum spectavit Christus, dicens, [r] *Hoc fac & vives?* aut Moses, [s] *Homo qui fecerit ea, vivet* in eis? ut contrà condemnatur [t] *quisquis non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis ut faciat ea.* Quin immo & ipse Stapletonus rursum idem hîc insinuat, asserendo singula pietatis officia in scripto Israelitis dari debuisse. Nisi fortè [u] pietas negabitur habere promissionem vitæ præsentis ac futuræ.

[o] Esai.8.19.
[p] Deut.18.9.
[q] Luc.10. vers.26.
[r] vers.28.
[s] Lev.18.5.
[t] Deut.27.26. Galat.3.10.
[u] 1.Tim.4.8.

3 Porrò quod secundo loco respondet

spondet, Mosen præscribere legis interpretationem per sacerdotes faciendam Deuteronomii decimo septimo, insigniori nititur sophismate, si hinc inferat, (ut infert certè, vel nugatur,) idcirco plus faciendum fuisse Israelitis, quàm lege sit præscriptum. Nam qui legem interpretantur, [x] exponunt sensum legis. [y] Sensus autem legis lex est, non nuda verba. Unde, in eodem capite Deuteronomii, interpretes legis sacerdotes dicuntur [z] docere legem: & populus, iis obtemperans, ex præstituto legis facere jubetur. Adeò manifestum est Mosaico de legis interpretatione per sacerdotes edicto neutiquā obstrictos fuisse Israelitas ut quicquam ultra legem facerent. Ac nonne hæc firmantem etiam habemus Stapletonum ipsum? Habemus. Etenim ait legem judicialem ac ceremonialem integram & ad verbum servari debuisse: neque fas fuisse populo Israelis quicquam illi de suo addere. At Moses, sacerdotibus præscribens legem interpretandam, complectitur judicialem ac ceremonialem: ut præter [a] cædis & [§] plagæ exemplā [b] generali axiomate indicat. Agnoscit ergo Stapletonus interpretari legem

x Nehem. 8 9.
y L. 29. D. de legibus. l. 5. Cod. eod. tit. & cap. 83. de regulis. jur. in sexto.
z Deut. 17. vers. 11.

a vers. 8.
§ Seu lepram, ut vetus interpres reddit vocem נגע quæ ad ejusmodi plagam significandam hîc usurpari videtur, ex Levit. 13. & sequentib.
b Deut. 21. 5.

gem non esse legi addere. Omnes autem tribus, non modò reliquæ, sed & Levi, in Israelitico populo sub legis pædagogia posito censentur: quod ex [c] Pauli verbis ad Galatas apparet. Nec sacerdotibus igitur licuit quicquam legi addere de suo, fatente Stapletono. [c] Gal. 3. 24. & 4. 3.

4 Quo & ultimum ejus responsum redarguitur, non prohibere scilicet Mosen aliquid aliud in fidem admittendum quod lege scripta non contineatur: alioqui, quicquid prophetæ postea prædicârunt & Scripturis adjectum est, contra hoc mandatum censeri factum debere. Lex enim, [d] quam servantibus æterna vita promissa est, perinde fidem requirit ac caritatem & obsequium; adeóque hæc illi, ceu fundamento, superstruit: ut tùm Christus innuit, ita recitans [e] primum præceptum, [f] *Audi Israel, Dominus Deus noster Dominus unus est; diliges ergo Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo*, & quæ sequuntur: tùm Deus, promulgationem legis hinc exordiens, [g] *Ego sum Jehova Deus tuus, qui eduxite è terra Ægypti*: tùm Moses in Decalogi explicatione, [h] *Ne tentatote*, inquiens, *Jehovam Deum vestrum, quemadmodum tentastis* [d] Matt. 19. 17. Luc. 10. 28. [e] Marc. 12. 29. [f] Deut. 6. 4. [g] Exod. 20. 2. [h] Deut. 6. 16.

[1] Exod.17.7. taſtis Maſſæ; nam [1] ibi Deum tentârunt incredulitate. Quapropter quum æternam vitam adipiſci potuerint Iſraelitæ credendo & præſtando quæ ſcripta ſunt in lege: reſtat nullum fidei articulum fuiſſe creditu neceſſarium, quem ei adderent prophetæ. Nimirum hi tradebant, exponebant, urgebant, & ad Eccleſiæ uſum accommodabant eadem, in omnibus pietatis & religionis partibus, quæ Moſes docuerat: apertiùs quidem & pleniùs aliquando quàm Moſes; ſed eadem omnino quoad ſubſtantiam rerum. Unde Chriſtus, aſſerens [k] *ſe non veniſſe ut diſſolvat legem aut prophetas, ſed ut impleat*, pro [6] firmiſſima rei probatione *ſubjicit, unum apicem neguaquam præteriturum ex lege uſque dum omnia facta fuerint.* Quæ in ratione dum alterum duorum repetit, dicens, *ex lege*, nec addit, aut ex prophetis: totam vim & ſummam propheticę doctrinę concludi lege inſinuat. Apoſtolus verò Paulus, ubi ex profeſſo tractavit capita fidei, [l] *Chriſtum* videlicet *debuiſſe pati, reſurgere primum à mortuis, & lucem Gentibus annunciare*, [m] negat *ſe quicquam dixiſſe extra ea quæ Prophetæ ac Moſes futura prædixerunt.*

[k] Matth.5.17.

[6] ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν.

[l] Act.26.ver. 23.

[m] verſ.22.

Nec

Nec mirum, quum & Moses Christi passionem resurrectionémque adumbrârit typis [a] agni, [o] serpentis, [p] Isaaci; [q] resurrectionem autem aliorum ac [r] vocationem Gentium absque typis tradiderit: & [s] Prophetæ hæc ipsa fidei mysteria tanto luculentiùs, uberiùs, clariùs præmonstrârint, ut plura testimonia inde, quàm ex Mose, in [t] novi Testamenti libris ad singula contra adversarios firmanda peti soleant. Esaias denique propheta legem, [u] quam hortatur pios consulere, normam sibi fidei, non actionum modò, visam esse indicat, quando [x] Dei cultum formatum ex præcepto doctrináque hominum Judæis vitio vertit. Damnantur enim in [y] Scripturis hac illius sententia, qui super-

[a] Exo.12.versib.7.& 46. Num.28.3. Joh.1.29.& 19.36. 1.Cor.5.7. [o] Num.21.9. Joh.3.14. [p] Gen 22.12. Heb.11.19. *ubi* ἐν παραβολῇ *in typo vertit Tremellius ex Syri interpretis* מהלא *quæ vox Hebraicè est,* משל *apud Evangelistam [Matth. 13.35.] è propheta [Psal. 78.2.] redditur* παραβολὴ. *Et verò sicut tota illa* Isaaci *Deo in holocaustum offerendi historia repræsentat* Christum, *id est*, Abrahæ semen, in quo benedicendæ erant omnes gentes: *ita dici videtur ad remunerationem eximiæ fidei Abrahæ, quæ hic prædicatur*, Isaacus ei datus in typo & symbolo resurrectionis Christi; *quemadmodum etiam Theodoretus exponit, in epist. ad Heb.11.* [q] Exod.3.6. Matth.22.32. [r] Gen.11.35.& 22.18. Act.3.25. Gal.3.8. [s] De passione Christi, *Psal.22.19. & 69.22. Esai.53.7. Zach.12.10.* De resurrectione, *Psal.16.8. Esai. 55.3. Jon.1.17.* De vocatione gentium, *Psal.18.50. Esai.11.10. & 49.6. & 52.15. & 54.1. Amos 9.11.* [t] De passione Christi, *Matth.27.35. Marc.15.28. Joh.19.vers.28.& 37. Act.8.32.* De resurrectione, *Matth.12.40. Act.2.25. & 13.versib.34.& 35.* De vocatione gentium, *Act.13.47. & 15.15. Rom.15. versib.9.12. & 21. Gal.4.27.* [u] Esai. 8.20. [x] Esai.29.13. [y] Matth.15.9. Col.2.22.

[a] Matt. 15. versib. 2. & 11.
[a] Col. 2. versib. 16. & 21.
[b] 1. Tim. 4. vers. 3.
[c] vers. 1.

stitiosas fovebant opiniones; putà, [x] cibum manibus illotis capere nefas esse; aut [a] quosdam cibos edere, gustare, tangere non licere: atque [b] istiusmodi erroribus fascinati, [c] à fide, id est, vera fidei doctrina, desciscere perhibentur. Postremò Stapletonus, ut profligator noster seipsum omni ex parte hac in re profliget, imprudens idem [d] alibi asserit, dicendo: *veteris Synagogæ status, quum totus umbraticus & servilis ideò & literalis esset, non debuit præter scriptam literam ullos novos cultus aut novam doctrinam inferre.* Nam umbraticus erat Ecclesiæ veteris status, quia [e] lex *umbram* habebat futurorum bonorum, non ipsam expressam formam rerum: servilis, quia tanquam [f] ad *servitutem* nati sunt Judæi [g] sub lege, & [h] spiritum *servitutis* acceperunt: literalis autem, quia in literali pædagogia, ut [i] suprà dixit Stapletonus, positi fuerunt, hoc est, in [k] pædagogia legis. Quoniam ergo legem designat voce *literæ*, quod statim porrò illustrat citando locũ [l] Scripturæ, ubi *literæ* nomine notatur lex, ut & ipse [m] agnoscit: affirmat illum statum non debuisse ullam doctrinam novam inferre præter scriptam legem, eóq; nec prophe-

[d] *Relect. princip. fid. doctr. contr. 5. quæst. 5. art. 2. fol. 3. argument.*
[e] Hebr. 10, 1.
[f] Gal. 4. vers. 24.
[g] vers. 21.
[h] Rom. 8, 15.
[i] *Controv. 4. quæst. 1. art. 3. ad 10.*
[k] Gal. 4. 24.
[l] 2. Cor. 3. 6.
[m] *Antidot. Apostolic. in epist. 2. ad Cor. cap. 3.*

tas

tas legi quicquam in fidem admittendum addere. Ita prior ratio mea ex Mose inviolata & integra in acie persistit.

5 Posteriorem ex Johanne similiter [a] subjicit his verbis: *Johannes dicit de suo Euangelio, hæc scripta sunt ut credatis & credentes vitã habeatis, &c. cap. 20. sed vita hæc est salus æterna: ergo quæ scripta sunt in Euangelio, sufficiunt ad salutem æternam.* Quam argumentationem profligaturus itidem miles gloriosus, *Euangelium*, inquit, *sanctis Johannis scriptum est ut credamus & credentes salvemur: sed qui nihil aliud crederet, & quæ ceteri Evangelistæ scripserunt à Johanne præterm issa non crederet, quomodo salvaretur? ergo fides illium Euangelii salvat, sicut unumquodque credibile salvat: scilicet ad salutem valet ex parte & respectivè.* Argutè. Sed Johannem à talibus argutiis procul abfuisse ostendit causa dicendi,[7] ex qua germanus dicti sensus est petendus. Nam [o] præfatus Jesum [8] *multa alia signa edidisse quæ non sunt scripta in hoc libro,* [p] subjungit, [9] *Hæc autem scripta sunt ut credatis Jesum esse Christum illum filium Dei, & ut credentes vitam habeatis per nomen ejus.* Qua tanquam antithesi apertissimè docet,

[a] *Contrv. 4. quæst. 1. art. 3. argum. 11.*

7 Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi. *Hilar. lib. 4. de Trinit. cap. intelligentia. extra. de verbor. significat.*

[o] Joh. 20. ver. 30.

8 Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα.

[p] vers. 31.

9 Ταῦτα δὲ γέγραπται, &c.

Vede Cohadat. Opera S. Indu. Joan. 20. 31.

necesse non fuisse ad fidem atque vitam ut plura scriberentur, quoniam hęc quę scripsit in eum finem sufficiunt, nec ex parte tantùm sed plenè valent ad salutem. Alioqui si homines ex parte & respectivè salvari Euangelii sui fide diceret, sicut unoquoque credibili salvantur: potuisset citiùs historiam corollario isto concludere, postquam unicum signum scripsisset, immo postquam nullum. Etenim vel illud solum, quo orditur Evangelium suum, [a] *In principio erat sermo*, ad salutem valet ex parte & respectivè, sicut unumquodque credibile salvat. Stapletonum verò quærentem, quomodo salvaretur, qui nihil aliud crederet, & quæ ceteri Evangelistæ scripserunt à Johanne prætermissa non crederet; ego vicissim interrogatum velim, quum [b] Augustinus dicat, *in iis, quæ apertè in Scriptura posita sunt, inveniri omnia quæ continent fidem*, quomodo salvaretur qui non crederet reliqua obscuriora in Scriptura? Opinor, responsurus sit eum qui de hisce ne audisset quidem, [c] ideoque non crederet, servari posse credendo illa clariora, nempe in quibus omnia sint ad fidem necessaria. Quanquam os hominis pudentius

[a] Joh. 1. 1.

[b] De doctr. Christ. lib. 2. cap. 9.

[c] Rom. 10. 14.

pudentius æquo facio, dum hoc responsum ei tribuo: cujusmodi [t] Bellarminus daturus esset forsitan, sententiam Augustini agnoscens. Nam [u] Stapletonus, impudentia plusquam Jesuitica, ubi eadem prorsus Augustini verba cum Bellarmino recitasset, [x] respondet, *Augustinum dicere, quæ in Scripturis habentur ad fidem necessaria, apertè scribi; at non dicere, omnia ad fidem necessaria in Scripturis haberi.* Ceterùm haud ausurus sit negare ab [y] Hosio [z] Pighióque laudari *carbonarium* quendam, ut tutissima via salutis incedentem, qui quum à theologo rogatus quid crederet, dixisset, *Symbolo fides expressos articulos:* percontanti, *Quid amplius?* ostendit circulo responsionis, *quod Ecclesia credit; Quid credit Ecclesia? quod ego*; se nihil præterea habere definiti ac expliciti de fide. Et quamvis [a] Espencæo meritò assensurus sit, carpenti Magistrum sententiarum ob approbationem implicitæ fidei & [c] ignotæ articulorum Symboli: movebitur tamen autoritate, si minùs Pighii Præpositi, aut Cardinalis Hosii, [b] Scholasticorum saltem & [c] Thomæ Aquinatis, ut ad salutem sufficere concedat fidem rerum quæ Symbolo

[t] *De verbo Dei lib. 4. cap. 11.*
[u] *Controv. 4. quæst. 1. art. 3. argum. 2.*
[x] *Ad. 2. argum.*
[y] *Confut. prolegom. Brent. lib. 3.*
[z] *Hierarch. ecclesiast. lib. 1. cap. 5.*
[a] *Comment. in 2. epist. ad Tim. cap. 3.*
[c] In ecclesia aliqui credunt quæ ignorant, habentes fidem velatam in mysterio. *Magist. sent. lib. 3. distinct. 25. §. Quid ergo.*
[b] *Bonaventur. Scot. Durand. de sancto Port. & in 3. sentent. distinct. 25.*
[c] *Summ. theolog. 2. 2. quæst. 2. artic. 5. & sequentibus.*

continentur

continentur. Quandoquidem ergo novit quomodo quis ſalvetur ſolius Symboli fide, licet nihil credat & teneat ceterorum quæ ullus ſcripſit Evangeliſta: deſinat cavillari contra ſufficientiam Evangelii Johannis, quomodo, qui alia ignoret, ex eo vivat; & primam theſin meam de Scripturæ totius perfectione veram eſſe fateatur.

6 In tertiam de *præſtantia & dignitate Scripturæ* proximum facit impetum: duo itidem moliens ſubruere firmamenta, quibus eam munivi. Primum; *Cuncta verba Scripturæ ſunt verba veritatis: quædam autem verba Eccleſiæ verba ſunt erroris. At major eſt autoritas dicentis ſemper verum, quàm aliquando mentientis. Major ergo eſt autoritas Scripturæ quàm Eccleſiæ.* Namq; *ad iſtud argumentum,* [d] inquit, *breviter reſpondeo, nulla verba Eccleſiæ eſſe verba erroris; id eſt, ab Eccleſia in ſuis epiſcopis & paſtoribus unanimiter docentibus, in Conciliorum maximè generalium decretis, in ſanctorum Patrum conſentiente doctrina, in ſuo capite Apoſtolico aliquid publicè definiente & tradente, ac poſtremò in regula fidei quam univerſi tenent, nihil unquam erroneum vel definiri, vel doceri,*

[d] Demonſt. princip. fid. doctr. lib. 12. cap. 16.

doceri, vel approbari: utcunq; vel aliqui seorsim Episcopi privatim in docendo errare, vel unus aliquis aut etiam plures ex sanctis Patribus aliquid minùs verum scribere, aut aliquo errore teneri, vel in ipsis Conciliis extra decretum ipsum aliquid minùs commodè dici aut disputari, vel denique Petri successor privatim in aliquo cæcutire posse. Quod certè non ipsi Ecclesiæ, sed hominum infirmitati tribuendum est. Quid? Et hìc affirmat Stapletonus seriò, se breviter respondere ad argumentum meum? Poterit ergo longè brevius, idq; ad omnia omnium mearum thesium argumenta, vel unico verbo respondere. Quo pacto? Vera esse omnia concedat. Nam etiamsi errare non possent Episcopi docentes unanimiter, nec Patres consentientes, nec Synodi in decretis, nec Papa in dogmatis sententiisque definitivis, quod ego tùm [e] ibidem, tùm [f] alibi demonstravi secus se habere; ceterùm si non possent: tamen quum & Papa, & Synodi, & Patres, & Episcopi nonnunquam errent in iis quæ pronunciant, sicuti post [g] Canum suum [h] confitetur; concedit, quod proposui, quædam verba Ecclesiæ verba esse erroris. Ubi admirabile veteratoris acumen dignum

[e] 1. 2. 3. thes.
[f] Colloq. cum Harto, cap. 2. §. 2. cap. 7. §. 2. & 7.
[g] Melch. Can. de loc. theolog. lib. 5. cap. 4. & ult. lib. 6. cap. 8. lib. 7. cap. 3.
[h] Demonst. princip. fid. doctr. lib. 7. cap. 10. & 16. lib. 8. cap. 15.

num est notatu, qui, ut speciem induat contradicentis mihi, principio asseverat nulla verba Ecclesiæ esse verba erroris: quod tamen axioma evestigio tali interpretatione & exceptione temperat, ut mecum prorsus postea ex adverso agnoscat erroris esse quædam verba Ecclesiæ. At hoc certè, inquit, non ipsi Ecclesiæ, sed hominum infirmitati tribuendum est. Næ Stapletonus caput lepidum est certè, qui tale argumentum tam scitè potest eludere. Quasi verò Ecclesia ipsa non sint homines: ut [1] Chrysostomus quærens, *Quid est Ecclesia?* respondet, *Viri & mulieres*: ac proinde ipsa per infirmitatem erret, quum homines, qui Ecclesia sunt, ita errant. Nisi fortè si quis Margites sic insaniat, ut gregem neget ullo morbo posse corripi, is se peritè defensurus sit, modò contrarium confiteri [2] coactus, distinxerit, hoc ovium invaletudini certè, non ipsi gregi ascribendum. Aut qui [3] sponsam in Cantico canticorum videt per segnitiem suam [4] orbari spōso ad tempus, quæ res Ecclesiam culpæ liquidò convincit, is pro Stapletono, infirmitatem hominibus attribuente, non Ecclesiæ, præclarè cavillaturus sit, hoc non ipsi sponsæ certè,

[1] *Hom. 20. in epist. ad Ephes. cap. 5.*

[2] Balantúmq; gregem fluvio meriare salubri. Virgil. Georgic. lib. 1.

[3] Cant. 5. vers. 2.

[4] vers. 5.

certè, sed hominis desidiæ imputandũ esse.

7 Verùm, ut [m] Cicero de Antonio vomente, fructis esculentis, vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal implente, ait, *Sed hoc ipse fatetur esse in suis sordibus; veniamus ad splendida*: sic Stapletonus forsitan prius responsum prò futilioni habet; videamus in [n] opere accuratiùs digesto, pleniùs instructo, suisq; numeris magis absoluto, quid dicat. Ibi, quo fidentiùs cũ maximo superioris rationis robore congredi videatur, propositionem ejus [o] producit confirmatam uno testimonio-rum quæ à me adhibita sunt. *Major*, inquiens, *patet ex Augustino de baptismo contra Donatistas, lib. 2. cap. 3. ubi ait, de Scriptura dubitari non posse, utrùm verum aut rectum sit quicquid in ea scriptum esse constiterit: Episcoporum verò literas, & per aliorum Episcoporum autoritatem graviorem, & per Concilia, licere reprehendi; ipsa quoque Concilia, quæ per provincias fiunt, plenariorum Conciliorum autoritati cedere; denique ipsa plenaria sæpe priora posterioribus emendari. Hæc ille. Ergo errare Ecclesia in suis magistris potest, Scriptura non potest.* Age: rationem meam isto pacto acriùs concludit, & majorem

[m] Philip. 2.

[n] Relect. princip. fid. doctr. epist. dedicat. ad Card. Albertũ.

[o] Controv. 4. quæst. 5. art. 4.

jorem ejus integrius firmat Stapletonus. Sed ecquid jam solidius, quam antea, respondet ad propositionem ita comprobatam? Immo verò eandem cantilenam [p] canit, nec quicquam dicit novi, tametsi novè, hunc in modum. *Nulla verba Ecclesiæ sunt verba erroris, eo sensu quo Ecclesia Scripturæ comparatur, id est, quatenus Ecclesiæ vox obligat, & evidentiam inducit, ut in 3. sensu dictum est. Sic enim est prorsus infallibilis in materia fidei, ut suprà dictum est, quæst. 2. notab. 7.* Sententia, quæ ex [q] loci notati collatione demonstrat ipsum cum Ecclesiæ infallibilitate, quam asserit, in rebus ad salutem necessariis, asseverare pariter in compluribus aliis errandi proclivitatem. *Nec enim*, inquit, *ad quævis particularia Dei providentia specialis deducenda est: quæ ut multos particulares defectus in gubernatione universalis permittit ad decorem ipsius universi, ut notat Augustinus de civitate Dei, lib. 11. cap. 18. sic multos privatos in Ecclesia errores & multarum rerum non necessariarum ignorantiam etiam in doctissimis permittit, non solùm ad decorem contrariorum, sed etiam ad salutem doctorum, quibus expedit multa nescire; ut etiam hac in parte virtus in infirmitate*

[p] *Ad 4. arg.*

[q] *Controv. 4. quæst. 2. notab. 7.*

mitate perficiatur, id est, ab elatione reprimatur, 2. Cor. 12. *Notabile* hoc appellat Stapletonus, *Notabile*: & est notatu sanè dignissimum, quomodo sophista, quum luce veritatis cogatur subscribere secundę meæ thesi, *errare posse Ecclesiam & moribus & doctrina*, idq; rationibus eisdem [r] mectum astruat; Scripturæ tamen, quæ nulli errori est obnoxia, Ecclesiam autoritate saltem exæquet, [t] hæsitabundus num anteponat. Nam ex verbis Apostoli ad Thessalonicenses, [u] *Tenete traditiones quas edocti estis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram*, sic [x] ratiocinatur. *Jubet æquè teneri doctrinam traditam quàm scriptam: sed tradita doctrina propriè ex Ecclesia autoritate venit: ergo saltem æqualis est Ecclesia & Scriptura autoritas*. Ubi cur affirmet traditam doctrinam venire ex Ecclesiæ autoritate propriè, magis quàm scriptam, operæpretium ei fuisset unà tradere: quum [x] Apostolus dicens Thessalonicenses *Dei sermonẽ ex se auditum excepisse non ut sermonem hominum, sed (sicut est verè) ut Dei sermonem*, doctrinam voce sua traditam æquè propriè autori Deo tribuat, ac literis consignatam. Ex recentioris autem cujusvis magistri autoritate

[r] *Thesi* 2. §. 12. Dei potentia per infirmitatem consummatur. 2. *Cor.* 12. 9. *Item*, Haud expedit homini nusquam falli: quin potiùs in quibusdam deviare prodest. *Rom.* 8. 28. *Augustin. de corrept. & grat. cap.* 9.

[t] *Controv.* 4. *quæst.* 5. *explicat. quæst. in tertio sensu.*

[u] 2. Thess. 2. 15

[x] *Eadem controv. & quæst. in sententia orthodoxa.*

[x] 1. Thess. 2. 13.

toritate æquè propriè veniunt quæ ſcribit, ac quæ loquitur: quoniam, [7] ut voces notionum animi ſymbola ſunt & ſigna, ita ſcripta vocum. Et effatum celebre ſancti [z] Hieronymi, *Scio me aliter habere Apoſtolos, aliter reliquos tractatores; illos ſemper vera dicere, iſtos in quibuſdam ut homines aberrare*; perinde ceterorum dogmatis, ſeu eloquio, ſeu ſtylo explicatis prærogativam perpetuæ veritatis denegat, ac Apoſtolorum doctrinæ utracunque ratione traditæ eam concedit. Quòd ſi rectè diſputet Stapletonus Eccleſiam, quæ fragilitate humana in multis rebus errat, æquari autoritate Scripturæ divinitus inſpiratæ, quia Paulus apoſtolus æquè [a] Spiritu Dei in iis quæ ſermone prædicavit actus eſt, atque in epiſtolis: quid impedit quin Judęi [b] Phariſæis & Scribis, à quibus miſcebatur [c] fermentum pani vitæ, diſſererent [d] parem fidem haberi oportere atque legi Dei, quia [e] Moſes propheta perinde audiendus erat in præceptis quæ viva voce tradidit, ac in iis quæ ſcripto demum exaravit?

8 Auguſtinianæ verò aſſertioni, Eccleſiam in ſuis magiſtris errare poſſe, Scripturam non poſſe, reſponſum tale opponit, ut facilè

7 *Ariſtot. de interpret.*

z *Epiſt. 62. ad Theophilum, cap. 2.*

a Act. 13. 2. & 26. 16. 1. Cor. 7. 40. 2. Cor. 13. 3.
b Matth. 23. 2.
c Matth. 15. 1. & 16. 6.
d Matth. 5. 20.
e Exod. 4. 16. & 24. 3. Num. 12. 7. Heb. 3. 5.

facilè conjiciendum relinquat, quid de cæteris enunciati mei probationibus sensérit, quum hanc, quam unicam ausus est spe refutandi aggredi, frustra tentârit. Nam ad eam ait. *Augustinus non loquitur de publico decreto fidei, sed partim de privatis literis & scriptis Episcoporum, partim de Conciliorum decretis quoad mores: quod patet per verba sequentia, quum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat. Hæc enim res facti sunt & morum, quæ experimentis cognoscuntur, in quibus Ecclesia decreta non sunt semper omnimodo infallibilia, sed propter naturam objecti, non vitio aliquo suo, ut dictum est quæstione præced. ad 2 argum.* Itáne tandem Stapletone? Libro secundo de baptismo contra Donatistas, capite tertio, loquitur Augustinus partim de privatis Episcoporum scriptis, partim de Conciliorum decretis quoad mores; ac non de publico decreto fidei? Quid igitur eum causæ commovit, ut de utrisque ita loqueretur? Nonne quia [f] decretum Concilij Carthaginensis, à Cypriano celebrati, urgebant Donatistæ, quo statuebatur hæreticos vel schismaticos, id est, omnes qui extra unius Ec-

[f] *Lib. 2. de bapt. contr. Donat. cap. 3.*

clesiæ communionem sunt, baptismum non habere: & ideo quisquis ab eis baptizatus ad Ecclesiam venerit, esse in Ecclesia baptizandum? Et túne, controversiarum quandoque, postea Scripturarum Regius professor, affirmas hoc decretum, quod de sacramento est, non esse de re fidei, sed de re morum? de re, in qua [8] *Ecclesiæ leges sunt interdum quodam modo fallibiles, quoniam ad salutem conducunt alio loco & tempore, alio contrà, eóque mutari debent, sicut lex illa Apostolica de suffocato & sanguine non comedendo, Actorum decimo quinto*? de re, in qua non propter infirmitatem aliquam suam erret Ecclesia, sed ob naturam objecti; *vel* scilicet *materiæ circa quam versatur lex, quæ, quum sit de rebus agendis, mutabilis est ex circumstantia agendi; vel ipsorum hominum quibus feruntur leges, quibus non semper idem est utile aut salutare*: ut idcirco baptismus ab impio ministro rite celebratus modò verus censeri debeat, modò falsus; aut Romanis ab hæresi schismatéve ad sanam mentem redeuntibus prosit, non Afris? Ares facti & morum sunt, quæ experimentis cognoscuntur: Augustinum ergo de illis tantùm agere declarant verba sequentia

[8] *Stapleton. loco notato, sempe contro. 4. quæst. 4. ad. 2. argum.*

tia, *quum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat.* Quasi verò experimenta non sint etiam facti ad fidem pertinentis: per qualia ex divinis actionibus variis, in [h] vase sibi ostenso, & [i] Angelo ad Cornelium misso [k] deprehendit Petrus, [l] Apostoli autem & fratres qui erant Judæa ex [m] Spiritu sancto item illapso in Cornelium eiúsque cognatos & amicos, [n] Gentes quoque à Deo ad salutẽ vocari, nec Judæos solos acceptos ei esse. Aut Augustinus addens, *et cognoscitur quod latebat*, non istis verbis saltem res fidei comprehenderit: adeò evidenter, ut [o] Stapletonus alibi, hoc ipsum sibi objiciens, subire mallet latebram turpissimam, quàm negare. *Enimvero*, inquit, *si de causa fidei etium loquatur, propter id quod sequitur, Et cognoscitur quod latebat, sensus est, quòd posteriora concilia emendant, id est, perfectiùs explicant fidem in semine antiquæ doctrinæ latentem, quàm priora: ut Concilium Ephes. 1. circa Christi divinitatem emendavit Concilium Nicænum 1. quia explicatiùs docuit, Christum sic esse verum Deum, ut esset una persona cum Filio Dei, & non solùm homo Deificatus, ut Nestorius dogmatizavit.* Quo quid

[h] Act. 10. vers. 11.
[i] vers. 22. & 30.
[k] vers. 28. & 34.
[l] Act. 11. vers. 1.
[m] vers. 15.
[n] Act. 10. 35. & 11. 18.
[o] Controv. 6. quæst. 3. art. 4. ad 1. argum.

dici potuit absurdius & insulsius ad sensum [3] Augustini, ponentis hoc discrimen inter sanctam Scripturam canonicam tam veteris quàm novi Testamenti, & cuncta scripta Patrum, seu quid separatim privatimve tractantium, seu in Conciliis decernentium, ut in illa quicquid habetur, verum & rectum sit indubitatè: horum autem alia, siqua in re deerrent, quod accidere potest, per alia reprehendi liceat; & ipsa Concilia, non modò provincialia generalium plenariorúmque autoritati cedant, verùm etiam plenaria sæpe priora posterioribus emendentur, modestè, piè, fraternè. Nam si vocabulo *emendari* significaretur, non castigari & corrigi, sed perfectiùs explicari, nihil diceretur de plenariis Conciliis, quod non & in Scripturam quadret: quan-

[3] *Cujus hæc sunt verba.* Quis nesciat sanctam Scripturam canonicam, tam veteris quàm novi Testamenti, certis suis terminis contineri, eámq; omnibus posterioribus Episcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari & disceptari non possit utrùm verum vel utrùm rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit: Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt vel scribuntur, & per sermonem fortè sapientiorem cujuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum graviorem autoritatem doctioremq; prudentiam, & per Concilia licere reprehendi, siquid in eis fortè à veritate deviatum est. Et ipsa Concilia quæ per singulas regiones vel provincias fiunt, plenariorum Conciliorum autoritati, quæ fiunt ex universo orbe Christiano, sine ullis ambagibus cedere: ipsáque plenaria sæpe priora posterioribus emendari, quum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine ullo typho sacrilegæ superbiæ, sine ulla inflata cervice arrogantiæ, sine ulla contentione lividæ invidiæ, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum caritate Christiana.

doquidem

doquidem multa [p] velata in veteri Testamento, [q] revelantur in novo; puta, de Christi officio, perpessionibus, resurrectione, vocatione Gentium, & cetera, quæ priùs quasi operta, [r] apertiora cupiebant Angeli videre. Augustinus igitur usus est verbo *emendandi* propriè, pro corrigere, & quasi dicas, extra mendam ponere, quo sensu conjunguntur apud [s] Ciceronem *emendari & corrigi*: prioráque affirmat Concilia posterioribus sæpe emendari, ut [t] Concilium Tyrium, à quo damnatus est Athanasius, emendatum legimus [u] Concilio Sardicensi, à quo absolutus est: ut [x] Ariminense Concilium, à quo Dei Filius, non consubstantialis, sed similis Patri dictus est, emendatum [y] Concilio Constantinopolitano primo, quo agnitus est ejusdem substantiæ cum Patre: ut [z] Concilium Ephesinum secundum, quod negavit duas esse distinctas in Jesu Christo naturas, divinam & humanam, emendatum [a] Concilio Chalcedonensi, quod contrà docuit:

[p] Exod. 25. 17. & 34. 33.
[q] Rom. 3. 25. ἱλαστήριον. 2. Cor. 3. 13.
[r] 1. Pet. 1. 12. Eph. 3. 10.
[s] *Academ. quæst. lib.* 1. Certè recentissima quæque sunt correcta & emendata maximè. *De legib. lib.* 3. Ut cupiditatibus principũ & vitiis inici solet tota civitas: sic emendari & corrigi continentia.
[t] *Euseb. lib.* 4. *de vita Constãtini, cap.* 41. *Ruffin. hist. ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 17. *Theodores. lib.* 2. *cap.* 16.
[u] *Athanas. apolog.* 2. *& epist. ad solitar. vitam agent.*
[x] *Augustin. contr. Maximinum Arianorum epist. lib.* 1. *Theodoret. hist. ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 18. 21. *&* 22.
[y] *Socrat. lib.* 5. *cap.* 8. *Symbolum concilii Constantinop. recitatum in concilio Chalcedon. act.* 2.
[z] *Apud concilium Chalcedon. act.* 1.
[a] *Act.* 5. *in definitione Chalcedon. synodi.*

docuit: ut denique (ad hypotheſin Auguſtinianam) [b] Concilia Epiſcoporum Afrorum, Numidarum, Maurorum, [c] Cappadocum, Galatarum, Cilicum, & aliorum complurium, quæ ab hæreticis baptizatos rebaptizandos ſanxerunt, emendata [d] Nicæno primo & [e] duobus Conſtantinopolitanis Conciliis, quæ vetuerunt baptiſmum ab hæreticis rite adminiſtratum iterari.

9 Ac iſta diligenter conſiderata ſatis ſint ad diſſipandas nebulas ejus contra alterum meum firmamentum: alterum, contextu & forma orationis; re, ad ſummam quidem rationis, idem. Quod impoſtor ipſe oſtendiſſet luce clariùs cuivis lectori minimè cæco, niſi amputanda explicatione appendicéque rationis, per fraudem ſibi ex [4] more Scholaſtico familiarem, argumento meo tenebras offudiſſet. Nam ego, poſt adhibitum illud enthymema, *Vox ſcripturæ vox Dei eſt; vox autem Eccleſiæ vox hominum; ut ergo major Dei quàm hominum eſt auctoritas, ſic & Scripturæ quàm Eccleſiæ*; adjeci, *vocem Eccleſiæ interdum eſſe vocem Dei, quippe qua doctrinam ſuam Deus annunciat: ſed quum Spiritu ſancto,*

[b] Cyprian. epiſt. 70. & tribus ſequentibus, ad Januarium, Quintum, Stephanum, & Jubaianũ. Concil. Carthag. apud Cyprianum.
[c] Dionyſ. Alexandr. apud Euſebium, hiſt. eccleſiaſt. lib. 7. cap. 4. & 6. Firmilian. apud Cyprianum, epiſt. 75. cap. 6.
[d] Concil. Nicæn 1. can. 19. Auguſtin. de hæreſ. cap 44.
[e] Synod. ſecunda œcumen. can 7. Synod. ſexta in Trullo. can. 96.
[4] More igitur, inquit, Scholaſtico procedemus: ac primùm videtur quòd non. Contro. 4. quæſt. 5. An vox Eccleſiæ ſit æqualis aut major, quàm Scripturæ vox.

Sanctus, Spiritus veritatis, loquatur semper in Scriptura; in Ecclesia verò quandoque spiritus humanus, spiritus erroris, sicut demonstraveram; Ecclesiæ necessariò minus quàm Scripturæ tribui oportere. Jam verò Stapletonus enthymema meum, suppressis quibus robur & lucem ei addidi, [f] nudum commemorans, [g] respondet, *Vox Ecclesiæ non est vox hominum sed planè vox Dei, ut in præcedentibus quæstionibus ostensum est. Sed inter Scripturam & ecclesiam hoc discrimen est, quod illa est quidem vox Dei, sed non simpliciter, nec semper. Nam & Diabolus & impostor hæreticus Scripturam loquitur voce sua, non Dei. Est autem Scriptura vox Dei, quando Ecclesia illam loquitur, per quam Deus loquitur. Vox autem Ecclesiæ est simpliciter & semper vox Dei, quia nunquam nisi ex Deo loquitur, quando de fide loquitur: & nunquam vel fallit, vel fallitur. Scriptura etsi ipsa neminem fallit, tamen per illam multos fallunt hæretici, & falluntur ipsi.* Hæc ille. Quorum postremum, hæreticos nempe multis per Scripturam imponere, quod nihilominus quorsum tanquam ad Ecclesiam præferendam Scripturis? nisi Deo item eam anteponet, quia [h] pseudoprophetæ

[f] *Ibid. arg. 6.*
[g] *Ad 6. arg.*
[h] 1. Reg. 22. 11. Jer. 23. 17. & 28. 2. & 29. 9.

ſeducunt multos per Dei nomen falsò aſſumtum, ut [1] hæretici per Scripturas perperam intellectas, & malè vel expoſitas, vel accommodatas: ſed ab hæreticis multos falli per Scripturam, Stapletonus ipſe principio hîc evincit, dum Eccleſię vocem non eſſe vócem hominum, ſed planè vocem Dei, ſe in præcedentibus oſtendiſſe prædicat. In [k] eis enim aſſerens *vocem Eccleſiæ docentis eſſe tam o magis divinam, quanto minùs per ſe, & ex ſe agit Eccleſia, ſed Deus per illam agit: Hoc nimirum*, inquit, *ſenſu vox aſinæ Balaam vox Dei erat, Num. 22. vox Caiaphæ erat vox Dei, Johann. 11. vox Phariſæorum bona dicentium & mala facientium erat vox Dei, Matth. 23. quia videlicet ex cathedra Moſis loquebantur.* Ubi ſuos ſplendidè fallit Stapletonus, ſi putent his Scripturæ locis id probari, de quo mecum litigat. Nam ego vocem Eccleſiæ dicebam eſſe Dei vocem interdum, non ſemper: is verò, ſemper eſſe, contrà contendit. Atqui Phariſæorum vox quæ Dei erat, Matthæi viceſimo tertio, quia [l] legem Dei à Moſe traditam docebant: Dei vox non erat, quum [m] traditiones hominum ex ſua cathedra, non ex Moſis, docerent, Marci ſeptimo

[1] 2. Pet. 3. 16. Irenæ. adverſ. hæreſ. lib. 1. cap. 1. Tertullian. de præſcript. adverſ. hæret. cap. 17. Auguſtin. de hæreſib. cap. 70.

[k] Controv. 4. quæſt. 3. art. 3. concluſ. 5.

[l] Matth. 23. 2.

[m] Marc. 7. 7.

septimo. Vox Caiaphæ, quæ Dei erat, quum [n] prophetaret fore ut Jesus pro nobis moreretur, Johannis undecimo: Dei vox non erat, quum [o] diceret Jesum blasphemasse, Matthæi vicesimo sexto. Vox asinæ Balaami, quæ Dei erat, quum [p] ejus os aperiret Deus [q] ad inhibendam humana voce prophetæ dementiam, Numerorum vicesimo secundo: Dei vox non erat, quum [s] voce belluina, ut fit natura, uderet, istar asini Sileni, apud [r] Lactantium ex Ovidio. Quare qui ex talibus locis Scripturæ se ostendisse prædicat, vocem Ecclesiæ esse vocem Dei planè, non hominum, ut nunquam esse hominum vocem synagogæ suæ persuadeat: is insigniùs planum & impostorem agit, quàm [t] populus acclamans Herodi concionanti, *Vox Dei & non hominis*, tametsi ad probandum Gnathonicum suum dictum citasset illud è Scriptura, [u] *Ego dixi, Dii estis.*

[n] Joh.11.51.
[o] Matt.26.65.
[p] Num.22.28.
[q] 2.Pet.2.16.
[s] Territa voce gravi surgit deæ. *Ovid. Fastor. lib.6.*
[r] *Divinar. institut. lib.1. cap.21.*
[t] Act.12.22.
[u] Psal.82.6. Joh.10.34.

10 Porrò, quod deinceps in speciem longè propiùs urget, dum ait, vocem Ecclesiæ esse simpliciter & semper vocem Dei, quia nunquam nisi ex Deo loquitur, quando de fide loquitur, nec unquam vel fallit, vel fallitur: eo ipso revera Ecclesiam aliquando

aliquando falli falleréque, nec semper & simpliciter ex Deo, aut Dei voce, loqui concedit. Nam [u] Pontifex Romanus, agens de sententia excommunicationis, *Judicium*, inquit, *Dei veritati, quæ non fallit nec fallitur, semper tunitur: judicium autem Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & falli.* Unde [x] magnus signifer Pontificiorum, cui nequaquam placet errare posse Ecclesiam in doctrina de fide, confirmat eam posse per ignorantiam errare non solùm in judicio rerum gestarum, sed etiam in præceptis legibúsque de moribus, qui ad privatos homines vel Ecclesias referuntur. Stapletonus igitur, Ecclesiam negans unquam fallere aut falli quum de fide loquitur, & cautè addens *de fide*, ne claræ [o] Numinis sui sententiæ refragetur, haud utique ait Ecclesiam voce Dei simpliciter loqui & omnino, sed aliqua tantum ex parte; nec semper, sed quandoque. Immo, astutiùs dicã? an nequiùs, quàm sophistæ veteres, [y] qui, quod aliqua tantùm ex parte dicebatur, sumebant tanquam dictum omnino & simpliciter, simul ait & negat Ecclesiam simpliciter semperque loqui ex Deo: ait, dissertis

[u] *Innocentius III. cap. à nobis extra. de sentent. excommunicat.*

[x] *Melchior Canus, lib. 5. de locis theolog. cap. 5. quæst. 4. concius. 3.*

[o] Supremum in terris numen *appellat Stapletonus Pontificem Romanum. Demonstr. princip. fid. doctr. præfat. ad Gregor. XIII.*

[y] *Aristot. de reprehensionib. sophist. &c.*

sertis verbis, in priore pronunciati membro; in posteriore verò negat, vi sententiæ, qua fidei tantùm meminit. Quin & ex se interdum Ecclesiam loqui, non ex Deo, quum de fide loquitur, indicant Ecclesiæ [z] Romæ [a] Africæq; (ut [b] alias mittam ab [c] ipso pariter citatas) Innocentii Primi & Augustini tempore: falsò scilicet autumantes necessariam esse pueris infantibus sacramenti corporis & sanguinis Domini participationem. Infucare quidem conatur [d] veterator hunc eorum errorem, dicendo, postquam *Eucharistiam infantibus datam* memorasset, *factum illud esse ex consuetudine, non ex lege; ut religiosum, non ut necessarium, saltem necessitate absoluta, aut finis, id est, salutis; licet fortè necessitate præcepti, prout illi Patres intellexerunt, propter illud Johann. 6. Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, &c.* Mendacio cùm ex ceteris effugii sui partibus, tùm ex ea inprimis manifesto & splendido, quòd inficiatur Augustinum & Innocentium Papam ob illud dictum Christi, [e] *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non* [7] *habebitis vitam in vobis*, putasse Eucharistiæ participationem infantibus

[z] *Innocent. 1. epist. ad patres concilii Milevit. 93. inter epist. Augustin.*
[a] *Augustin. epist. 107. ad Vitalem.*
[b] Veterem Africanam. *Cyprian. lib. de lapsis, cap. 20.* Orientalē & Græcam. *Dionys. Areopagit. eccles. hierarch. part. 3. cap. 7.*
[c] *Stapleton. cōtrov. 1. quæst. 3. artic. 2 in solut. argum. commun. ad 9. arg.*
[d] *Idem, ibid.*
[e] Joh. 6. 53. 7 Gr. ἔχετε, habetis; *ut Joh. 3. 26. & 5. 24. & 6. 47. emphasi majore, quemadmodum notat Beza. Sed Augustinus & Innocentius, post veterem interpretem, legerunt,* habebitis.

bus neceſſariam eſſe ad ſalutem; utcunque alio fortè reſpectu neceſſariam, tanquam videlicet à Chriſto iis præceptam arbitrati ſint. Nam & verba ipſa, *non habebitis vitam*, adeò evidenter æternam vitam notant, ut nequiverint prorſus de alia quàm ſalutis neceſſitate accipi, niſi abſurdiſſimè: & [f] Auguſtinus affirmat *Chriſti Eccleſias inſtitum tenere, non poſſe quenquam hominem abque Dominicæ menſæ participatione ad vitam æternam pervenire*; quod iſto item loco Scripturæ probari addit: nec ſecus Innocentium, ſi preſſiorem ejus obſcuriorémq; ſcriptionem de geminis ſacramentis cum [g] Auguſtini pleniore ac planiore conferas, intellexiſſe cernes. Ceterùm neceſſariam eam infantibus (ablato Stapletoni *fortè*) cenſuerunt, quemadmodum nobilis [h] Jeſuita, vel [i] Jeſuitæ potiùs complures unanimes proclamârunt: *Auguſtini & Innocentii Primi ſententia ſexcentos circiter annos viguit in Eccleſia, Euchariſtiam etiam infantibus neceſſariam.* Hæc autem ſententia, de ſacramentali eſu perperam id interpretans, quod [k] Chriſtus clarè tradidit de ſpirituali per fidem, repugnat [l] præcepto Domini: [m] *Exploret quiſq; ſeſe,*

[f] *De peccator. merit. & remiſſ lib. 1. cap. 24.*
[g] *Lib. eod. cap. 20.*
[h] *Johannes Maldonatus, in Evang. Johann cap. 6.*
[i] *Muſſipontani theologi ſocietatis Jeſu, præfat. ad lectorem, præfixa tom. 1. commentar. Maldonati in Evangeliſtas: & Clemens Putеanus, præpoſitus provincialis ſocietatis Jeſu, facult. præfixa tom. 2.*
[k] *Joh. 6. verſ. 47. comparato cum præcedentib. & ſequentib.*
[l] 1. Cor. 14. 37.
[m] 1. Cor. 11. 28 δοκιμαζέτω.

[8] & ita de pane illo edat, [9] & de poculo illo bibat. Augustino item postea fortassis, (utpote qui [a] nonnunquam meliùs exponat illud Christi dictum,) Ecclesiae quidem certè recentiori displicuit, sicuti [o] Jesuitae iidem asserunt, his verbis: *Res jam ab Ecclesia, & multorum seculorum usu, & decreto* [p] *concilii Tridentini explicata est, non solùm necessariam illis non esse, sed ne decere quidem dari.* Ecclesia ergo fallere potest & falli, sive in doctrina de moribus, sive de fide: nec ex Deo semper simpliciterq; loquitur, ut Stapletonus mentitur.

[8] καὶ ἴνατως ἀδικήσω.
[9] καὶ πινήσω.
[a] *Augustin. de doctrina Christ. lib. 3. cap. 16.*
[o] *In Evang. Johan. tract. 26. Comment. Maldonati in eundem locum Evang. Johann.*
[p] *Sess. 21. cap. 4. & can. 4.*

11 Sed mendacium istud leviculae vanitatis sit, in laudem Ecclesiae: quod sequitur, in Scripturae vituperationem, cum blasphemia junctum est. Etenim si Scriptura non est vox Dei simpliciter, nec semper; quae sacrilegi verba sunt: decepti sumus igitur à Spiritu sancto, dicente; [q] *Tota Scriptura* [r] *à Deo est inspirata.* Quippe sicut [s] Aethiops ideo negatur simpliciter albus esse, quòd albus sit ex aliqua duntaxat parte, puta dentibus, cetera verò niger: sic oportet aliquam Scripturae partem à Deo inspiratam haud esse, nisi ea Dei sit vox omnino & simpliciter. At quàm futili ratione

[q] 2. Tim. 3. 16.
[r] Ἀνάπνευστος.
[s] *Aristot. de reprehens. sophist.*

tione suadet imperitis impietatem suam? Nam & Diabolus, inquit, & impostor hæreticus Scripturam loquitur voce sua, non Dei. Ita namque Latini etiam sacrorum Bibliorum interpretes, Hieronymus & eo antiquiores alii, Scripturas non [f] Prophetarum lingua, id est, Dei, sed sua [t] eloquuti sunt. Proinde, Stapletoni argumentatione, Biblia veteris vulgatæ editionis Latinæ non sunt simpliciter divina & canonica, nec pro authenticis habenda: quod tamen [u] Tridentina synodus decrevit. Vel potiùs, quia vera est hæc consequutio, (quo sensu *libros authenticos* nominat [x] Hieronymus, & *vatem* distinguit ab *interprete*,) quanquam Stapletono, contrà sentienti, redarguendo satis apta; sed ut rationis ineptia magis pateat, hypocrita ore suo divina usurpat eloquia, quæ nihilominus Dei sunt, attestante Scriptura: [y] *Improbo dicit Deus; Quid tua, ut enarres decreta mea, & assumas fœdus meum in ore tuo?* [z] Diabolus è [a] Psalmo quodam dixit Christo; *Angelis suis mandabit de te, & manibus attollent te, ne quando ad lapidem offendas pedem tuum.* Promissum Dei, clausula notanda circumscriptum; *Angelis suis mandabit de te, ut*

[f] 2. Pet. 1. vers. 20. & 21. Rom. 1. 2. & 3. 2.
[t] *Prolog. in Ecclesiasticum Jesu filii Sirach, vers. 8. Hieronym. epist. 89. ad Augustin. cap. 6. præfat. in pentateuchũ Mosis, & cæteros libros Scripturæ: epist. 104 & sequentib.*
[u] *Sess. 4. decret. 1. & 2.*
[x] *Præfat. in pentateuch. Mosis, ad Desiderium: epist. 104.*
[y] Psal. 50. 16.
[z] Matth. 4. 6.
[a] Psal. 91. 11.

ut servent te in omnibus viis tuis; quam cõditionem suppressit Satanas [b] ut impelleret Christum, præter vias & vocationem suam, ad [c] tentandum Deum: ceterùm promissio ipsa verbum Dei est, quamvis Diaboli astu mutilatum. Similiter, [d] quod eodem ex Psalmo recitabat Pontifex Romanus, Alexander Tertius, quum pede comprimeret collum Friderici, Imperatoris Romani; [e] *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*; verbum est Dei: perverso quidem sensu adhibitum, perperámque intortum contra legem, [f] *Principi populi tui non maledices*; veruntamen verbum Dei est & hæc promissio, teste Pontifice, [g] qui ad eam itidem ut [h] ad alteram Satanas præfabatur, *Scriptum est*. Quapropter, utut Diabolus & impostor hæreticus Scripturam loquitur voce sua, non Dei, Scriptura est simpliciter & semper [i] *Dei eloquium*, [k] *sermo Dei scriptus*, quemadmodum ab Apostolo quasi definitur: usq; adeò ut idem apud illum sonet, [l] *Dicit Scriptura*, atque, [m] *Dicit Deus*; & Deo, in Scriptura loquenti, tribuatur *Scripturæ* vocabulum; [n] *Scriptura dicit Pharaoni, Ad hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in*

[b] Matth.4. vers.6.
[c] vers.7.
[d] *Jo. Nauclerus, Chron. volum.3. generat. 40. Papir. Masson. de episcopis urbis, lib.5. ex Gennadio Patriarcha Constantinopolit.*
[e] Psal.91.13.
[f] Exod.22.28.
[g] *Apud Nauclerum, ibidem.*
[h] Matth.4.6.
[i] Rom.3.2.
[k] Rom.9. versib.6.13.15. & 17.
[l] Rom.4.3.& 10.11.& 11.2. Gal.4.30. 1.Tim.5.18.
[m] Rom.9.25. Heb.4.3.& 8. 5.& 13.5.
[n] Rom.9.17.

[a] Gal.3.22. [b] Rom.11.32. *in te potentiam meam*; &, [a] *Conclusit Scriptura omnia sub peccatum*, pro quo alibi, [b] *Concludit Deus*. Quum igitur Scripturæ vocem perpetuò divinam esse liqueat, vocem autem Ecclesiæ humanam esse interdum vel Stapletonus agnoscat: profectò non secunda modò thesis obiter per Stapletoni confessionem, verùm etiam tertia contra Stapletoni cavillationes comprobata est.

12 Quartæ, asserenti de articulo Symboli Christianæ fidei, *sanctam catholicam Ecclesiam, quam credimus, coetum esse totum electorum Dei*, opponit multo plura, partim sophisinata, partim maledicta: sed quæ [c] docent, quod [c] Jesuitæ de nobis falsò tradunt, *Audito Ecclesiæ nomine hostis expallescit*; id, audita Ecclesiæ natura, Pontificis verè usu venire. Nimirum, ut [d] asinus, qui leonis pelle indutus imperitis Cumanis terrori fuit, ab hospite deprehensus tandem esse asinus, fustuarium subiit: ita [e] Babylon magna, quam Ecclesiæ sanctæ catholicæ titulo tectam venerantur simplices, si pateat asinus esse has exuvias, pro meretrice habebitur. Quo impensius gemina cura Stapletonus & meam hujus thesis explicationem probationemque unam à

[c] Campian. rat. 3. Possevin. biblioth. select. lib. 7. cap. 19.

[d] Lucian. in piscatore. Evasim. adag. Induitis me leonis exuviis.

[e] Apoc. 17.5.

multis

multis [x] antea circumrosit: & plures rationes, jam in [u] opere novo concisè, pravè languidè, sub *hæreticorum* nomine propositas, ut solet, nec minùs veteratoriè, quàm solet, oppugnatas exhibet. Etenim postquam primam à divino fœdere, [x] *Ego ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus*, cujus fœderis in Evangelio uberius explanati Symbolum est epitome compendiumque, deductam [y] recitasset his verbis: *Vera Ecclesia est populus Dei efficaciter vocatus è colluvione reliquorum hominum ad Deum cognoscendum, fruendum, &c. quod extra controversiam esse aiunt omnes sanè electi, &c. Respondemus*, [z] inquit, *veram Ecclesiam esse populum Dei vocatum, &c. sufficienter; sed non efficaciter. Qualis enim vult ut Dei electos vocatio, talis est ipsa vocatio. Deus autem vult omnes homines salvos fieri 1. Tim. 2. 4. voluntate non efficaci, sed sufficiente, & quantum in ipso est. Rursus qualis est ipsius consummatoria per Christum, talis est vocatio. Christus autem factus est propitiatio pro peccatis totius mundi, 1. Johann. 2. sufficienter, non efficax. Denique cùm parabolis de invitatis ad nuptias, ad quas congregati sunt non solùm mali & boni, sed etiam reprobi, non habentes*

[x] *Demonstr. prim. fid. doctr. lib. 1. cap. 6. 8. & 11. lib. 4. cap. 14.*

[u] *Relect. eorundem, controv. 1. quæst. 2. artic. 1. & 5.*

[x] Gen. 17. 7. Lev. 26. 12. Jer. 31. 33. Heb. 8. 10.

[y] *Relect. controv. 1. quæst. 2. artic. 1. in hæreticorum argumenta.*

[z] *In solutionibus argumentorum ad arg. 1.*

veſtem nuptialem, Matth. 22. de area Dominica ventilanda in die judicii, Matth. 3. cum multis Scripturarum vocibus vocatos ideo ad pietatem, & perſeverantiam hortantibus, quia non in omnibus vocatis eſt vocatio efficax, ſed multi vocati, pauci electi, Matth. 20. doceri, veram Eccleſiam non eſſe populum efficaciter vocatum, pronunciat. [a] Canis, hac ex ultima reſponſionis parte, ad vomitum ſuum rediens; utinámque tales dapes ſibi ſoli reſumeret more canis: verùm convivator impurus vomitum ſuum, cujus fœditatem olim [b] patefeceram ac deprecatus fueram, convivis abſorbendum denuo apponit. Nam quos [c] Evangelii locos de Eccleſia militante ſcriptos, ineptè contra noſtram ſententiam de catholica, ex Evangelio item in Symbolo memorata, [d] urſerat: eos rurſum, ut [e] ſtolidus ſtultitiam ſuam inurans, ad eandem hæreſis ſcilicet Evangelicæ convincendam citat. Et tamen, quaſi triumphum quoq; hinc commeritus; rem geſtam inſolenter [f] poſt extollit, dicens: *Calviniſtæ docent, militantem quidem & viſibilem Eccleſiam habere permixtos multum bonis, ſed non hanc eſſe quam in Symbolo credimus, verùm inviſibilem quandam, qui*

a Prov. 26. 11.

b *Ut ſuprà dictum eſt, apologia hujus partis. 1.*

c Matth. 3. 12. & 20. 16. & 22. 11.

d *Demonſtr. prim. fid. doctr. lib. 1. cap. 5. 6. & 8.*

e Prov. 26. 11.

f *Eadem contro. & quæſt. artic. 5. in hæreticorum ſententiam.*

ex

ex solis electis constet: quæ insana sententia superiùs est profligata. Ego verò facilè patiens nos ab isto, ut Paulum à [g] Festo, accipi, memor dicti veteris, [h] *Incidere pium in sacrilegam dicacitatem talium, & ab eis, qui sanari nolunt, vocari insanum*; cum [i] Paulo respondeo, non insana sed vera atque sanæ mentis esse verba nostra: quantumvis ab infesto sophista sub ambiguis *Ecclesiæ veræ* vocibus, dum negat veram Ecclesiam esse populum Dei vocatum efficaciter, quia multos reprobos ac non electos solùm complectitur vera Ecclesia, in falsi suspicionem trahantur. Quid enim? Nonne quivis homo singularis, ut rem exemplo illustrem, verus est homo; etiamsi crebris laboret infirmitatibus, instar [k] Timothei; aut proximè mortem ægrotet, instar [l] Epaphroditi? Atqui non est hujus aut illius proprium [m] capacem esse grammaticæ, sed hominis communis & universalis, quem [n] appellant: nec sanus videretur, si quis universalem designans *veri* nomine, quod tamen rectè posset quum [o] *verum* omni rei conveniat ut essentiam spectat, concluderet percipiendæ grammaticæ facultatem propriam ejus non esse, quia non est

[g] *Act. 26. 24.* Insanis Paule.
[h] *Augustin. in Psalm. 6.*
[i] *Act. 26. 25.*
[k] *1. Tim. 5. 23*
[l] *Phil. 2. 27.*
[m] *Arist. topic. lib. 1.*
[n] *Porphyr. in init. cap. de specie. Arist. de reprehens. sophist.*
[o] *Plato in sophista, sive, de ente. Lud. Vives de causis corrupt. art. lib. 3.*

propria Timothei hominis veri. Itidē Ecclesia ubivis gentium militans, licet injustitiæ & impietatis doctrinā apud se toleret,
p Apoc.2.20. sicut p Thyatirensis; aut partim interierit ex hypocrisis tabe, partim ad mortem vergat, sicut
q Apoc.3.versib.1.& 2. q Sardianas; vera est Ecclesia. Sed
r Apoc.1.versib.11. & 20 qui, quoniā ista malos reprobósq; permixtos bonis habet, inde infert haud solos sanctos catholica in Symbolo tradita contineri: is, etsi quoad essentiam verus sit homo, falsus est & fallax quoad qualitatem.

13 Præcedentibus autem duobus argumentis à voluntate Dei & vocationis causa per Christum meritoria firmiùs nos urgeret: si, quàm est plausibilis distinctio efficaciæ atque sufficientiæ, tam solidè ad
f 1.Tim.2.4. locos ex f Paulo & g Johanne citatos adhiberetur. Verùm enimvero Dei voluntatem, non solùm sufficientem, & quantum
g 1.Joh.2.2. in ipso est; sed etiam efficacem, tanquam
h Psal.115.3. omnipotentis, qui h *quicquid vult facit*; significari à Paulo dicente, *Deus vult omnes homines servari*, apparet primùm ex progressa adhortatione, ac vinculo quo sententiæ illi hanc conjungit: i *Adhortor ut fiant preces pro omnibus hominibus,* k *pro regibus*, & quæ sequuntur; l *nam hoc est pul-*

i 1.Tim.2. vers.1.
k vers.2.
l vers.3.

est coram Deo, [a] *qui omnes homines vult servari*. Vis enim rationis perinde sonat, ac si diceret: [b] Fideles decet precibus ad Deum fusis orare, [c] *Fiat voluntas tua*; Deus autem omnes homines vult servari; orandus ergo nobis est Deus ut serventur omnes. [d] *Accipimus* porrò *à Deo quicquid petierimus secundum ejus voluntatem*. Servabit igitur Deus omnes pro quibus petimus. At singulos homines non servabit: [e] *Abscedite impii, execrandi*. Nec verò petendum est pro singulis: [f] vetamur quippe *orare pro peccantibus ad mortem*. Quapropter ubi jubemur precari pro omnibus, vox *omnium* (quod & specialis mentio *regum* innuit) non singula generum designat, sed genera singulorum: sicut [g] Pharisæi dicuntur decimasse omne olus, [h] id est, omne olerum genus; & [i] Christus, omnem morbum, languorem omnem sanasse, [k] id est, omne genus morbi & languoris. Ideóque per consequens similiter affirmatur Deus velle omnes homines servari, quoniam ex omnibus hominum generibus, [l] Judæis, Græcis; servis, liberis; masculis, fœminis; aliquos servabit. Deinde idem patet ex ratione subjecta, qua probat Deum velle

[a] vers. 4.
[b] Matt. 6. vers. 9.
[c] vers. 10.
[d] 1. Joh. 3. 22. & 5. 14.
[e] Matth. 7. 23. & 25. 41.
[f] 1. Joh. 5. 16.
[g] Luc. 11. 42.
[h] *Augustin. enchirid. ad Laurent. cap.* 103.
[i] Matth. 4. 23. & 9. 35.
[k] Esai. 35. 5. Matth. 10. 1. & 15. 30.
[l] Gal. 3. 28.

omnes servari: [m] *Unus enim est Deus, unus etiam mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus,* [n] *qui seipsum dedit redemtionis pretium pro omnibus.* Nam dicendo prius, unum esse Deum, significat unum itidem esse Deum omnium, ut alibi rem explanans, [o] *An Judæorum,* inquit, *est Deus solùm? nonne & Gentium? certè & Gentium: quandoquidem Deus unus est qui justificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.* Eodem nempe sensu, quo [p] Petrus, aliquando arbitratus Deum favere solis Judæis, tandem [q] *se verè comperisse* ait, *acceptum ei esse in omni gente qui eum timeat, & operam det justitiæ.* Quos enim Deus acceptos habet, ac salvifica gratia sua prosequitur: eorum Deus esse, ex usitata phrasi [r] Scripturæ, perhibetur. Neque aliter Christus in posteriore membro prædicatur seipsum redemtionis pretium dedisse pro omnibus. Nam redemtionis pretium [s] seipsum dedit patiendo mortẽ, séq; ipsum Deo Patri tanquam victimam immolando & offerendo. Atqui obtulit seipsum pro electis solis, quod testatur ipse, dicens, [t] *Pro eis ego sanctifico meipsum: pro eis,* pro [u] selectis è mundo, de quibus ait; [x] *Ego pro eis rogo; non pro mundo*

[m] 1. Tim. 2. vers. 5.
[n] vers. 6.
[o] Rom. 3. 29.
[p] Act. 10. vers. 34. & 28.
[q] vers. 35.
[r] Gen. 17. 7. Psal. 33. 12. & 144. 15.
[s] Heb. 9. vers. 12. & sequentib.
[t] Joh. 17. vers. 19.
[u] vers. 16.
[x] vers. 9. & 20.

mundo rogo, sed pro eis quos dedisti mihi, quia tui sunt. Unde item ipse dixit, [y] *Filium hominis venisse ut daret animam suam redemtionis pretium pro multis*: [z] *multos* appellans eos qui per fidem in ipsum justificantur & servantur [a] omnes [b] ex quavis tribu, & lingua, & populo, & gente. Quum ergo, quia unus est & Deus omnium, & redemtor omnium, idcirco velit Deus omnes servari; omnes autem Deo per gratiam accepti, & à Christo redemti, sint electi soli: restat Deum velle servari non singulos, sed electos è cunctis hominum generibus: non simpliciter omnes, sed omnes datos Christo, quibus ipse [c] Patris sui voluntate, ac [d] sua, vitam æternam datum iri docet; omnes prædestinatos, ut eandem vocem exponit [e] Augustinus, & exponendam arguit Apostoli institutum vel [f] Aquinate fatente, [g] autore distinctionis Stapletonianæ. Ita voluntatem Dei de salute hominum efficacem, non modò sufficientem, à Paulo asseri manifestum est.

[y] Matt. 20. 28.
[z] Esai. 53. 11. Matth. 26. 28. Heb. 9. 28.
[a] Rom. 3. 22.
[b] Apoc. 5. 9.
[c] Joh. 6. 39.
[d] Joh. 17. 24.
[e] *De corrept. & grat. cap.* 14.
[f] *Thom. Aquin. in epist.* 1. *ad Timoth. cap.* 2. *lect.* 1. Pro voluntate beneplaciti exponi potest quatuor modis. Uno modo, &c. Alio modo &c. Alio modo, ut sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum: id est, nullum genus hominum excipit à salute, quia olim tantùm Judæis, sed modò omnibus præberur. Et hoc magis facit ad intentionem Apostoli.
[g] *Ibidem, ad locum alterum,* 1. *Joh.* 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, pro aliquibus efficaciter, sed pro omnibus sufficienter: quia pretium sanguinis ejus est sufficiens ad salutem omnium, sed non habet efficaciam nisi in electis propter impedimentum.

14 Jam, quæ obiter attigi de Christo se sanctificante ac redemtionis pretium dante pro omnibus, ostendunt nomen quoq; *propitiationis*; non sufficientis, sed efficacis aptari ei in Johannis admonitione: [h] *Filioli mei, hæc scribo vobis ne peccetis: quòd si quis peccârit, advocatum apud Patrem habemus, Jesum Christum justum,* [i] *ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nostris solùm, sed etiam pro totius mundi.* Nam Christus ita [k] *sese pro mundi vita dedit,* [l] *ut quisquis credit in eum, habeat vitam æternam.* Est ergo propitiatio pro peccatis omnium totius mundi credentium: non tantùm pro illorum, seu [2] Parthi erant, seu [3] Judæi, seu [4] pii quicunque tum vivebant, ad quos Johannes scripsit. Quòd nisi dictum voluit Christum efficaciter placasse Deum pro peccatis mundi totius, sed sufficienter

[h] 1. Joh. 2. vers. 1.
[i] vers. 2.
[k] Joh. 6. 51.
[l] Joh. 3. 16.
[2] *Ut Augustinus, istâ etiam epistolam, [lib. 2. quæstionum Evangeliar. quæst. 39.] appellat* epistolam ad Parthos. *Nec enim video cur Sixtus Senensis [biblioth. sanct. lib. 2.] dubitet utrùm ille hanc, an aliam quam piam epistolam designârit: quum in hac id exter scriptum, quod citat.*

[3] *Ut probabilius Beza [annotationib. majorib. in epist. 1. Johann. cap. 2. vers. 2.] collegit ex ipsidem capitis versu septimo. Quod ipsum item Junius [animad versionib. in controvers. 1. Bellarm. lib. 2. cap. 15. num. 22.] significatorum putavit, quam adhibet Augustinus, epistolæ inscriptione* ad Parthos: *quòd exules olim* Parthi *vulgo dicti fuerint, à sermone Scythico, [Justin. histor. lib. 41.] vel ab Hebræo* פר, *dividere. Et sanè verisimillimum est epistolam à Johanne itidem ad pios exules conscriptam: at Parthis suam primam inscripsit* advenis dispersis per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, & Bithyniam. [4] *Ut Arias Montanus [elucidat. in epist. 1. Johann. cap. 2.] ibi verbo,* non pro nostris tantùm: vel Israelitarum, *inquit*, vel præsentis ætatis hominum.

tantùm

tantùm: dixit igitur eum pro nostris item, id est, suis & fidelium peccatis obtulisse quidem pretium quod sufficeret placandæ justi judicis & ultoris iræ, non autem quod placaret. Egregium verò filum consolationis, quo filiolos suos, ut sanctè viverent admonitos, à desperatione, ex fragilitatis humanæ lapsibus alioquin extimescenda, revocaret. Ac si Joseph fratribus suis, in [a] periculo mortis ex fame versantibus, dixisset; se, si esurirent, habere satis annonæ, quo sustentare & illos & patrem suum posset, non quo [b] sustentaret: aut ad retinendam Stapletonianæ distinctionis formulam, se sustentaturum esse omnes eos, sufficienter, non efficaciter. Et quid aliud ipsis hoc pacto promisisset, quàm quod [c] poëtæ Tantalo contigisse fingunt. Is enim aquis & pomis, quanquam haud efficacibus, tamen sufficientibus depellendæ siti ac fami, circumfluit. Quin & vox à Johanne usurpata de Christo cavillationem istam amolitur. Namq; [d] *propitiatio* actionem denotat, qua Deus, ex irato judice propitius redditus hominibus, in gratiam eos recipit: ut in novi fœderis promissione ait, [e] *Ero* [f] *propitius iniquitatibus eorum*, id est,

[a] Gen. 45. 2.

[b] Gen. 45. 11. Sustentabo te ibi, ne paupertate consumaris tu & familia tua.

[c] *Homer. Odyss. lib. 11. Horat. epod. 17. & satyr. lib. 1. sat. 1. Ovid.* Quærit aquas in aquis & poma fugacia captat Tantalus.

[d] ἱλασμὸς.

[e] Heb. 8. 12.

[f] ἱλεως.

est,[7] condonabo; & [8] *Christum proposuisse* dicitur [9] *propitiatorium per fidem in sanguine ipsius*, quia [t] *sibi in Christo mundum reconciliat, non imputando eis offensas eorum.* Proinde sicut Christus pronuncians apud Johannem, [t] *Ego, si sublatus fuero è terra, omnes trahamad meipsum*: significat, *omnes electos*, [t] Gregorio magno interprete: ita [u] Gregorianæ doctrinæ sectatores debebant Johannis verba, *Ipse est propitiatio pro peccatis totius mundi*, interpretanda agnoscere de [x] peccatis [y] fidelium [z] & electorum à Deo [a] undecunque [b] omnium. Nec verò solidiùs distinguit Stapletonus, tradẽdo Christum esse propitiationem pro totius mundi peccatis, sed non efficacem: quàm si nugaretur, Deum peccatoribus cunctis propitium per [c] Christi oblationem reddi, sed non placari.

15 Quamobrem, quod ego affirma-

[7] Heb. אסלח Jer. 31. 34.
[8] Rom. 3. 25.
[9] ἱλαστήριον.
Quam vocem Arias Montanus [*annot. marg. elucidat. in hunc Apostoli locum*] *ait verti posse propitiatorem, ut quædam exemplaria veteris vulgatæ Latinæ editionis & Ambrosius legunt. Cæterùm probabilius est Paulum alluſisse ad propitiatorium operculum arcæ fœderis, ἱλαστήριον LXX Græcis interpretibus dictum:* [*Exod. 25. 17. & sequentib.*] *quod umbram atque typum Christi fuisse, Piscator* [*in eundem locum ad Romanos*] *rectè observavit ex illis Pauli verbis,* [*Heb. 4. 16.*] Accedamus ad thronum gratiæ.

[t] 2. Cor. 5. 19. [t] Joh. 12. 32. [t] *Hom. 22. in Evang. & epistolar. lib. 6. epist. 15. ubi dicit* omnia electa, *quia in vetere vulgata editione Latina legit* omnia, *non omnes, ut mirum haberi sensum Græcum: sed eodem sensu.* [u] *Stapleton. propugnat. fid. ex Beda ecclesiast. hist. gent. Anglor. lib. 2. cap. 1. Canisian. cat. 5. Possevin. biblioth. select. lib. 7. cap. 21.* [x] Ephes. 1. vers. 7. [y] vers. 1. [z] vers. 4. [a] Ephes. 2. vers. 13. [b] vers. 21. [c] Hebr. 10. 14.

veram

veram *extra controversiam esse*, de populo comprehenso in divino fœdere; atque loco ejus affirmationis, quam nudam Stapletonus producit tanquam infirmiorem, firmioribus verbi divini documentis [d] jam corroboravi: id probavit item ipse argumento, quo refutare studuit; siquidem hujus populi vocatio talis est, qualis est voluntas Dei circa vocatos, vocationisque causa meritoria per Christum; utraque non solùm sufficiens, sed efficax. Quanquam & antea ex locis Scripturarum, ex quibus verba fœderis potissimum citavi, perspicere potuisset, me non ita frigidè solummodo dixisse, (absque fontibus saltem probationum astrictiùs, ut tempus tulit, indicatis,) rem extra controversiam esse. Deus enim ibi, de quibus [e] prædixerat, se fore illis Deum, & ipsos fore sibi populum, de eisdem [f] subjicit: [g] *Omnes ipsi cognoscent me, à minimo eorum usque ad maximum eorum, quia condonabo iniquitatem ipsorum, & peccati ipsorum non recordabor amplius.* Qui verò Dei cognitionem atque peccatorum remissionem habent, ii justificantur; ut idem alibi [h] ait de mediatore nostro: *Cognitione sui justificabit justus servus meus multos, & iniquitates*

[d] *In 4. thesi. §. 24.*

[e] Jer. 31. 33. Heb. 8. 10.

[f] Jer. 31. 34. Heb. 8. 11.

[g] Heb. כולם *apud Jeremiam: quod à Tremellio & Junio redditur, Quotquot erunt; ut promissum sæpe Hebraïs vel includit verbum substantivum, vel ejus loco ponitur. Sed de cunctis illo populo Dei hoc dici, Apostolus ad Hebræos vocabulo מרבים, cum sequentibus, satis ostendit.*

[h] Esai. 53. 11.

[h] Tit.3.7. *iniquitates eorum ipſe abjudabit.* [h] Juſtificati porrò heredes efficiuntur vitæ æternæ, qua nemo, niſi electus, eóque efficaciter vocatus, potietur; ſicut ſcriptum eſt: [i] *Quos prædeſtinavit, eos etiam vocavit; & quos vocavit, eos etiam juſtificavit; quos autem juſtificavit, eos etiam glorificavit.* Comprehenſum igitur in fœdere Dei populũ vocari efficaciter è colluvione reliquorum hominum ad Deum cognoſcendum, venerandum, fruendum, Scripturarum loci à me notati comprobant. Atque adeò Stapletonus ſilentio fatetur populum illum Dei ſanctam eſſe eccleſiam catholicã in Symbolo memoratam. Quapropter hanc Eccleſiam ex ſolis efficaciter vocatis & electis conſtare fateatur oportet. Nam etſi [k] vocatione externa, per miniſtros Dei Evangelium annunciantes cunctis, [l] quidam haud indu-

[i] Rom.8.30.

[k] Matt.22.verſib.3.& 10.
[l] verſ.11.
[m] Apoc.19.8. Eph.4.24.
[n] *Auguſtin.de doctr.Chriſt. lib.3.cap.32.*
[o] Matt.22.14.
[p] Act.26.18. Col.1.12. Eſai.54.13.
[q] Joh.6.verſ. 45.
[r] verſ.44.

ti veſte nuptiali, [m] id eſt, juſtitia & ſanctimonia vera, ad nuptias filii regis invitantur & confluunt; quo fit ut de [n] permixta Eccleſia (qualis militans eſt) pronunciet Chriſtus, [o] *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*: tamen in [p] conſortium Eccleſiæ ſanctæ, cui prædictum eſt, [q] *Omnes filii tui edocti erunt à Jehova*, internè vocat & [r] trahit Deus,

Deus, donans fidem, qua [f] purificantur, renovantur, servantur, quotquot veniunt: unde prædicantur [g] *beati qui ad nuptias Agni cœnam vocati sunt*, quia sic [h] *vocati æternam hereditatem acceperunt*; neque solum [i] *ex tenebris in admirabilem Dei lucem vocati*, sed & [k] *electi* nuncupantur, atque [l] *genus electum*. Quare prima ratio citra controversiam iniquè à perverso controversiarum tractatore perstricta & reprehensa est.

16 Ad proximam è Papistis quoque per Apostoli verba confirmatam, quòd *Ecclesia sancta in Symbolo tradita corpus Christi sit, & Ecclesiæ Patribus Tridentinis*; ac proinde unum Christi natum, ut ad Ephesios scriptum est, universum ipsum Spiritu, quo impii non animantur, regerit, *Ecclesiam vocari corpus Christi spiritu animatum, ad Ephes. 4.* quoniam in Scripturis usitata per synecdochen dicuntur de toto corpore, quæ aliquibus dare dicantur partibus, vt tutis corporis communis sive autem vere sanctos, sive dissimulantes, hodie Protestantes, pro indigno argumento afferre *Ecclesiam visibilem & militantem, quæ ex bonis & malis constat, non esse Ecclesiam in Symbolo descriptam*, quum eam asserere idem Tridentinus Catechismus probibeat, utpote qui

[f] Act. 15. 9.
[g] Joh. 6. vers. 37. & sequentib.
[h] Apoc. 19. 9.
[i] Heb. 9. 15.
[k] 1. Pet. 2. 9.
[l] 1. Pet. 1. 2.
[m] 1. Pet. 2. 9.

[a] Catechism. Trident. in exposit. Symb.
[b] Ephes. 4. 16.
[c] Doctores priores Sal. Jes. Ubi supra.
[d] Ephes. 4.
[e]

qui ex bolica Ecclesia Christi corpus significari tradit; itaque manifestam Concilii Tridentini mentem eadem audacia pervertere qua Scripturas ipsas. Ubi dum mihi vel ignorantiam objicit, vel dissimulationem, dissimulat ipse perfidè (quî enim potuit ignorare?) in loco illo ad Ephesios perhiberi

* πᾶν τὸ σῶμα. totum corpus Christi, totum, spiritu animari (non autem corpus Christi duntaxat, ut Stapletonus recitat absque adjuncto, quo magis persuadeat, corpus per synecdochen ad quasdam tantùm partes totius designandas usurpatum esse. Ac perfidiam suam testationem facit, quòd, post quatuordecim annos idem meum argumentum recoquens, * proponit consimillimè mutilatum his verbis: Ecclesia tradit in Symbolo se credere Corpus Christi, ac illud sancto Spiritu tanquam anima vivificatur & augetur, ad Ephes. 4. mali non vivificentur, &c. ergo, &c. Fallitur tanto nequius desperatiusque, quanto evidentius † Scriptura, quam citavi, nequaquam satis habens dicere, totum corpus, adjungit, pro mensura & unusquisque partis, ut Stapletoni glossa bifariam repugnet contextui sancti Pauli, quum hic pronuncietur totum corpus vivificari Spiritu

* Relect. pol. de pot. Eccles. contr. 4. quæst. 2. art. 5.

† Ephes. 4. 16.

* ἁρμὸς ἁφῆς μέρους.

Christi

Christi augeri, ille non totum; hic per singulas partes, ille per quasdam tantùm. Ita, qui Scripturas insignitè falso synecdoches suæ commento perverit audacissimè, audacia pari crimen [3] ab Æmilio cominisum imputat Rutilio. Cur tandem non & alios Rutilios mecũ arguens, [g] Origenem è Græcis, [h] Gregorium è Romanis, ex Afris [i] Augustinum, è Gallis duos [k] Anselmos, è nostratibus [l] Bedam? à quibus patet sacras literas similiter de singulis Christi membris & corpore toto exponi. An quia pars istorum id ipsum ex [m] epistola ad Colossenses urget, ubi [n] totum corpus idem affirmatur augescere augmento Dei? pars etiam ex [o] Johannis, & ad Ephesios quinto, membra [p] corporis Christi solos eos qui servabuntur, cęteros autem instar huiusmodi vitiosorum in corpore esse colligit? Aut eadem Scripturarũ interpretatio, prorsus eadem, in Patribus orthodoxa est, in Protestantibus hæretica? Illud verò geminum ecclesiæ hinc calumniæ, quod addit nos concilii quoque Tridentini mentem perverterc. Nec enim ego scripsi sensisse Tridentinos hoc quod noboraveram è quarto ad Ephesios, sed

quum

3 Æmilius fecit, plectitur Rutilius. Cic. lib. 2. de orat.

g Contra Celsum, lib. 6.

h Homil. 6. in Ezechielem.

i De civit. Dei, lib. 22. cap. 18. & in Psalm. Johannis, tract. 3.

k Anselm. Cantuar. in epist. ad Ephes. cap. 4. & 5. & ad Colos. cap. 2. Anselm. Laudun. glossa interlineari cap. 5. ad Ephes. in illa verba, Sint et Christus ecclesiæ caput.

l In 1. epistl. Johann. cap. 2.

m Colos. 1.

n Augmentum Dei.

o Ephes. 4. 5.

p 1. Johan. 1.

quum aliud sibi videri declarassent, id arcessiisse quo refellerentur ipsorum sententiæ: hoc est secus atque [illegible] Caiaphas (nam libuit in aliqua modo dissimilitudine simili eadem uti) Augustino adhibere) male quidem sentiens, bene tamen dixit, quia fuit Pontifex anno illius, expedire unum pro hominibus interire pro populo. Tridentini ergo concilii sententiam non pertinuit, nisi prius explanata ejus mente verè agnovisset, & ex Pauli epistolis, quibus dicat, corpus Christi tales esse debere, qualia nunc sunt, (ut Anselmus noster quibusdam verbis, sic eadem, rectiùs interpretatur) edoctus. Quin immo [illegible] ubique fatetur demum tacite requiri doctrinam, ubi testimonia sanctorum ceteris meis et Catholicis Tridentino interpositi non possint manifesta contradictione refelli, nihil quicquam tale sanctos Patres de hoc in Apostolicis verbis, de quibus disputatur, Tridentinis Patribus [illegible] fuisse probasse. [illegible]

[illegible] militer

[illegible] de [illegible] membrorum Christi.

r Joh. 11. 51.
q Contr. liter. Petiliani. lib. 2. cap. 39.
r Ad Ephesios & Colossenses, & Catechism. Tridentin. in exposit. Symb.
s Anselm. Cantuar. in 1. cap. ad Ephes. & 2. ad Colos. cap. 2.
t Bellarm. princip. fid. doctr. contr. 1. quæst. 2. artic. 5. [illegible]
u Ubi de explicatione articuli de [illegible] quæstionem, [illegible] bonis [illegible] tum [illegible] Nobile [illegible] hac in re. [illegible] contradictione esse, 2. Nobile: quòd ipsimet sua argumenta solvant. Nobile: hæc omnia argumenta loqu

militer negant *malos Ecclesiæ in Symbolo traditæ partem esse, quòd Tridentini eam & sanctificari à Christo agnoscant, & in Christo fundari; Scripturæ verò probent nec puritatem hujusmodi, nec firmitatem malis tribui:* documento sit prima summaq; argutiola, oppositæ superiori ratiocinationi; quamvis cõfirmatius interim in speciem ab[7] ipso sic propositæ; *Ecclesia vera est corpus Christi, ut Eph. 1. 4. 5.* at *non potest Christus habere membra damnata, ait Augustinus contra Cresconium lib. 2. cap. 21.* Nam[8] excipit *verum istud esse de membris conjunctioribus & Deo caris hoc est, quæ Christo per caritatẽ adhærent, & unus cum eo spiritus fiunt: sed habere Christũ membra etiam sibi conjuncta per fidem solam, aut per baptismum, & sacramentorum communionem; unde Paulus ad Gal. 3. Omnes filii Dei estis per fidem quæ est in Christo; quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis: & Augustinus enarr. in Psal. 100. collectis in unũ per baptismum dicit; Manifestum est quia ad Christum pertinemus, & membra ejus sumus.* Quid ergo? Num damnari posse illa Christi membra censuerunt Augustinus & Paulus, quæ notârunt Christo per fidem & baptismum con-

[7] Stapleton. relect. controv. 1. quæst. 2. art. 1. argum. 3.

[8] Ibid. in argumentorum solutionibus, ad 2. arg.

[8] Ibid. in explicat. artic. Notab. 1.

jungi? At Paulus ad eosdem vestigio subjicit; [b] *Nempe Abrahæ semen estis, & secundum promissionem heredes*: perspicuè docens, quum [c] vitam æternam iis adjudicet, se de [d] baptizatis in Christum ita loqui, ut loquebatur Christus; [e] *Qui credidenit & baptizatus fuerit, servabitur*; nec fidem quæ [f] dæmonibus aut [g] viris impiis inest, sed quæ [h] per caritatem operatur in piis, significasse, quum eos [i] per fidem Christo insitos & filios Dei factos diceret. [k] Augustinus autem, & [l] eundem locum de hereditate semini Abrahæ promissa, & eundē sensum de toto Christi corpore aliunde premens, *Quære*, inquit, *membra ipsius, mido gemunt per universum orbem terrarum: tunc lætabuntur in fine in corona justitiæ, de qua dicit Paulus*; [m] *Quam reddet mihi Dominus in illo die justus judex: & modò ergo cantemus in spe omnes in unum collecti, Christum enim induti Christus sumus cum capite nostro, quia utique Abrahæ semen sumus.* Nec aliter membra factos esse corporis Christi cunctos baptizatos ait [n] Augustinus, quàm *si sancti sint, & gratiam remissionis peccatorum acceperint.* Præterea homines improbos, quamvis sacramentum utrumque, cùm baptismi,

[b] Gal.3.29.
[c] Gen.13.15. & 17.7. & 22.17. Gal.3.16. Heb.6.17.& 11.10,& 12. 22.
[d] Gal.3 27.
[e] Marc.16.16.
[f] Jac.2.19.
[g] Act.8.13.
[h] Gal.5.6.
[i] Gal.3.26.
[k] *Enarrat. in Psalm.100.*
[l] Gal.3.29.
[m] 2.Tim.4.8.
[n] *Enarrat. in Psalm.85. Quo in Augustini loco Stapletonus etiam idipsum, quod in præcedente, docerinotat. Ibidem.*

baptismi, tùm eucharistiæ adeptos, sacramentum dico, non rem sacramenti, [o] affirmat *esse tanquam humores malos in corpore*, ac non tanquam membra: usque adeò ut diserte neget *in membris Christi computandos, qui vel Christo, vel Christi membro sint contrarii, aut caritate vacent*: idque rursum ex Paulo, [p] *Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; & si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra.* Quamobrem à suis ipsius autoribus damnatur Stapletonus, cujus judicio habere potest Christus membra damnata. Immo, quod majus est, [q] damnatur etiam à seipso; qui, posteaquam [r] dixisset *Christum membra trium generum habere, quædam conjuncta, quædam conjunctiora, quædam conjunctissima; conjuncta per fidem, conjunctiora per caritatem, conjunctissima verò per spem non frustrabilem; ac primos membra esse, secundos cara membra, tertios carissima propter electionem, quòd electis propria sit conjunctio tertia, secunda autem in quibusdam tēporalis & carens finali perseverantia*: tamen veritatis seu conscientiæ suæ, seu linguæ, frenum injicientis vi & luce convictus [s] fatetur *dictum Augustini negan-*

[o] *In 1. epist. Johann. tract. 3.*

[p] *1. Cor. 12. 26*

[q] *Tit. 3. 11.*

[r] *Relect. contr. 1. quæst. 2. art. 1. in explicat. articuli. Nequidam tab. 1. & 2.*

[s] *Ibid. in solutionibus argumentor. ad arg. 2.*

tis Chriſtum poſſe habere membra damnata, verum eſſe de membris conjunctioribus & Deo cariis. Quam item in ſententiam ad argumenta mea, *totum corpus Chriſti Spiritu ſancto tanquam anima vivificari, purificari, illius ſanguine, ac ſervatum iri* concludentia, [c] reſpondet, *omnia loqui de ſecunda & tertia conjunctione membrorum Chriſti, non de prima.* Denique nec prima conjunctione, quæ nulla eſt revera ſine poſtrema, nam [a] fidem Chriſti habentes [z] ſpem quoque habent non fruſtrabilem; ſed nec ſpecie primæ conjunctionis ei adhærentes hypocritas in membris numerandos [y] agnoſcit approbando voces [x] Auguſtini adverſus Ticonium Donatiſtam: nempe *de corpore Chriſti non eſſe, qui cum illo non erunt in æternum;* &, *permixtam Eccleſiam malè à Ticonio bipartitum Domini corpus appellari.*

[c] *Eadem controv. & quæſt. art. 5. in explicat. art. Nota. 3.*

[a] Rom. 3. 22. & 4. 24. & 5. 1.

[z] Rom. 5. verſib. 2. & 5.

[y] *Stapleton. eod. quæſt. art. 1. in explicat. artic. Nota. 5.*

[x] *Lib. 3. de doctr. Chriſt. cap. 32.*

18 Stapletonus igitur nobilem hæreticum vel æquat *notabilium* ſuorum uno, vel ſuperat, dum corpus Domini facit bipartitum ſaltem, ſi minùs tripartitum, & [a] Diaboli membra contendit membra eſſe Chriſti. Ceteris duobus inſignem veteratorem, vel calumniatorem potiùs ſe præbet, qui *nos nobis ipſis in hac re maximè contradicere,*

[a] *Auguſtin. lib. eod. cap. 37.*

tradicere, & nostra ipsosmet argumenta solvere affirmat. Contradictionis enim nos [b] insimulat, quòd *sanctitatem hominum semper in hac vita non solùm imperfectam, verùm etiam immundam peccatis, sordibus pollutam esse doceamus: & tamen nullos impuros velimus esse membra Ecclesiæ, sed solos sanctos.* In quo perinde facit, ac si sacras literas pugnantia loqui diceret, quòd [c] fidelibus [d] *puras manus* attribuant; & tamen [e] *solum Deum* [f] *purum esse* asserant: aut quòd [g] mortalem neminem pro *mundo* ac *justo* habeant; & tamē [h] discipulos Christi, quotquot verè sunt Christi absq; hypocrisi, *mundos* pronuncient. Nam si nihil impedit quin perfectè [i] *sanctus, innocens, impollutus, separatus à peccatoribus* Pontifex noster Christus nos [k] renovet [l] ad justitiam, quamdiu [m] caro spiritui repugnat, imperfectam nec expertem labis; ut in typo ejus Pontifex Judæorum, fronte gerens [n] bracteam cui insculptum erat [o] SANCTITAS JEHOVAE, auferebat iniquitatem rerum sacrarum quas consecrabant Is-

[b] *Stapleton. eadem quæst. art. 5. In explicat. Notab. 1.*
[c] 1. Tim. 2. 8.
[d] ὁσίους.
[e] Apoc. 15. 4.
[f] ὅσιος, *quæ vox Græcè hîc habetur, redditur pius à vetere interprete Latino, à Beza autem* sanctus: *eodem sensu quo ego* purum *interpretor, ut & ipsi ambo in priori loco ὁσίους vertunt* puros. *Quidam autem codices, ut Complutensis & Regius, legunt, μόνος ἅγιος εἶ, (non, μόνος ὅσιος,) solus sanctus es. Sed res eodem recidit: quandoquidem homines item fideles*

sancti vocantur, Matth. 27. 52. *Act.* 9. 13. *Rom.* 1. 7. & 1. *Pet.* 2. 9. *&c. in octo epistolis; Apostolorum passim.* [g] Job. 15. 14. [h] Joh. 13. 10. Matth. 5. 8. Tit. 1. 15. [i] Heb. 7. 26. [k] Col. 3. 10. [l] Eph. 4. 24. [m] Matth. 26. 41. Gal. 5. 17. [n] Exod. 28. vers. 36. [o] vers. 38.

raelitæ, & placatum ipsis Dominum reddebat: ne imperfectio quidem immunditiáq; aspersa inchoatę munditię nostrę obstabit, quin [n] *populus sanctus* solos sanctos complectatur, impuros autē nullos; sicut de catholica Ecclesia, vel [o] Jesuitis fatentibus, scriptū est; [p] *Erit illic via, quæ via sanctitatis vocabitur, qua non transibit pollutus.*

19 Nostra verò [q] ait nos ipsos solvere argumenta, quòd, *quum in materia justificationis tired bonorum operum necessitatem & dignitatem, ad loca Scripturarum, quibus ii, quos Deus in filios adoptavit, vocantur templa Spiritus sancti, & jubentur ambulare in novitate vitæ, &c. respondeamus hæreticos dicit quia filii Dei tales esse debent, & per Christum aliquando erunt; non quia nequeant aliquin esse filii Dei: similiter agnoscamus oportet Ecclesiam dici corpus Christi, mundatam ejus sanguine, & in illo fundatam, quia talis esse debet Ecclesia, & aliquando erit, non quia omnes & singuli in Ecclesia semper & assidue tales sunt.* Ubi primò falsam ad Scripturas eas, quæ mores pios & probos à fidelibus flagitant, affingit nobis responsionem: contra quam Apostolo assentimur, dicenti; [r] *Quotquot spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei.*

[n] Esai.62.14.

[o] Campian.rat. 3. Possevin. biblioth. select. lib. 7. cap. 19.

[p] Esai.35.8.

[q] Stapleton. ibid. Notab. 2.

[r] Rom.8.14.

Dei. Nam & [f] apologia Ecclesiæ Anglicanæ testatur ex [t] hujusmodi locis nos docere, bona opera necessaria esse Christiano homini ad salutem: & [u] eandem operum bonorum necessitatem, cautione adhibita, ne ob ambiguas voces aut ad justificationem requiri videantur, aut æternæ vitæ merita perhiberi, probant item reliquæ reformatæ Ecclesiæ. Deinde fraudulenter, pro eo quod ad suæ rationis à pari vim justam exprimendam, ut subjectum idem, de filiis Dei agens, utrinque retinebat, ita hîc decebat fieri, reddique; *Quia Ecclesia talis esse debet & aliquando erit, non quia talis assiduè & semper est Ecclesia*: mutat formulam pronunciati, ac posteriore loco substituit; *Non quia omnes & singuli in Ecclesia semper & assiduè tales sunt.* Nos enim cuncta membra Ecclesiæ catholicæ membra esse corporis Christi confirmamus, ideóque cum Christo in æternum fore: ceterum in Ecclesia esse & hypocritas, tanquam vitiosos humores in corpore, qui non adhærent ut partes, nec Spiritu vivificantur, sed excernuntur, agnoscimus. Postremò ex antithesi, qua, quos negat tales esse perpetuò, futuros tamen aliquando

[f] *In 2. parte: cap. 20.*
[t] Ephes. 2. 10. Col. 1. 13. Heb. 9. 14. Phil. 1. 12. 1. Cor. 6. 19. Ephes. 3. 17.
[u] *Harmon. confessionum fidei. sect. 9. Helvet. confess. posterior cap. 16. Bohem. cap. 7. Belg. artic. 24. Saxon. artic. 3. &c. cum observat. 7. ad Augustan. confess. & observ. 1. ad Wirtemberg.*

do tales insinuat, imprudens annuit omnes & singulos in Ecclesia, qui nempe (interprete [x] Augustino) *sic in Ecclesia sunt ut etiam sint Ecclesia, sic in* [y] *domo Dei ut ipsi* [z] *domus Dei sint*, conjungi Christo arctissimè, ac per eum servari. Itaque dum nostra nosmet argumenta solvere mentitur, enervat ipse sua ipsius notabilia, & veritatem superiorum mearum rationum astruit.

20 Quo expeditior erit ceterarum defensio, non solùm contra recoctam distinctionis *membrorum conjunctiorum* cramben, quam singulis fere opponit, sed & contra reliquas ejusdemmodi gerras. Dixeram *hanc Ecclesiam esse* [a] *oves vocem pastoris audientes, & sequentes eum; esse* [b] *sponsam* [c] *Christi, quam dilexit, redemit, moriendo à morte liberavit: esse* [d] *hortum conclusum, fontem obsignatum, similiáque in Cantico canticorum, ad solos sanctos & justos spectantia,* [e] *Augustino judice; nec ab Augustino tantùm, verùm etiam à* [f] *Clemente Alexandrino,* [g] *Ambrosio,* [h] *Gregorio, atque* [i] *Bernardo definiri cœtum electorum Dei.* Quæ postquam proposuisset [k] iste suo more, & porrò quod de ovibus dixeram probasset tùm Christi pronuntiato, [l] testantis

[x] *Augustin de doctr. Christ. lib. 2. cap. 32. De baptism. contr. Donatist. lib. 7. cap. 51. & 52. 2 Tim. 2. 20.*
[y] *Heb. 3. 6.*
[z] *1. Pet. 2. 5.*

[a] *Joh. 10. 27.*
[b] *Cant. 4. 8.*
[c] *Ephe. 5. vers. 23. & sequentib.*
[d] *Cant. 4. 12.*
[e] *De baptism. contr. Donatist. lib. 5. cap. 27.*
[f] *Strom. lib. 7.*
[g] *In epist. ad Ephes. cap. 3.*
[h] *In Job. lib. 28. cap. 9.*
[i] *Sermon. 78. in cant.*
[k] *Stapleton. relect. controv. 1. quæst. 2. art. 1. in hæreticor. arcum.*
[l] *Joh. 10. 28.*

ves suas non peritur as in æternum, nec rapturum eas è manu sua quenquam, Johannis decimo; tùm verbis [m] Augustini in eum locum, docentis *solos prædestinatos esse oves Christi*: ad hoc [n] respondet, *Christum ibi quidem loqui de ovili suo juxta membra ejus conjunctissima & carissima, id est, de electis*; *Ecclesiam tamen, ut* [o] *ostenderat, propter primum genus membrorum appellari Actorum vicesimo gregem Christi, in quo sunt oves sanæ & scabiosæ.* Astutia plusquam scabiosa, si, haud ausus dicere, in Christi grege, cujus mentio fit Actorũ vicesimo, esse [p] oves & hœdos, id est, electos & reprobos, (nam ita patuisset insulsissimum ejus responsum ad sententiam meam de ovibus,) putavit opponendo *scabiosas sanis* se persuasurum oves nequaquam solos esse electos: quasi verò non, ut [q] pastor oves scabiosas curando sanas efficit, sic [r] Christus homines perditos servaret, [s] ægros confirmaret, [t] oves que suas, in æternum perituras negando, concederet errare posse ad tempus, quemadmodum notat [u] Augustinus; nec [x] Actorum vicesimo grex Christi vocaretur *Ecclesia Dei, quam sanguine suo* [7] *acquisivit*, ad designandum [7] populum electum qui Deo cedit

[m] *Tract. 45. in Evang. Johann.*

[n] *Stapleton. ibid. in argumentor. solut. ad 5. arg.*

[o] *Ibid. in explicat. artic. Notab. 2.*

[p] Matt. 25. 33.

[q] *Varro de re rust. li. 2. ca. 11. Virgil. Georg. lib. 3. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 16. Columell. lib. 7. cap. 5.*

[r] Matt. 9. 13. & 10. 6. & 15. 24.

[s] Ezek. 34. 16.

[t] Joh. 10. 28.

[u] *Tract. 45. in Evang. Johann.*

[x] Act. 20. 28.

[7] Θεὸς περιεποιήσατο.

[7] 1. Pet. 2. 9.

cedit [b] *in possessionem* seu [a] *peculium*. Alterum autem de sponsa ex [a] Paulo [g] recitans mutilatè, ac si nos eam diligi à Christo duntaxat urgeremus, [c] fugillat ampliùs, addendo, quòd *Christus diligit reprobos, non quidem finaliter, sed temporaliter, quatenus ad tempus boni sunt: deinde Christus diligit Ecclesiam, in qua sunt reprobi, propter electos qui in ea sunt; sic propter decem justos parsurus erat Sodomis, Genes.* 18. Quorum prius & hebes est sophistæ jaculum, ex voce ambigua fabricatum; quum Paulus, dicens *Christum dilexisse Ecclesiam*, amorē indicet de quo Dominus ait apud prophetas, [d] *Dilectione perpetua dilexi te*, [e] *Jacobum dilexi*: neque, si acutum esset, me feriret; qui ex Pauli verbis, [f] *Christum ea salutem dare ut caput corpori, & [g] præ amore seipsum pro ea tradidisse*, asserueram sponsam non dilectam solùm, sed etiam redemtam, & liberatam à morte, hoc est, [h] dilectam finaliter. Posterius, dum Ecclesiam in membra pia & impia, ut Sodomorum urbem in habitatores justos & injustos dividit, refragatur sacris literis sponsam [i] *totam pulcram* prædicantibus: & [k] *uxorem Agni beatis* quidem *nuptiis* ex parte fruituram, sed

[b] eis accumulat.
[a] Mal. 3. 17.
[g] Eph. 5. 25.
[c] Stapleton. ibid. in hæreticorum argumentu, arg. 3.
[c] Ibid. in argumentor. solut. ad 3. arg.
[d] Jerem. 31. 3.
[e] Mal. 1. 2. Rom. 9. 13.
[f] Ephe. 5. vers. 23.
[g] vers. 25.
[h] Joh. 13. 1. 1. Cor. 1. 8. 1. Pet. 1. 9.
[i] Cant. 4. 7.
[k] Apoc. 19. 7.

sed ex parte [l] stagnum ardens igne & sulphure subiturum statuit. Jam adversus proximam rationem de horto conclusio, fonte obsignato, [m] regerit *Ecclesiam hinc ab Augustino urgeri contra Donatistas non catholicam, sed perfectam*: quàm scita distinctione, judicent qui observant eidem in Cantico canticorum attribui [n] *perfectæ* nomen, ac *columbæ*; *columbam* autem *Ecclesiam catholicam* ibi dictam ab [o] Augustino asseri. Patres verò citatos ultimo loco [p] ait *docere quidem electos esse membra Ecclesiæ, sed non docere solos electos esse talia membra: & ideo Ecclesiam ab electis qui in ea sunt, vel describere interdum, vel definire, non quia soli tales ad illam pertinent, sed quia maximè & potissimum, nempe effitaciter & finaliter, soli tales ad illam pertinent.* Quo responso monstrat mirificam, vel peritiam artis dialecticæ, vel fidem in negotio definiendi & describendi. Tanquam si quis pecudes nolens [q] rationis expertes reputari, diceret antiquos scriptores tradere quidem homines esse animantes rationis compotes, sed non tradere solos homines

[l] Matt. 25. 41. Apoc. 21. 8.

[m] Stapleton. ibid. ad 4. arg.

[n] Cant. 6. vers. 6. seu 8. ubi vocem Hebraam, quã vetus Latinus interpres vertit, perfecta, Graci autẽ, τελεία, Tremellius & Junius reddunt, integra: sensu eodẽ. Ut ipsam quoque perfectæ appellationem, in Latinũ redditam translatione Syra novi Testamenti, ad exprimendũ vocabulũ idem sonans adhibent; Matt. 5. 48. Phil. 3. 15. quibus locis τέλειον item omnem Græcè accommodatur fidelibus; ἐστὶ δὲ υἱοὶς τέλειοι, &, ὅσοι ὦν τέλειοι. [o] In Evang. Johan. tract. 6. [p] Stapleton. ibid. ad 6. arg. [q] 2. Pet. 2. 12.

esse

eſſe tales: ideoque hominem ab illis, vel deſcribi nonnunquam, vel definiri animal rationale, non quòd ſolus homo animal rationale ſit, ſed quòd ſummè ac diutiſſime, ſolertia ſcilicet mentis & in ſenectute, ſolus homo animal rationale ſit.

21 Denique quòd [r] oblatrat, *ſententiam Raivoldi Anglocalviniſtæ ex diametro planè adverſari ſententiæ Mornæi Calviniſtæ Galli, tradentis Eccleſiam, quatenus à Judæis diſtinguitur, appellari catholicam, ideoq; ad illam pertinere omnes qui Chriſti nomen profitentur; & ſe utramq; horum Calviniſtarum ſententiam [s] antea confutaſſe, referendo ex Patribus, Auguſtino, Beda, Vincentio Lirinenſi, catholicam dictam eſſe Eccleſiam ad diſtinctionem partium & ſectarum, quæ hoc & illo loco ac tempore emergunt*: quàm futiliter iſtinc objiciat mihi Stapletonus Angloſycophanta, *eam ita dictam propterea quia per totum terrarum orbem diffunditur*, quaſi non & electi diſperſi ſint per [t] totum orbem, nihil neceſſe eſt aliunde oſtendere. Nam [u] Beda, ut Mornæum & ceteros una opera, per ipſius teſtem, nec inter ſe nec mecum diſſentire doceam, non ſolùm ait, *liquidò patere catholicam inde vocari Eccleſiam,*

[r] Stapleton. demonſt. princip. fid. doctr. lib. 4. cap. 14.

[s] Lib. eodem, cap. 1.

[t] Eſai. 42. 10. Marc. 13 27. 1. Pet. 1. 1. Apoc. 5. 9.

[u] Expoſit. in Cant. lib. 5. ad cap. 6.

um, quòd per totas mundi partes in una pace, in uno Domini timore ædificetur, & una eadémque Spiritus sancti consolatione vegetetur, quæ Græcè habetur [1] *κατ' ὅλην, ubi Latinè legitur* [2] *per totam, in his Lucæ verbis; Ecclesiæ per totam Judæam & Galilæam & Samariam habebant pacem, ædificabantur, & ambulantes in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebantur*: verùm etiam addit, *Ecclesiam unam esse tot bonorum electorum omnium multitudinem per omnia, & mundi loca, & tempora sæculi, uni Deo & patri omnium subjectam.* Num sibi ex diametro adversans, qui catholicæ appellationem ab Ecclesijs in terra militantibus fluxisse vult: & electos omnium temporum nihilominus, eóque nunc in cælo item triumphantes catholica includi contendit? Minimè verò. Quantumvis enim una quapiam ex parte manârit etymologia & ratio vocabuli: potest tamen ejus notione totum rectè comprehendi. Quemadmodum Hebræis [1] *homo* ab [2] *humo*, ex qua [3] corpus hominis formatum est, videtur nomen accepisse: quanquam & anima, divinitus inspirata, eo significetur; usque adeò ut homo mortuus [4] negetur esse homo; & [4] celebre axioma sit,

[1] Act. 9. 31.

[2] Ita Beda sententiam hoc loco mutilatam, supplens ex ipsius retractatione in Act. apost. cap. 9. Non ut Sixtus addendo vocem universalis, adjungit ὅλην τὴν οἰκουμένην: mendose, quod ex ipso contextu manifestissimum est.

[1] אדם
[2] ארמה
[3] Gen. 2. 7.
[4] Aristot. de interpret.
[4] Cicero in somnio Scip. Platin. lib. quid animal, quid homo. Macrob. in somn. Scip. lib. 2. cap. 12.

fit, *Mens cuiuſque eſt quiſque.* Sic igitur nec [b] Mornæus, *catholicæ* nomen prædicans Symbolo inſertum ad declarandum Eccleſiam [c] cunctarum eſſe nationum, non modò Judæorum hoc ſibi arrogantium, mihi adverſatur omnino, nedum ex diametro, qui electos ſolos è Judæis ac gentibus Eccleſiæ in Symbolo contineri ſtatuo. Non magis quàm ſibi ipſi, qui, quum [d] diuiſſet *Eccleſiæ* nomen, ſi limatè loqui voluerimus, tribuendum eorum tantùm cœtui, quos per cuncta tempora & loca Deus ad æternam vitam elegit, eidem illud Symboli accommodat, *Credo Eccleſiam*: & *catholicæ* titulo, ibi adſcripto, ſignificari Eccleſiam quam inviſibilem nuncupat, hoc eſt, electorum, ex [e] Optato (ſicut Pontificiis notis [3] explicatur) [f] probat, aſſerente *catholicam inde dictam eſſe, quòd ſit rationabilis & ubique diffuſa.* Unde Auguſtinum etiam & Vincentium à Stapletono perperam nobis opponi, quippe conſona prorſus Bedæ (ut agnoſcit) tradentes, planum fit. Ac [g] Vincentii quidem verba, ab ipſo citata, *id eſſe verè propriéq; catholicum, quod ubiq;, quod ſemper, quod ab omnibus creditũ eſt*, catholicam Eccleſiam electis circumſcribunt

[b] *Tract. de Eccleſia, cap. 2.*
[c] Act. 11. 2. Rom. capitib. 9. 10. & 11. Apoc. 5. 9.
[d] Ibid. cap. 11.
[e] *De ſchiſm. Donatiſt. lib. 2.*
[f] *Franciſcus Baldinus, [annotat. in Optatum,] dicente:* Quum Optatus ſubjicit catholicam eſſe eccleſiam, quæ ſit rationabilis, videtur rationabilem appellare, quæ non tam oculis cernatur, quàm ratione, hoc eſt, mente & intellectu comprehendatur.
[1] *Mornæus in eodem tractatu de Eccleſia recognito, auctoq;, ac Rupellæ excuſo, anno Dom. 1599.*
[g] *Contra profan. nov. cap. 3.*

cumscribunt vi catholicæ fidei. Etenim in Scriptura [b] *romanis fides*, quæ catholica est, appellatur [i] *fides electorum Dei*. Vox autem [k] Augustini citata quoq; ab ipso, sed concisè ac vafrè, scilicet in summam contracta per compendium, non fusè, ut Vincentii, & integrè expressa, quòd alioquin etron Stapletonianus illinc patefieret. Augustinus, inquam, eandem in sententiam, de corpore Christi agens *Ecclesiam* definit *totum populum sanctorum, ad unam civitatem pertinentium, ubi sunt & Angeli cives nostri: eámque esse ait, non quæ hoc loco est, sed quæ hoc loco & per totum orbem terrarum omnes quæ hoc tempore, sed ab ipso Abel usque ad eos qui nascituri sunt usq; in finem, & credituri in Christum.* Nam primò nomen [l] *populi sanctorum* ex Daniele satis clarè indicat significari [m] *electos, gentem sanctam, &* [n] *populum Dei peculiarem* eximiè nuncupatos: quandoquidem hic est populus cui soli regnum amplissimum in Christo & cum Christo, ut [o] ibidem promissum est, ita datum iri testantur [p] sacræ literæ. Tum id multo clariùs evincit, quòd hi sancti, ex [q] Paulo, affirmantur ad *civitatem* unam ubi & *Angeli* cives sunt nostri, pertinere: utpote

[b] Tit. 1. vers. 3

[i] vers. 1.

[k] Enarrat. in Psal. quinquagesima 2.

[l] Dan. 7. 27.

[m] 1. Pet. 2. 9.

[n] Exod. 19. 5. Mal. 3. 17. Tit. 2. 14.

[o] Dan. 7. 27.

[p] Apoc. 5. 10. & 20. 6. & 22. 5.

[q] Heb. 12. vers. 22.

pote cujus cives *homines*, cum electis Angelis sociatos, subjungit idem Paulus [1] *conscriptos esse in cœlis*. Clarissime demum *rebelles* ex [2] Mose facta mentio, viri [3] *justi & fideles* [4] *electorum* prædicti, tanquam à quo initium duxerit catholica Ecclesia, civitas Dei, civitati mundi & Satanæ oppositæ: nequaquam autem Caini [7] hypocritæ & homicidæ, à quo, ut [8] fratre natu majore, si Ecclesia, quam [9] Augustinus vocat permixtam, ac non veram, catholicam propriè diceretur, exordiendum potiùs erat. Quas ad res firmandas & illustrandas amplius, distribuit [b] alibi *cunctum genus humanum* in *duas civitates, sive societates, unam prædestinatam in æternum regnare cum Deo, alteram æternum supplicium subire cum Diabolo*: subjicitque *ad istam pertinuisse Cain, qui prior natus est, civis hujus seculi; ad illam verò Abel, qui gratia prædestinatus, gratia electus, gratia peregrinus deorsum, civis sursum fuit.* Ac [c] Symbolum ex professo [d] diligenter explicans, scribit [e] *sanctam Ecclesiam, Deo Patri, Filio & Spiritui sancto ibi subjunctam, tanquam cõditori ciuitatem suam, accipiendam esse totam, non solùm ex parte quæ peregrinatur in terris à solis ortu usque ad occasum laudans*

[1] vers. 23.
[2] Genes. 4.
[3] Matt. 23. 35.
[4] Heb. 11. vers. 4.
[7] vers. 40.
[8] Gen. 4. vers. 3. & 8.
[9] vers. 1. & 2.
[a] *De doctr. Christ. lib. 3. cap. 32.*
[b] *De civit. Dei lib. 15. cap. 1. & 15.*
[c] *Enchirid. ad Laurent. cap. 7.*
[d] *Retract. lib. 2. cap. 63.*
[e] *Enchirid. ad Laurent. cap. 56*

dans nomen Domini, & post [4] vetustatem captivitatis cantans canticum novum: verùm etiam ex illa quæ in cælis semper, ex quo condita est, cohæsit Deo, nec ullum sui casus malum experta est. Quibus in verbis si minùs clarè dixerit, Ecclesia catholica & universa in Symbolo comprehendi cum Angelis homines, non quoscunque fidem profitentes, sed electos qui penitus liberati à [f] vetere corruptela peccati, à quo in terris quasi [g] capti fuerant, in cælos veniunt ad triumphum, & [h] canticum novum canunt, sicut scriptum est: hoc tamen se voluisse planius facit [i] postea, quando illud [k] Pauli exponens, *instaurari omnia in Christo quæ in cælis sunt, & quæ in terris; Instaurantur*, inquit, *quæ in terris sunt, quum ipsi homines, qui prædestinati sunt ad æternam vitam, à corruptionis vetustate renovantur.* Hanc autem Augustini & aliorum Patrum sententiam, Prophetis Apostolisque consonam, quum probent Ecclesiæ, non modò [l] reformatæ, sed etiam Pontificiæ; imprudentes forsan istarum aliquæ, verùm probent, quemadmodum ex variis

[4] Ita lego potius, quam (ut quidam codices habent) vetustatis captivitatem: quoniam Augustinum id ipsum hîc, captivitatis, quod post, corruptionis vetustate, notasse arbitror. Præsertim quum fortassis etiam alluserit ad captivitatem Babyloniam, hujus rei typum: ut libro de catechizandis rudibus ostendit, cap. 21.

[f] Rom. 6. 6. Ephes. 4. 22.
[g] Luc. 4. 18. Rom. 7. 23.
[h] Apoc. 5. 9. & 14. 3.
[i] Enchirid. ad Laurent. cap. 62.
[k] Ephes. 1. 10.

[l] Harmon. confess. fid. sect. 10. Catechism. Angl. Scot. Genev. Palatinat. &c. in expos. Symb.

T [m] confessio-

[m] confeſſionibus & catechiſmis ante Tridentinum ſcriptis, eſt perſpicere: quo ore nominat eam Stapletonus ſententiam *Anglocalviniſtæ*, atq; confutatam ſe dediſſe pronunciat? Num Romanenſium item Synodorum præſules, immo & Patres, & Apoſtoli, & Prophetæ Calviniſtæ ſunt Stapletone? Italocalviniſtæ? Francocalviniſtæ? Afrocalviniſtæ? Judæocalviniſtæ? Et tu horum omnium ſententiam confutare potes ac ſoles?

22 Quod niſi effectum dederis, vel potiùs quia effectum nec dediſti ipſe, nec dare queunt cunctæ ſophiſtarum machinæ: haudquaquam nos turpificas, ſed [n] deſpumas tua ipſius dedecora, [o] dicendo *Proteſtantes nonnullos non minùs novè, quam imperitè & ineptè diſtinguere catholicam Chriſti Eccleſiam à militanti & viſibili.* Idque tam vocabuli notio clariſſima, quàm explanatio rei ſubjectæ vocabulo, etiam anteſignanis adverſariorum probata, magis docet. Quid enim eſt *catholica* niſi univerſalis? unde quem articulum fidei expreſſerat [p] Synodus Lateranenſis dicendo, *una eſt fidelium univerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſalvatur*: eam [q] Bonifacius

[m] *Concil. Colon. enchirid. Chriſtian. inſtitut. in ſymb. Apoſt. Petricov. ſynod. confeſſ. catbol. fidei, cap. 14. Quam à Pontificiis magno conſenſu per complures orbis Chriſtiani oras receptam & approbatam teſtatur Heſius Cardinalis; (qui conſenſu & nomine ſynodi eam ſcripſit:) epiſt. ad Henr. Valeſ. regem Poloniæ; præfixa, loco præfationis, editioni novæ ejuſdem confeſſionis inter opera Heſii.*

[n] *Jud. verſ. 13.*

[o] *Stapleton. demonſtr. princip. fid. doctr. lib. 1. cap. 6.*

[p] *Cap. firmiter. extra. de ſumma Trinit. & fide catholica.*

[q] Be
inqu
te fi
nec
verſa
[r] Pa
ſiten
phar
parte
tenti
dus e
tante
minu
tono
ut m
Sem
Care
creat
ac tri
à pa
cont
rus,
catho
atacu
tur.
Rom
minu

[q] Bonifacius Pontifex expressurus, *unam*, inquit, *sanctam Ecclesiam catholicam vr gente fide credere cogimur & tenere, extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum.* Universalis autem Ecclesiæ partes duæ sunt, ut [r] Papistæ quoque, non modò [r] nostri confitentur: altera militans, altera triumphans. Quamobrem si totum sit majus sua parte, ex [t] mathematicorum veterum sententia: qualis theologiæ doctor judicandus est, qui distinctionem catholicę à militante ut ineptam & novam carpit? Bellarminus quidem, à Papa, qui errare (Stapletono, spero, judice) non potest, adhibitus ut magister antiquæ fidei peritissimus ad Seminariorum alumnos instituendos, & Cardinalis demum ob rem bene gestam creatus, Ecclesiam catholicam à militante ac triumphante perspicuè, tanquam totum à partibus, [u] distinguit. Usque adeò ut controversiam de triumphante tractaturus, *perventum esse* [x] dicat *ad eam Ecclesiæ catholicæ partem illustrandam, quæ in cœlo beata cum rege suo Christo ævo sempiterno fruitur.* Sed timuit forsitan Stapletonus ne de Romanæ Ecclesiæ existimatione multum minueretur, si detraheretur ei titulus *catholica,*

[q] Cap. unam sanctam, extrav. commun. de majorit. & obedient.

[r] Catechism. Tridentin. in expos. Symb.

[r] Harmen. confess. fid. sect. 3.

[t] Euclid. elementor. lib. 1. ex Theonis comment.

[u] Præfat. in disputat. de controversiis Christ. fid.

[x] Præfat. in septimam controversiam gener. de Eccles. triumph.

lica, ac relinqueretur tantùm *militantis*. Præſertim quum militantem agere pluſquam decuit, quia parum Apoſtolicis [y] armis militiæ, adverſus [z] Anglos, adverſus [a] Gallos, adverſus [b] Imperatorem ſuum ſæpe viſa ſit. Ignoſcamus igitur quòd [c] Epicureorum aut Stoicorum more, veluti pro aris & focis ſuis dimicans, Chriſtianam doctrinam ſugillet probris imperitiæ, ineptiarum, [d] novitatis: & verba victis permittamus. Nec moleſtè feramus axioma illud impuro [e] paraſiti Pontificii ore nuncupari *hæreſin Johannis Hus damnatam*: quod tanta cum ſolatii cauſa ſentimus puriſſimo Dei Optimi Maximique verbo ab omni vel leviſſimi erroris nota abſolvi.

23 In quinta, id eſt, ultima theſi, cujus quicquam ab eo rodi comperio, quoniam inter cauſas, cur *Romana Eccleſia non ſit ſanum membrum catholicæ*, hanc attuleram, quòd *ſenſum in Scripturæ expoſitione cum ſolùm approbet, quem Eccleſia Romana tenet, aut Patrum unanimis tradit conſenſus*: [f] infert per nequiſſimam enunciati mei mutilationem,

y 2. Cor. 10. 4.
z Ciccarell. append. ad Platinam de vitis Pont. in vita Gregor. XIII. Cæſar. Campan. hiſt. lib. 1. Jo. Stows in continuat. Anglicor. annal. Wolfii & Holinſ. an. Dom. 1589.
a Ciccarell. in vita Gregor. XIV. Cæſar Campan. lib. 12. Meteran. hiſt. Belg. lib. 16. ann. 1591.
b Pandulph. Collenut. hiſt. Neapolit. lib. 4. Aventin. annal. Boior. lib. 7. Cuſpinian. de Cæſarib. & Imperat. Rom. in Friderico II.
c Act. 17. verſ. 18.
d verſ. 19.
e Stapleton. relect. princip. fid. doctr. controv. 1. quæſt. 2. art. 1. in ſolut. argument. ad arg. 6.
f Demonſtrat. princ. fid. doctr. lib. 13. cap. 9.

nem,

nem, præcisa videlicet una parte disjuncti, *me negare Patrum expositiones suscipi debere: immo & asserere falsa Ecclesiæ hoc ipsum notam esse atq; argumentum, quia in expositione Scripturæ Patrum consensus unanimis admittitur.* Ac magnum Academiæ Cantabrigiensis lumen, Fulconem, qui *Ecclesiam nostram expositiones veterum in præcipuis fidei articulis suscipere tuerig.* [g] scripserat, *mihi manifestè contradicere* ait: usq; adeò ut eum insultabundus interroget; *Quæ est igitur illa vestra Ecclesia, quæ Patrum expositiones suscipit ac tuetur? Quid? Alia Cantabrigiæ Ecclesia est quam tu tenes, & alia Oxoni quam Rainoldus tenet? Aut si una est utriusq; Academia Ecclesia, necdum exploratum habetis Patrum expositiones adhibendæ sint necne?* Verùm ut Jonathan, quem [h] Saul tùm in certamen cum Davide committere, tùm [i] ipsum etiam hasta percutere conatus est, Davidem ab iniqua criminatione defendit peramanter, & utrumq; à Saulis furore liberavit: sic [k] Fulco à calumniis Stapletonianis nostram amborum innocentiam vindicat, & Oxoniensi Ecclesiæ cum Cantabrigiensi, mihi cum illo meliùs convenire, quàm inimico in votis erat, ostendit.

[g] *Respons. ad quæstiones Alani, artic. 8. postul. 2. & ad Stapletoni principi. fid. doctrinal. lib. 4. cap. 10. & 11.*

[h] *1. Sam. 20. vers. 30.*

[i] *vers. 33.*

[k] *Lib. de successione Ecclesiastica, contra Stapletoni principium fides doctrinalium librum decimum tertium, cap. 9.*

Namq; rectè observat *me duo conjunxisse, quorum alterum Stapletonus dolosa reticentia praescisset. Nec enim ideo Romanam Ecclesiam damnasse, quia in Scripturæ interpretatione id approbat quod Patrum unanimis traditi consensui; sed quòd non alium sensum admittat quàm quem tenet Ecclesia Romana, aut quem unanimis consensus Patrum tradit: quo fit ut quum permulti sint Scripturæ loci, quorum expositionem Patrum unanimis consensus non tradidit, eorum omnium interpretationem sua tantum judicio Romana Ecclesia subjiciat. Et verò hanc meam mentem adeò perspicuè ex toto argumenti contextu elucescere, ut* meritò neget *eam latere quiviſſe Stapletonum, ſi quæ proximè apud* [l] *me ſequuntur vel minima judicio expendere voluiſſet potiùs, quàm graviſſimo meo argumento, cujus impetum ferre non poterat, inani captiuncula detrahere ſtuduiſſet.* Amiciſſimo quidem erga me animo vir non minùs candidus, quàm eruditus, laudans explicánſque ſententiæ meæ vim quadantenus: ac verè patefaciens Stapletoni fraudem, haud diſſimilem ejus qui [m] Serapion olim Severianum damnandum eum avit ut blaſphemum, quia, quum hic illi ſuccenſens exclamaſſet, *Si Serapion moriatur*

[l] *Ibidem, in 5. theſi.*

[m] *Socrat. hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 10.*

moriatur Christianus, Christus non est factus homo; Serapion, suppressa priore dicti parte, duntaxat retulit eum dixisse, *Christus non est factus homo.* Nisi Stapletonus multo impudentiùs egisse potius judicandus sit, qui dictum meum integrum recitans principio, pòst tamen sic accusat, tanquam simplici enunciato Papistas arguissem *Scripturæ solùm eum sensum approbare quem unanimis Patrum tradit consensus:* ac non composito, per disjunctionem, *eum quem Ecclesia tenet Romana, aut quem unanimis consensus Patrum tradit.*

24 At ego, quod Fulconis candor in sententia mea vel non vidit, vel notare noluit, agnosco me, præ nimio brevitatis studio, videri jure posse aliud dixisse ac volui debuiq;. Nam hæc verba mea de Romana Ecclesia, *sensum in Scriptura exposítione solum eum approbat quem Ecclesia Romana tenet, aut Patrum unanimis tradit consensus,* insinuant ex notione disjunctivæ particulæ, Romanam Ecclesiam Scripturæ sensum approbare quem Patres tradunt unanimes, etiamsi Ecclesia Romana eum non teneat. Ut si veterem plebem Romanam quis assereret pro legibus ea habuisse quæ

plebs Romana sanxissет, aut decrevissent Senatores: ille significaret Senatusconsulta pro legibus habita esse à plebe, tametsi plebi haud placuissent. Qua in re quemadmodum major [n] hinc Quiritibus inureretur nota modestiæ, quàm decebat: similiter & illinc injuria facta est. Romana enim Ecclesia, sicut jam recognitis verbis meis [o] expressi è [p] Tridentina Synodo, *Scripturas* vetat *exponi contra eam sensum quem Ecclesia Romana tenet, aut etiam contra unanimem consensum Patrum.* Ita quantumcunque autoritatis tribuat unanimi Patrum consensui: nullum tamen prorsus Scripturarum sensum admittit quem non ipsa teneat. Immo, quod majus est, reapse sibi soli totam Scripturarum interpretationem arrogat: Patrum verò nomen in speciem tantùm obtendit ad fucum simplicioribus, tam suis, quàm nostris faciendum. Quippe inter ipsos quoque Pontificios sunt qui arbitrentur Synodum Tridentinam *unanimi consensu Patrum* denotare multorum modò Patrum consensum, non omnium: ut [q] *Hartus* meus fassus est. Probabiliter quidem, ne agnosceret eam adeò meretricia cerussa velle sensibus Scripturæ

[n] *Anton. Augustin. de legib. cap. 3. & 7. Paul. Manut. de senatu Rom.*

[o] *In 5. thesi. §. 30.*

[p] *Session. 4. decret. 2.*

[q] *Colloquii cap. 2. §. 2.*

Scripturæ à se impositis ornatum conciliare: sed nec verè, & suis tam periculosè, ut Stapletonus & alii doctores Papistarum, qui [s] jurejurando ad Scripturam sic exponendam obstricti sunt, plus millies pejerârint, ni errârit *Hartus*. Nam, exempli gratia, Dominus apud Johannem Evangelistam ait: [r] *alias oves habeo quæ non sunt ex hac caula; illas quoque oportet me adducere, & vocem meam audient, fietque unus grex & unus pastor.* Hic *pastoris unius* appellatione designari *Christum* consentiunt [t] Augustinus, [u] Chrysostomus, [x] Hieronymus, [y] Cæsarius, [z] Cyrillus, [a] Theodoretus, [b] Aponius, [c] Gregorius Romanus, [d] Anastasius Sinaita, [e] Prosper, [f] Theophylactus, [g] Euthymius, [h] Rupertus, [i] Cyprianus item, tametsi loquens obscurius, [k] aliique Patres. At

[s] Sacrâ Scripturam juxta eum sensum, quem tenet sancta mater Ecclesia, admixto: nec eam unquam nisi juxta unanimem cónsensum Patrum accipiam & interpretabor. *Bulla Pii Quarti, super forma juramenti professionis fidei. Constitut. 30. in summa constitut. summor. Pont. à Greg. IX. usq; ad Sixtum V.*

[r] Joh. 10, 16.

[t] *In Evang. Johann. tract. 47.* [u] *In Johann. homil. 59.* [x] *In Zachar. cap. 10.* [y] *Frater Gregorii Nazianz. dialog. 4.* [z] *De adorat. in spiritu & verit. lib. 3.* [a] *In Ezekiel. cap. 34. & 37. sect. 13. & 15.* [b] *Comment. in Cant. lib. 2. & 6.* [c] *In Evang. homil. 14. Epistolar. lib. 4. ep. 36. ad Eulog. & Anast.* [d] *Anagog. contemplat. in hexaëmer. lib. 6.* [e] *De promissionib. & prædictionib. Dei, part. 2. cap. 25. & 28.* [f] *In Johann. cap. 10.* [g] *In eundem locum.* [h] *In Micheæ. cap. 2.* [i] *Epist. 76. ad Magnum. §. 4.* [k] Leontius, *citatus apud Maldonatum (comment. in Evang. Johann. cap. 10. princip. vers. 16.) è catena Græcorum.* Eucherius Lugdunensis, (*inscript. Euseb. Emisen.*) *homil. in evang. Dominic. 2. post Pascha.* Beda, *in evang. Johann. cap. 10. & in Cant. cap. 1. lib. 2.* Bernardus, *epist. 42. ad archiepiscopum Senon.* Anselmus Cantuariensis, *in epist. ad Ephes.*

Epheſ. cap. 2. Nicolaus Lyranus, (*ſi Patribus eum quoque annumerari velint, quorum Sixtus Senenſis* [*lib. 3. biblioth. ſanct. cap. ult.*] *cum ſex antiquis copulat ut unum è præcipuis Scripturarum interpretibus*; & Melchior Canus [*lib. 11. de locis theolog. cap. 5.*] *inſignem in earum explicatione haberi pronuntiat*;) in eandem Chriſti ſententiam apud Johannem.

[k] *Antidot. Evang. in Johann. cap. 10.*

[k] Stapletonus *Papâ*, non Chriſtum, deſignari aſſeverat, dicens: *Sicut enim de ovili viſibili & militante Chriſtus hic loquitur*; *ſic & de uno paſtore ſeu capite viſibili ac militante perpetuò futuro nõ de ſe ad patrẽ redituro ac in cœlis triumphante, loqui neceſſariò intelligendus eſt.* Quid? Num perjurii reus, qui Scripturam adverſus unanimem plurimorum Patrum conſenſionem exponat? An potiùs reus futurus, niſi ita faceret, quandoquidem ſequitur ſenſum quem Eccleſia Romana, non vetus ſub Gregorio Primo, ſed recens, per [l] Bonifacium Papam Octauum orbi tradidit, & approbatore [m] Gregorio Decimo tertio tenet? An & perjurus nihilominus, quamvis ita faciat, quia juratus eſt *ſe Scripturam nunquam interpretaturum niſi juxta unanimem conſenſum Patrum*: quem, tot diſſentientibus, hoc loco adipiſci nequit? Veruntamen, utut forma juramenti ex Pontificia ſanctione ſuſcepti implicatur homo, non tenetur laqueo canonis Tridentini: quoniam *Tridentina Synodus*,

[l] *Cap. unam ſanctam extravag. commun. de majorit. & obedient.*

[m] *In ejus emẽdata editione Decreti, Decretalium, Clemẽtinarum, atq; Extravagantium: ubi oſtenſa, virtutem iſtius medii præclari in ſyllogiſmo formato ex Johannis decimo, multus vitii coarguitur.*

dus, teste [n] Cano, *communem tamen omnium Patrum intelligentiam pro certa veri norma habendam definivit.* Omnium porrò in ullum locum Scripturæ, in illum (verbi causa) Johannis Evangelistæ, ut idem exemplum urgeam, qui nanciscemur unquam? Nam etsi posset aliquis helluo librorum pervolutare cunctos non solùm excusos, sed manuscriptos, quales in Johannem extant complures [6] fortasse nec dum editi: at multorum scripta intercidisse videntur, ut [o] Didymi, ut [p] Origenis, ad locum de quo agimus: & innumeri nihil mandârunt scriptis, quod sciamus, qui [q] pastores tamen erant & doctores, à Christo æquè facti [r] Scripturarum interpretes, ac ceteri stylo ad eas explicandas usi. Proinde Bellarminus, qui principio specie decreti Tridentini circumventus dixerat *petendum esse verum Scripturæ sensum à Patribus, quando concorditer aliquid affirmant, aut ab Ecclesia, id est, Pontifice cum concilio*, ut [s] Whitakerus noster & [t] controversiarum

[n] *De locis theolog. lib. 7. cap. 3. in conclus. 5.*

[6] Catenam Græcam in Evangelia, ex variis patribus collectam, *haberi Genuæ tradit Sixtus Senensis, biblioth. sanct. lib. 4. & Maldonatus in Johannem citat* Leontium, Theodorum Heracleensem, *et* Mopsuestienem, *ex alia catena Græca, ut apparet: quandoquidem horum nomina catenæ illi Sixti Senensis non habet.*

[o] *Hieron. in catalog. scriptor. eccles. asticor.*

[p] *Sixt. Senens. biblioth. sanct. lib. 4.* [q] *Ephes. 4. 11.* [r] *Rom. 15. 4. 2. Tim. 2. 15. 1. Pet. 1. 23. & 2. 2.* [s] *Disputat. de sacra Scriptur. quæst. 5. cap. 3. ubi* Bellarminus, *ex manuscriptis ejus dictatis, ut sæpe citat: quæ nonnunquam etiam, quoniam ita edita multis exemplaribus ad nos & alios pervenerunt, Bartorianæ excusæ editioni opponit.* [t] *Proæm. de verbo Dei, quæst. 5.*

epitome

epitome documento ſunt: nunc ſuppreſſa omni *Patrum* mentione, tanquam otioſa, [a] dicit *judicem veri ſenſus Scripturæ eſſe Eccleſiam, id eſt, Pontificem cum concilio, & hoc haberi expreſſe in* [x] *concilio Tridentino.* Tridentini ergo ſerpentes nullo ſano ſimplicive affectu mentionem *unanimis conſenſus Patrum* fecerunt; ſed vaferrima techna, columbarum diſſimiles, imponere minimè malis & nimis credulis ſtuduerunt: ac ſi hinc [y] proſelytos ſuos vellent diſcere, quo pacto Calviniſtis itidem os obſtruerent ut Samaritana Chriſto; [z] *Patres noſtri in hoc monte adoraverunt, & vos dicitis Jeroſolymis eſſe locum illum ubi oportet adorare.* Neque ſecus faciunt revera, quum animarum medicis interdicunt, *ne Scripturam exponant contra eum ſenſum quem Eccleſia Romana tenet, aut etiam contra unanimem conſenſum Patrum:* quàm ſi medicus corporum ad curandam febrim aut tabem peſtilentem prohiberet ullum ægroto cibum dari præter [1] anguillam ex aqua ea quæ urbis purgamenta excipit, aut etiam præter [2] phœnicem. Ita Stapletonus quin-

[a] *De verbo Dei, lib. 3. cap. 3.*
[x] *Seſſion. 4.*
[y] Matt. 23. 15.
[z] Joh. 4. 20.
[1] *Cujus illinc captæ carnem peſſimam eſſe, (id eſt, ſimiliſſimam paludi à Romana Eccleſia hodiernæ tradito,) docet Galenus, lib. de ſuccorum bonitate & vitio, cap. 9. de facultatibus alimentorum, lib. 3. cap. 29.*
[2] Phœnicem, à multis prædicatam avem, fabulæ quàm veritati propiorem eſſe *pronunciat Cardanus: [de ſubtilit. lib. 10.] Ac Scaliger, qui eum haud eſſe penitus fabuloſum è navigationum commentariis narrat, [de ſubtilit. ad Cardanum, exercit. 233.]* narationis fidem *ait* levari addito mendacio. *Certè fabuloſiſſimum meritò haberi, (u)ſmodi canitur à quibuſdam,*

quibusdam, Una est quæ reparet, seq; ipsa reseminet ales; Assyrii phœnica vocant: [*Ovid. metamorph. lib. 15.*] *Ulysses Aldrovandus* [*ornitholog. lib. 12. cap. 28.*] *reclè demonstrat. Verùm, ut Plinius,* haud sciens an Æthiopes & Indi fabulosè unum in toto orbe phœnicem esse referant, [*natural. hist. lib. 10. cap. 2.*] irridendas *perhibet saltem* medicinas ex ejus nido & cinere: [*lib. 29. cap. 1.*] *ita cato phœnicis, quem, ubi vivum cepit, in odoratissimo ligno à se constructo comori, nec vivum capi, tradunt, perinde ad cupitus hominis secundùm cibo fortasse, ac unanimis Patrum omnium consensus ad animam verbo vitæ.*

tam thesin improbè calumnioseque carpendo firmiorem reddidit.

25 Eandem tangunt nebulæ à Gregorio Martino in meam Cypriani, vel Sanderi potiùs, reprehensionem similiter excitatæ. Nam [a] Cypriani vocem, *eos esse Romanos (quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est) ad quos perfidia habere non possit accessum*, quia [b] Sanderus citaverat ut Romanam Ecclesiam errare non posse persuaderet: [c] ego, posteaquam contrarium è Scriptura docueram, *Quid?* inquam, *& Cypriano secus visum est? Da veniam Cypriane: libenter tibi crederem, nisi tibi credens non crederem verbo Dei.* [d] Martinus autem ansam Pontificiæ causæ Pontificiis artibus tuendæ hinc arripiens, ementitur primò sententiam Cypriani: quippe quem ait *affirmasse Ecclesiam Romanam errare in fide nentiquam posse*; quod ille haud affirmavit. Sed quum Novatiani quinque pseudepiscopi

[a] *Epist. 55. ad Cornelium. §. 16.*

[b] *De visib. monarch. Eccles. lib. 7.*

[c] *In præfat. thesium. §. 12.*

[d] *Detect. hæretic. version. Scriptur. præfat. §. 15.*

copi coëpiſcopum hæreticum ſchiſmaticúmque ſibi creaſſent Carthagine; ac Romæ, ad conciliandam ei autoritatem & gratiam, falsò jactaſſent à viginti quinque epiſcopis creatum: Cyprianus, ne iſto mendacio in errorem impellerentur Romani, memoravit laudatam à Paulo ipſorum fidem, & tales perfidioſis hominibus creditūros negavit. Non quò exiſtimaret Romanos perfidorum mendaciis reipſa falli minimè poſſe; nam poſſe indicaverat verbis [c] præcedentibus, *Mendácia non diu fallunt*: ſed ut excitaret eos ſuæ fidei prudentiæque laude ne mendacibus temere fidem adhiberent, & credulitate acceſſum darent perfidiæ. In eundem modum quo [f] Leo Primus ſcripſit, *Chriſtianam fidem Pulcheria præſente, & in defenſionem ejus à Domino præparata, non poſſe turbari.* Nec enim nequiviſſe revera fidem turbari, *Pulcheria* Græca eam curante, ſenſit Leo, aut Leonem ſenſiſſe dicent Pontificii, ne tanti Papæ verbis adigantur idē tribuere Anglicanę Pulcheriæ, *Elizabetha*, ad *defenſionem fidei à* Domino itidē prēparatæ. Quodammodo ſicut Chriſtus quoque perſtringens ingratū civitatis Jeroſolymitanæ animum erga

[c] *Eadem epiſt.* §. 12.

[f] *Epiſt. 39. ad Pulcheriam Auguſtam.*

erga prophetas, [g] dixit, [3] *non contingere*, seu *fieri non posse ut propheta pereat extra Jerosolymam*. Nisi quis futurus sit adeò absurdus, ut contendat neminẽ prophetam potuisse omnino ullo alio in loco trucidari, quicquid [h] sacra historia de prophetis tradat à Jezabele Jerosolymam haud regente occisis, aut [i] Patres de Jeremia necato in Ægypto, de Ezekiele in Chaldæa. Et quidẽ addidit [k] Cyprianus, [4] *plebem Romanam, episcopi scilicet cterique providentia munitam, sed & sua vigilantia satis cautam, nec capi hæreticorum venenis posse, nec decipi*. Quam tamen, si præcisè ac propriè loquamur, falli potuisse Novatianorum fabulis, quas modò *venenorum*, modò [l] *venenati sermonis* nomine designat, Cyprianus sibi persuasum satis indicat magna cautione [m] admonitionis diligenter adhibitæ. Quin etiam is Episcopum Romanum, quantumcunque Petri successorem, errori esse obnoxium, nec solùm in hujusmodi rebus ad Ecclesiæ disciplinam spectantibus, quod experientia [n] comperit, sed in orthodoxæ

[g] Luc. 13. 33. [3] οὐκ ἐνδέχεται. qua in phrasi, ut maximè propriè usurpetur, vim habet illud Aristotelis: τὸ μὲν ἐνδεχόμενον εἶναι οὐκ ἀναγκαῖον τὸ δ' ἀδύνατον εἶναι. lib. de interpretat.

[h] 1. Reg. 18. 13 & 19. 14.

[i] Epiphanius de prophetarum vita & interitu, Dorotheus in Synopsi.

[k] Epist. ad Cornelium §. 2.

[4] Fraternitatem illic nostram, vestram scilicet providentia munitam, inquit Cyprianus: significans verbis vestra, non Cornelii solius, quæ vocibus, tua, & te, compellare solus; sed cleri simul cum eo præsidentis plebi, ut sequentia cum præcedentibus [paragraphe 21.] componata docent.

[l] Ibidem. [m] Paragr. ead. & 22. [n] Epist. 68. ad clerum & plebem in Hispania. §. 6. Basilides, post crimina sua detecta, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longè positum fefellit.

doctrinæ

doctrinæ causis [o] sensit: nedum ad Romanos quosvis omnem aditum perfidiæ ita firmiter intercludi putaverit. Nequaquam igitur affirmavit Ecclesiam Romanam errare in fide non posse. Tamen, quia speciem hoc affirmantis præbuit, saltem ex consequenti; namque si non possent Romani in eo errare, in quo Romanum Papam errare posse fatentur [p] Papistarum principes, in fide minùs posse perverisimile foret: ego, qui pemultos eandem ad rem probandam à Sandero congestos in uno Cypriani exemplo quàm brevissimè refutare studerem, illum ex hypothesi, ut [q] Paulus Ius *se & Apollo*, pro ceteris substitui; at posito sic sensisse, frustra nihilominus citari demonstravi. Quod apertius item facere sum conatus alludendo in ipsa orationis figura, *Da veniam Cypriane, libenter tibi crederem, nisi tibi credens non crederem verbo Dei*, ad consimilem sancti [r] Augustini sententiam, *Da veniam Apostole, propria tua non novi, nisi mala; da veniam Apostole, dicimus quia tu docuisti.* Atque ni firmandæ veritati commodius fore judicassem, Scripturam Cypriano quàm Cyprianum sibi ipsi opponere, potuissem verba mea consonantiùs

[o] *Epist. 74. ad Pompeium, contra epistolam Stephani.*

[p] *Card. Turrecremata, summ. de ecclesiâ lib. 2. cap. 112. Æneas Silvius card. epist. de moribus German. Sander. de visib. monarch. eccles. lib. 7. Bellarmin. de Rom. Pont. lib. 4. cap. 2. 11. Cor. 4. 6.*

[r] *Hemil. 14. cap. 5. lib. homiliarum quinquaginta.*

confonantiùs ad Augustini conformare; *Da veniam Cypriane, Romanos nullos novi, nisi errori obnoxios; Da veniam Cypriane, dicimus quia tu docuisti.* Similiter enim ex aliis Cypriani locis, adversus depravatè conceptum à [f] Papistis illius dicti sensum, comprobari potest istud, ut ostendi; ac ex [x] aliis Pauli declarat Augustinus ipsum nihil boni se à se habere arbitratum esse, contra quod urgebant fortassis, certè poterant, Pelagiani perperam ex ipsius dicto, [h] *Bonum certamen certavi.*

26 Itaque [x] Martinus secundò parem mihi, vel majorem potiùs injuriam facit, quàm Cypriano. Nam *hinc in ea verba me prorupisse* prædicat, *quòd inter Protestantes quivis adolescens, [i] subnixus sui spiritus scientiæque fiducia, non solùm unum Patrem procaciter ausit carpere, sed etiam [k] omnes consentientes, sicui rei, quam ipsi opinamur veram esse, adversentur: néque* ait *valde concinnè ac figuratè loquutum, quemadmodum cogitabam, quum per apostrophen dicerem, Da veniam Cypriane:* unde *nos illorum similes* pronunciat, *qui ab [l] Augustino taxantur ut dolosè vani, non periti, sed peritiæ, nec tam diserti in errore, quàm deserti à veritate;* subjungens,

[f] *Bellarmin. de Rom. Pont. lib. 4 cap. 4. post Sanderum, Casinum, cæteràsque sectæ.*

[h] *1. Cor. 15. 10 1. Tim. 1. 13. 2. Tim. 4. 7.*

[x] *Præfat. tract. §. 14. & 15.*

[i] Upon confidence of his spirit and knowledge.

[k] All the fathers consenting together.

[l] Imagine to be the truth. *Lib. contra Iul. 1. cap. 14. lib. 7. cap. 10.*

jungens, *se non dubitare quin & sapientiores inter nos ipsos talem eloquentiam commiserentur rideántve, dicentes hoc aut simile quippiam verissimè*, [z] *Prodierunt oratores novi, stulti adolescentuli.* Ubi quàm horribilis erat sycophantiæ, non modò reliquis nostrorum objicere contemtum consensus omnium Patrum, cujus neminem prorsus convincit, uti rectè [a] animadversum est: verùm etiam mihi, qui nec à tot dissensi, quot ipsi repudiari posse confitentur; immo ne unicum quidem Cyprianum, sed affectum ei sensum rejeci? Nequitiæ verò germinæ, quòd, quum hoc è Spiritus divini testimonio & Scriptura fecerim, pro veritate certò cognita: iste nos superba sui quemque spiritus scientiæque fiducia facere criminatur, opinationi incertæ frena dãtes. Levioris autem calumniæ, at calumniæ, quòd vanitatis arguit, quasi cogitaverim me concinnè admodum & figuratè loquutũ, qui Augustini figurã exprimere tantùm cogitavi, & nugas concinnitatũ damnaverim [b] pridẽ publicè, nec tam diserta quã forsan elucubranda mihi unquã proposui. Quòd si ego idcirco *dulcissimè vanus* sim, qui sancti viri apostrophen magis gravẽ quàm

[z] Cic. de claris.

[a] Gulielm. Fulc. defens. sincerae & verae versionis sacrar. scripturar. de linguâ Anglicanam, adversus calumniae & cavillationes Gregorii Martini: ad praefat. §. 14. & 15.

[b] Orat. 3. habita in colloquio Corporis Christi, anno Dom. 1573.

suavem imitabar, dicendo, *Da veniam*: quatandem qualitate imbutus est Martinus, qui delicatiores paronomasias, *diserti & deserti, periti & peritури*, ex [c] eodem cõgerit? Nonne, ut ex ore suo instar [d] mali servi judicetur, vanitate quoque? Nec tam dulci tamen ob mellitum similium vocum concursum, ineptè ad theologos Christianos deflexum à profanis hominibus, ad quales Augustinus eas intendit: quàm amara ob felleam iniquitatem temere latæ sententiæ, qua æterno exitio addicit velut errantes, quos Christus, velut in se credentes, vita donat. Sed Martini vesaniæ Christum cur oppono? qui & [e] ipse circiter triginta annos natus, quos ego tunc [f] impleveram quando ea scribebam, cœpit docere: & eadem ætate pastores, ubi [g] canon severissimus viguit, Ecclesiæ suæ præfecit: Evangelistas item fortassis apostolosque, [h] Timotheum, [i] Paulum, [k] Johannem minores natu dedit. Ut si Martinus, propiùs accedens ad vestigia Juliani apostatæ, in primos item fidei nostræ doctores bacchari voluisset, potuisset pari quidem genere culpæ, tametsi dispari gradu, [l] blasphemum os in putida convicia

[c] *August. lib. 2. confess. cap. 3. lib. 7. cap. 20.*
[d] Luc. 19. 22.
[e] Luc. 3. 23.
[f] *Natus nonis die Septembris, an. Dom. 1549.*
[g] *Synod. Neocæsar. can. 11. distinct. 78. cap. presbyter.*
[h] 1. Tim. 4. 12. Act. 7. 58. & 9. 15.
[i] *Hieron. adversus Jovinian. lib. 1. cap. 14.*
[k] Rom. 3. 8. 1. Cor. 4. 13. Apoc. 13. 6.

convicia sua resolvere: sapientiores inter Judæos hoc aut simile quippiam de illis usurpasse, *Prodierunt oratores novi*, & quæ sequuntur. Premamus Antichristi potiùs satellitem Ecclesia sua Romana, quæ [8] Papam habuit puerum duodecim annorum; [9] Episcopos haud multo maturiores ætate quàm iste Papa fuit; quid si & immaturiores? atque adeò [1] Cardinales

[8] Benedictum Nonum. *Tessius Glaber Radulphus, qui tùm vivebat, Cluniacensis monachus, hist. lib. 5. cap. ult. Papir. Masson. lib. 4. de episc. urb. in Benedict. IX.*

[9] *Panormitanus, in canonem concilii Lateranensis, quo cautùm est*, ut nullus in *episcopum* eligatur, nisi qui tricesimum ætatis annum exegerit, [*cap. cùm in constitu. extra. de elect.*] *ex Johanne Andrea refert, quòd* quidam nobilis & potens fuit promotus in episcopum dispensativè in decimo octavo anno. *Nec major natu videtur fuisse* Colmus Cherius, episcopus Fanensis, *cui Petrus Aloisius, Pauli Tertii filius, vim nefandam intulit.* [*Sleidan. comment. lib. 19.*] *Minor certè fuit* Johannes Medices, *Cardinalis & Papæ post creatus: qui* amplo & insigni archiepiscopatu in Gallia honestatus est à Lupovico Undecimo etiamnum puer. [*Onuphr. append. ad Platin. de vitis Pont. in Leone X.*] *Is enim Ludovicus antea obierat, quàm puer nonum ætatis annum implevisset: ut patet ex Onuphrio*, [*ibid.*] *ac Jo. Tilio*, [*in chron. de regib. Francor.*] *inter se collatis. Ac minor fuit* Odettus Castillionetus, *electus* episcopus Bellovacensis, *antequam Cardinalis fieret: Cardinalis autem factus impubes.* [*Onuphr. Pontificib. Rom. & Cardinalib. in Clemente VII. Petramellar. continuat. ad eum librum Onuphr. in Pio IV.*] *Ac minor fuit* Alexander Farnesius, *qui à Paulo Tertio Cardinalis creatus, quum annos tantùm natus esset quatuordecim, priùs à Clemente Septimo* Parmensem episcopatum *susceperat.* [*Petramellar. ibid. in Sixto V. Card. mort. 23.*] *Ac minor denique fuit* Alfonsus, *filius Emmanuelis Lusitani regis*, episcopatu Targitano *ante Cardinalatum*, [*Onuphr. Pontificib. Rom. & Cardinalib. in Leone X.*] *haud scio an & aliis* amplissimis sacerdotiis [*Osor. de reb. gest. Emman. lib. 6.*] pene infans ornatus. [1] *Quot annos natus fuerit* Innocentius Montius, *lasciva adolescens, quem Julius Tertius suo* galero Cardinalitio *donavit, non compono.* [*Sleidan. comment. lib. 21. Petramellar. continuat. Onuphr. in Gregorio XIII. Card. mort. 16.*] *Sed* Johannes Medices, decimum tertium annum ætatis vix

vix excedens, in Cardinalium numerum cooptatus est. [*Paul. Jov. vit. Leonis X. lib.* 1.] Ferdinandus Medices, quum nondum decimũ tertium annum complevisset. [*Petramellar. continuat. Onuphr. in Sixto V. Card. mort.* 20.] Odertus Castillionœus, quum undecimum ageret. [*Petramellar. ibid. in Pio V. Card. mort.* 16.] Alfonsus autem Lusitanus, quum septem annorum esset. [*Petramellar. ibid. Osorius de reb. gest. Emman. lib.* 6. & 10.] Diaconi cardinales, *respondebit quispiam fortasse*, non presbyteri. *Verum est*; diaconi: *sed ex Apostolica disciplina norma perinde instituti, ac Papa & episcopi, pueri.* 1. *Timoth.* 3. *versib.* 2. & 8. *Act.* 6. 3. & 20. 28.

(m judices orbis terrarum) Episcopis æquales. Nec enim tales præsules ab illius elogii nota liberabit, nisi excepturus sit [2] *oratores* non esse. Quod ipsum item de aliis jure poterit, fateor, quos [3] presbyteros nomine, juvenculos ætate, frequentes huc transmittunt, neq; oratoriæ, neq; dialecticæ, neq; ullius alterius bonæ artis peritos. Quanquam haud scio, an, quia nos præ istis senibus & seipso despicit Martinus, aliud eis [4] dictum ex Cicerone potiùs accommodare debeam: *multos me deliros senes sæpe vidisse*, (Papisticos scilicet presbytellos;) *sed qui magis quàm* [n] *Martinus deliret, vidisse neminem.*

27 Ceterùm vos, alumni Seminariorum Pontificiorum, ad quos jam tertiùm venio, ut [o] Pauli verbis ad Corinthios à si-

m *Sacr. ceremoniar. Rom. Eccles. lib.* 1. *sect.* 8. *cap. de confistorio publico, in quo publicantur Cardinales creati, & datur galerus præsentibus.*

2 Orator est vir bonus dicendi peritus. *Quintilian. institut. orat. lib.* 12. *cap.* 1.

3 πρεσβύτερους, seniores.

4 Annibalis de Thermione. *Cic. de orat. lib.* 2.

n *Detect. & notationibus in novum Testamentum: in quibus Cardinalis Alaqui & aliorum Anglopapistarum Rhemensium emanavit fuit.*

o 2. *Cor.* 13. 1.

milibus pſeudapoſtolis faſcinatos utar, prudentiores eſtis, ſpero, quàm ut rerum veritatem ætate loquentium metiamini. Alioquin idem vobis poſſem dicere, quod Romanis [p] Auguſtus: *Audite juvenes ſenem, quem ſenes juvenem audiverunt.* Quippe nunc annos exceſſi quinquaginta, qui triginta natus quinquagenariis placui. Quinetiam ſi putarem vos eo commoveri, quòd à [q] Stapletono *auditor Oxonienſis* vocor; etſi non ita cenſendus merus auditor, judice [r] Apoſtolo, quum verbum ex miniſterio ſuſcepto prædicarem; ne dicam judice [s] Juvenale, quando librum edideram: adderem me jampridem Oxonienſem eſſe doctorem theologiæ, & controverſiarum profeſſorem in ſchola [t] celebriore, quàm [u] Stapletonius erat, extitiſſe, quoad, ut ille alius [x] profeſſionis cura, ſic ego morbis crebris, & vocis, laterum, corporis infirmitate adactus hoc munus depoſui. Ego verò ſpretis iſtis vetuſtatibus & claritatibus perſonarum, tanquam *Lenticulis orbis Appiciatibuſque* quas [y] Cicero jure parvi pendit, exopto ut à juvene theſes meas ſcriptas eſſe memineritis: ſed ab eo juuene, qui priorem ſuam cogitationem

[p] Plutarch. apophthegm. reg. & imperat.

[q] Demonſtrat. principiſ. fid. Rom. Eccleſiæ, lib. 13. cap. 9.

[r] Rom. 10. 14. Quomodo audient abſq; prædicante?

[s] Satyr. 1. Semper ego auditor tantùm? nunquamne reponam, Vexatus toties rauci. Theſeide Codri?

[t] Oxonienſi. Clemens. 1. de magiſtris.

[u] Ducci.

[x] Scriptorerũ, Lovanii.

[y] Epiſt. ad famil. lib. 3. epiſt. 7.

cogitationem correxerat cum [x] Elihu; *Dicebam, provecti ætate loquentur, & annosa notam facient sapientiam: Profectò spiritus ille in mortali, & afflatus omnipotentis efficit eos intelligentes: Non magis sapiunt, nec senes intelligunt judicium: Ideóque dicite ausculta mihi; ostendam sententiam meam ego quoque.* Nimirum fit à teneris informatus eram eorum disciplina, qui pro ratione corrupti seculi, quo vivebant, Papismum suis instillabant, ut de veteribus mihi placeret Romanensium dogma, quale [y] Symmachi: *Servanda est tot seculis fides, & tot majoribus suis nobis parentes, qui secuti sunt felicitèr suos.* Quum autem adolevissem, piisque nonnullorum familiarium moribus & monitis excitarer, ut, quia [b] Petrus quandam *conversationem à patribus traditam vanam* nominat, inquirerem diligentiùs num mea talis foret; nec tam morarer illud, [c] *Auditis dictum esse antiquis*, quàm quod Christus subjicit, [d] *At ego dico vobis*: partim auditione fidelium verbi ministrorum, partim theologorum præstantium lectione traductus sum in [e] Ambrosii sententiam contra Symmachum, quæ Protestantium est: *Cœli mysterium*

[x] Job.32.7.

[y] Epistolar. lib. 10. ep. 54. relat. ad Valentin. Theodos. & Arcad. Aug.

[b] 1. Pet. 1. 18.

[c] Matt. 5. vers. 21.

[d] vers. 22.

[e] Epist. 32. ad Valentinianum Aug. ad versus relationem Symmachi.

rium doceat me Deus ipse qui condidit, non homo qui seipsum ignoravit. Ac à Deo quidem didici quæ sex hisce thesibus explicavi, ab omnipotentis spiritu, qui homines sapientes facit. Quod enim è [f] Scriptura divinitus inspirata hauritur, id Spiritui Dei acceptum meritò refertur: ut jure contra [g] negantur ex Spiritusancto esse, quæ quis haudquaquam scripta, sed à seipso loquitur. Quaptopter est stultus sic sapiendo videri istius seculi sapientibus, Papistis puta, seu [h] Scribarum Pharisæorumque, seu [i] Græcorum æmulis, sapientibus Martini: ex sapientia tamen cœli cognosco [k] stultitiam Dei sapientiorem esse quàm homines: atque Pontificios indidem adhortor, [l] *Si quis sibi videtur esse sapiens inter vos in hoc seculo, stultus fiat, ut fiat sapiens.* Vitio mihi vertat Martinus [s] licentiatus, Donatistà novus, artem oratoriam: ut vetus Donatista, [m] Cresconius grammaticus, eandem & *dialecticam* objecit Augustino. Fortasse quod [n] cuidam malè audienti quasi furta committeret, quum *Demosthenis orationem* [o] *lucernas olere* diceret, respondit Demosthenes; *Scio me tibi molestiam exhibere qui lucernam uxendo:* id sycophan-

[f] 2. Tim. 3. 16.

[g] Chrysost. homil. de sancto & adorando Spiritu.

[h] Matth. 15. 12. Joh. 9. 40.

[i] 1. Cor. 1. 22. & 4. 10.

[k] 1. Cor. 1. 25.

[l] 1. Cor. 3. 18.

[s] Gregorius Martinus, sacræ theologiæ licentiatus, obiit. *Concertat. Eccles. catholi. in Anglia: ind. personar.*

[m] *Augustin. contr. Cresson. grammat. lib. 3. cap. 2. & 13.*

[n] *Plutarch. politic. præcept.*

[o] ὀυχ ἡδὺ ὄζειν.

tis

tis talibus, studentibus imperitos ad hæreses schismatáve nemine dissuadente aut refellente pellicere, aptè conveniat; Scimus nos vobis odiosos esse qui dicendi ac differendi artes exercemus. Sed laude digni erant absque controversia illi Donatianæ partis desertores, tametsi minores natu, qui [a] *vetusta socordia damnabant quod prius dixerant, Durum est nobis traditionem parentum relinquere: salubribusque legibus eius sibi factam gaudebant, ut prisstinum pondus pernicioſi sui operis accusarent: & fatebantur se pœnis expergefieri debuisse, ne tanquam mortifero somno, ita morbo veterno se consuetudinis interirent.*

[a] Augustin. epist. 48. ad Vincentium.

28 Quæ si religiosè vobiscum reputabitis qui fucosa malitia Pontificiorum filiorum in ipsorum schisma, & utinam schisma tantùm, non item hæreses pertrahimini: cernetis posse meritò hisce meis ad vos ut Colophonem addi cohortationem ex Ezekiæ literis ad filios Israelis, qui [b] majorum suorum exemplo vitulos aureos, cujusmodi olim [c] Aaron formaverat, colebant; [d] *Ne obdurate cervices vestras, ut patres vestri; cedite manum Jehovæ, ingrediminique sanctuarium ejus, quod*

[b] 2. Chro. 13. 8
[c] Exod. 32. 4.
[d] 2. Chro. 30. 8

quod ſanctificavit in ſeculum, & colite Jehovam Deum veſtrum. Nam & cauſa noſtra eiſdem radicibus, dummodo theſes veræ ſint, manifeſtò nititur: & veritati theſium rationes omnes ab hoſtibus incaſſum objectæ velificantur. Videlicet quod [f] olim conteſtatus ſum *me tanta cum cura, ſinceritate, fide, in opere verſatum, ut* [t] *ſi librum ſcriberet adverſarius meus, eum ſuper ſcapulam meam portaturus, & mihi pro diademate is annexurus eſſem:* hoc in univerſa quæ à Stapletono, poſt Martinianæ & ſua priora, contra me conſcripta deprehendi, præſtiti. Debellata verò Stapletoni manu nullam ſupereſſe qua Papiſmi arces & [a] munitiones propugnatum in ſpeciem, lectiſſimus Papiſtarum bibliothecarius & grande Jeſuitarum columen Poſſevinus perinde fere inſinuat, ac ſi Hectoreïn verbis [x] poëtæ celebraret:

Si Pergama dextra
Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.

[y] Is enim, ſuos inſtruens unde potiſſimum ad controverſias fidei adverſum nos tractandas ſe armare debeant, poſtquam memoraſſet Waldenſem, Eckium, Canum, Gregorium de Valentia, Medinam, alióſque

[f] *In apologia theſium, edit. 2. adjunct. ad colloquium cum Harto.*

[t] Job. 31. 35.

[a] 2. Cor. 10. 4.

[x] *Virg. Æneid. lib. 2.*

[y] *Poſſevin. biblioth. ſelect. lib. 7. cap. 1.*

que: *Sed in hoc*, inquit, *scriptionis genere duo certè fuere qui palmam retulerunt, ipsa hæresum fundamenta machinis validissimis evertentes; alter, Stapletonus Anglus, vir sapiens; alter, Bellarminus societatis nostræ Theologus.* Atque adeò tali laude Stapletonum effert inprimis propter principiorum fidei doctrinalium demonstrationem, quæ sola [a] tum extabat: opus tanto infirmius Stapletono ipsi visum relectione principiorum eorundem, quam deinceps edidit, quanto reliquos tales autores Possevinus Bellarmino & illo inferiores censet. Quum ergo theses meas validioribus machinis, quàm quæ ut validissimæ vobis commendantur, *vir sapiens* frustra oppugnârit: firmari facto [b] *solius sapientis Dei* [c] *sermone*, id est, veritate, quas Possevinus profana [c] Tertulli lingua hæreses appellat agnoscite.

[a] *Anno Dom. 1593. quo Possevinus selectam bibliothecam edidit.*

[b] 1. Tim. 1. 17.
[b] Joh. 17. 17.
[c] Act. 24. 5.

29 Ac ne fortè animos subeat suspicio, vel iis, quæ contra alios scripsit Stapletonus, alia meorum firmamentorum concuti; vel eadem opere Bellarmini; quod [d] Possevinus prædicat tanquam absolutissimum, magis labefactari, quàm Stapletoni relectione, non demonstratione modò:

[d] *Ibidem.*

dò: mementote istum, *viri sapientis* elogio sic ornatum, nullo modo putandum aut dispari calliditate tractasse quæ ex aliis, & quæ ex me sibi objicit; aut quum [e] laudârit Bellarminũ, longè antè excusum quàm suam relectionem cuderet, responsiones minùs artificiosas ipso fabricasse. Exemplo uno aut altero utrumque fiet certius. Augustinus dicit, libro secundo de doctrina Christiana, capite nono; *In iis, quæ apertè in Scriptura posita sunt, inveniuntur illa omnia quæ continent fidem mor ésque vivendi*: & Chrysostomus, homilia tertia in secundam ad Thessalonicenses; *In divinis Scripturis, quæcunque necessaria sunt, manifesta sunt*. Quas sententias, primæ thesi à me intextas, [f] Stapletonus ex [g] Brentio producit inter argumenta in angustias contracta, velut expeditiùs scilicet profliganda, & [h] respondens ad eas, *Differunt*, inquit, *hæc duo: quæ in Scripturis habentur ad fidem necessaria, apertè scribuntur; quod verum est: & omnia ad fidem necessaria in Scripturis habentur; quod falsum est: prius illud Patres citati dicunt; posterius non dicunt, sed apertè contradicunt*. En responsum frontis æquè perfrictæ, ac ullum superiorum quod mihi

[e] *Stapleton. relect. controv. 4. quæst. 1. art 3. in solut. argument. ad arg. 9.*

[f] *Ibid. in argumentis hæreticor. 2. arg.*
[g] *In prolegomenis.*
[h] *Ibid. solut. argumentor. ad arg. 2.*

hi rectà dedit; præsertim quoad Augustinum: quem negat dicere omnia ad fidem necessaria in Scripturis haberi, quæ ille ibi apertè haberi tam perspicuè dicit, quàm sol meridie lucet. Idque Augustini [7] locus ipse, ad verbum à Stapletono expressius, testatur adeò evidenter: ut demirer si quisquam, qui non sit ore ferreo, plumbeóve corde, peccatum inficiari queat absque rubore. Equidem, nisi nossem [i] pudoris ac verecundiæ participem esse solum hominem; veréque dictum olim, [k] *Epistola non erubescit*: existimarem chartam, in qua hoc exaravit, rubram euasuram fuisse instar coccini. Ne Chrysostomus quidem, etsi prius illud Stapletoni dicat, his verbis, [8] *Omnia necessaria,* [*] *quæ sunt in divinis Scripturis, manifesta sunt*: tamen posteriori, id est, Augustini sententiæ contradicit, nedum apertè contradicit. Immo apertissimè assentitur potiùs; ut partim comparatio præcedens insinuat, *Si quis à rege terreno ad vos, ad totam civitatem, afferret epistolam de rebus aliquibus necessariis, annon omnes conglobaremini, & dum leguntur*

[7] In iis, quæ aperte in Scriptura posita sunt, inveniuntur illa omnia quæ continent fidem morésque rivendi. *Aug. de doctr. Christ. lib. 2. cap. 9.*

[i] *Cic. lib. 4. de finib.*

[k] *Idem, lib. 5. epist. ad famil. ep. 12.*

[8] πάντα τὰ ἀναγκαῖα [* τὰ περὶ τῆς θείας γραφῆς] σαφῆ. * Quæ voces è præcedente membro sententia, (adhibitas quidem in extremo, sed vim subjectis babentes,) quòd ad hoc item dilucidè spectent, repeto. Easdem autem postea Chrysostomus sic exponit, τὰ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς κείμενα: ut Augustinus dicit, Quæ in Scriptura posita sunt.

[7] ἀεὶ πάντα ἀναγινώσκων.

guntur

guntur attendere vis? nam hinc videtur augere culpam negligentium epiſtolas à Deo è cælo miſſas, *ſacras literas, quibus clarè traduntur quæcunque neceſſaria ſunt*: partim alia verba [1] Chryſoſtomi demonſtrant, dicentis *nos habere divinas leges, Scripturas*, [2] *accuratam rerum omnium ſiteram, & normam & regulam.*

[1] *In epiſt. 2. ad Corinth. homil. 13.* [2] ἀκριβῆ τῶν ἁπάντων κανόνα, καὶ γραμματεῖα, καὶ κανόνα.

30 At Stapletonus forſitan affirmat Patres citatos apertè contradicere, non quòd hoc in locis à Brentio deſcriptis faciant, ſed quòd alibi. Sic arbitror: ac [2] typographi errato accidiſſe ut minùs appareat. Probationis enim vice ſubjungit, *Auguſtinum dicere, Scripturarum veritatem etiam in illis teneri, quæ ſine Scripturæ exemplo tradit Eccleſia, quia ipſam Eccleſiam commendat Scriptura*; *contra Creſcon. lib. 1. cap. 33. & Chryſoſtomum dicere, Apoſtolos ſine literis multa tradidiſſe*; *hom. 1. in Acta, intelligere autem de Chriſti divinitate multa ad credendum neceſſaria.* Verùm Auguſtinus, primò, quod Eccleſiam tradere ſine Scripturæ exemplo de baptiſmo non iterando dicit: hoc negat eam tradere ſine teſtimoniis multis Scripturarum. Deinde, ſi notaſſet Scripturas univerſas ſententia

[2] *A quo excuſum eſt*, Auguſtinus etiam dicit: *mendosè, uti arbitror, pro*, Auguſtinus enim dicit.

contra

contra Cresconium, exarata [m] post alteram ex opere de doctrina Christiana citatam; & propterea illi apertè contradicere videri posset isto recentiore dicto: recentissimo igitur, scripto rursum [n] postea [o] cõtra Pelagianos, contradictionis speciem omnem abolet, quia superiorem sententiam repetitam roborat; non solùm dum generatim ait, *Ubi de re obscurissima disputatur non adjuvantibus divinarum Scripturarum certis clarísque documentis, cohibere se debet humana præsumtio, nihil faciens in partem alteram declinando*: sed etiam dũ speciatim, de quæstione, nũ parvuli anima reatu peccati obstringatur quòd propagetur ut caro, an eo ipso quo carni miscetur haud propagata; & quomodo Deus non sit autor reatus si animas non ex traduce creat; *Credo*, inquit, *credo, quòd etiam hinc divinorum eloquiorum clarissima autoritas esset, si homo illud sine dispendio promissæ salutis ignorare non posset.* Chrysostomus verò dicens Evangelistas multa sine literis tradidisse, tantum abest ut neget necessaria tamen complexos esse scripto, ut [p] ibidem asserat *Lucam in narrandis Apostolorum actis non omnia sibi nota scripsisse, quòd hæc sufficerent*

[m] Ut patet ex ipsius retract. lib. 2. cap. 4. & 26.

[n] Eod. lib. retract. cap. 33.

[o] De peccator. merit. & remiss. lib. 2. cap. ult.

[p] Homil. 1. in Acta Apost.

volentibus

volentibus animadvertere: eumque affirmare [9] se confeciſſe primum librum de omnibus quæ Jeſus tùm facere tùm docere cæpit, non tanquam omnia ſcripſerit, quod [r] Johannes declarat impoſſibile, ſed de omnibus ſummatim, ſive, de omnibus quæ neceſſaria ſunt ut gentique. Quas [3] voces eximius Chryſoſtomi ſectator [t] Theophylactus iterans illuſtrat & explanat hac ratione ſubjecta: *Nam illa per quæ divinitas & veritas prædicationis cognoſci poteſt, tùm Lucas, tùm Evangeliſtarum quiſque in ſuum librum ſummatim ac quaſi per delineationem [4] exactè retulerunt: non enim aliquid earum rerum prætermiſerunt, per quas tùm ea, quæ in carne contigit, adminiſtratio verbi creditur atque cognoſcitur; tùm ea, qua in Deitate ejus eſt majeſtas elucet atque declaratur.* Quin etiam addendo nominatim *Johannem Evangeliſtam de his omnibus ſimiliter tractaſſe*, demonſtrat veluti fontem ex quo talem ſenſum hauſerit Chryſoſtomi. Quippe qui Johannem exponens, [u] ait, *nec illum in ampliori narratione neglexiſſe humanam Chriſti naturam; nec Matthæum, Marcum, & Lucam, quum huic vacarent, ſempiternam omnino eſſentiam ſiluiſſe*: ac poſtquam de natura divina [x] comme-

9 Act. 1. 1.

r Joh. 21. 25.

3 *Pront Græcè ſcriptæ ſunt*: nam Sifanus, Theophylacti interpres, alias habet Latinè, quam Eraſmus, Chryſoſtomi; tametſi, quod ad ſententiam attinet, congruentes.

t In act. Apoſt. cap. 1.

4 ἀκριβῶς.

u Homil. 3. in Johann.

[a] commemorasset quæ per Apostolos scripto tradita habemus, attexit, *insistendum esse summa studia in iis quæ nobis* [z] *verbi ministri, & qui cerò ad conspicati sunt, tradiderunt, & nihil ulteriùs comendendum.* Quanquam quid ego aliunde probo Chrysostomum haud putasse quicquam de divina Christi natura necessarium esse creditu non scriptum? quum [y] eo ipso loco, in quo à Stapletono asseritur significare Apostolos sine literis talia multa de Christi divinitate tradidisse, Chrysostomus contrà planè agat de scriptis in libro actorum Apostolorum; & *illos inter multa, quæ differuerunt de Christo,* [x] *pauca dixisse de divinitate ejus, plura de humanitate,* inde observet. Tam probè fidelitérque Patres à nobis citatos ventilat Stapletonus.

[a] *In eundem, homil. 6.*

[z] Luc. 1. 2.

[y] *Homil. 1. in acta Apost.*

[x] ὀλίγα περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰρήκασι. *Quæ verba Theophylacti sunt item ex Chrysostomo.*

31 Scripturas autem quantulo religiosius cribret, testetur dictum celebre, quo Paulus asseverans [b] *Timotheum sacris literis sapientem reddi posse ad salutem per fidem quæ est in Christo Jesu:* [c] *Tota,* inquit, *Scriptura divinitus est inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus.*

[b] 2. Tim. 3. vers. 15.

[c] vers. 16.

Etus. Nam hoc à me ad primam item thesin abhibitum, [b] Stapletonus admodum verbosè aliquot foliis adversus Whitakerum, [c] qui firmissimum illinc argumentum duci docuit, exagitat, & tanquam glorioſa de ipſo reportata victoria triumphans demum ſic concludit: *Exemplo & documento eſſe poteſt unius hujus argumenti tractatio, quanta ſit Whitakeri & aliorum Calviniſtarum vanitas ac pertinacia, qui firmis Catholicorum ſolutionibus nunquam acquieſcunt, nullum inaniter cavillandi ac tergiverſandi finem faciunt.* Pronunciatum veriſſimum, ſi pro *Calviniſtarum & Whitakeri* nomine duntaxat ſubſtituatur nomen *Stapletoni*: utpote cujus vanitas ac pertinacia mira, ſolidis Catholicorum judiciis nunquam acquieſcentis, nec ullum finem facientis inaniter cavillandi tergiverſandique, ex unius hujus loci tractatione luculentiſſimè patet. Probari enim ipſo Scripturæ perfectionem & ſufficientiam ad ſalutem, *Catholici*, quos appellat, cum Whitakero & aliis orthodoxis conſentiunt. Ita Villavincentius, fraterculus Auguſtinianus, eum exponit poſt [d] Hyperium, [e] dicens: *Apoſtolus ait ſecundæ ad Timotheum tertio,*

[b] *Relect. controv. 4. queſt. 1. art. 3. in argumentor. ſolut. ad 9. arg.*

[c] *Gul. Whitakerum, in diſputat. de ſacra Scriptura, queſt. 6. cap. 14. arg. 5.*

[d] *De rationi ſtudii theolog. lib. 1. cap. 3.*

[e] *Laurent. Villavincent. ibid.*

tertio, Sacræ literæ (& solæ inquam) possunt eruditum reddere ad salutem per fidem in Christo Jesu: cujus pronunciati quò fidem faciat, addit; *Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad doctrinam, &c. quibus sanè verbis Apostolus omnia complectitur, quæ ad salutem hominis sunt necessaria.* Ita censores Belgici, id est, [f] doctissimorum Theologorum collegium, doctissimus Episcopus, Ariásque Montanus, hanc annotationem Bezæ in illum locum, [g] à Tremellio editam, [h] transierunt ut sanam, & maxima cura, diligentia, judicio expensam cum suis communicárunt: *In scripto Dei verbo perfectè traduntur quæcunque tùm ad vera dogmata cognoscenda & stabilienda, falsa verò refellenda; tùm ad malos quidem mores corrigendos, bonos autem instituendos spectant.* Ita [i] Espencæus, Parisiensis theologus, eisdem pæne verbis, eadem certè prorsus sententia, qua Beza, [k] *Scripturas, si quid scire, si quid agere opus est, verum docere, falsum convincere, reducere à malo, inducere ad bonum; nec verò qualitercunque bonum facere, sed perficere: [l] easque posse hominem ad salutem*

[f] *Præfat. Ariæ Montani in expurgatorium indicem, Philippi regis jussu & Albani Ducis consilio concinnatum anno M.D.LXXI.*

[g] *Nov. Testamenti edit. Syriacè, Græcè, & Latinè, cum versione ex Syriaco, per Immanuelem Tremellium.*

[h] *Ind. expurgat. in novum illud Testamentum: ubi è secunda ad Timotheum tertio, versu 16. in annotat. 5. delleri tam ommodo jubent verbum,* Uno; Pastorem ex uno scripto Dei verbo spere oportere,

in quo perfectè traduntur, quæcunq; &c.

[i] *Comment. in 2. epist. ad Timoth. cap. 3.*

[k] *In versum 16.*

[l] *In versum 15.*

erudire & sufficienter doctum reddere, sufficienter, contrà quàm Stapletonus garrit *Scripturam utilem perhiberi, non item sufficientem.* Atque horum primum, nempe Villavincentium, citavit etiam Whitakerus: ut interpretationem nostram à Papistis non reprehendi ostenderet. Quod quum Stapletonus neutiquam attingat, & tamen Whitakerum, ob firmas Catholicorum solutiones spretas, vanitatis? an pertinaciæ? an utriusque damnet: cujus tandem culpæ condemnandus est ipse, qui tales Catholicorum approbationes à Whitakero commemoratas supprimit silentio, dissensionémque à Catholicis Catholicum Hyperii censorem dilaudanti & sequenti exprobrat?

32 Omnino, cujuscunque; pertinaciæ saltem ac vanitatis insignis notam sibi inurit multiplicandis inanibus cavillationibus ac tergiversationibus, neque nullo interim mendacio incrustatis, ad firmitudinis speciem conciliandam duabus solutionibus suis: quas istis verbis [6] iterat: *Verba Apostoli nec de tota Scriptura loquuntur, sed de omni, id est, de qualibet ejus parte, quòd sit utilis ad docendum, &c. scilicet respectivè*

[a] *Nam in principiorum fidei doctrinalium demonstratione,* [*lib.* 12. *cap.* 8. *& lib.* 13. *cap.* 9.] *eadem antè scripserat. Quæ licet à Fulcone* [*in posteriorem locum*] *solidè refutata sint; ut & à Whitakero,* [*disput. de sacr. Script. quæst.* 6. *cap.* 14. *arg.* 5. *contra Bellarminum:*] *tamen iste, nullam inaniter cavillandi ac tergiversandi fibram faciens, in relectione repetit.*

una

una pars ad hoc utilis, alia ad illud; (quis autem dicat quamlibet Scripturæ partem esse ad omnia sufficientem?) nec de sufficientia, sed de utilitate loquuntur. Scriptura quidem est utilis ad hæc omnia, non tamen propterea sufficiens. Pietas quoque est utilis ad omma, 1. Tim. 4. non tamen vel sufficiens, vel sola utilis: sequitur enim ibidem, quòd corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Rursum, ut current bonis operibus præesse qui credunt Deo, bonum & utile est hominibus; ad Tit. 3. non tamen bona opera ad salutem sola sufficiunt. Est ergo & Scriptura ad omnia utilis, sed nec sola, nec sufficienter. Alioqui sibi ipsi Apostolus contradixisset, qui jussit suos Thessalonicenses tenere traditiones non scriptas, 2. Thess. 2. utique quia utile hoc illis judicabat, ut etiam non scriptam doctrinam tenerent.

Hactenus fundamenta Stapletonianę solutionis utriusque, ex duobus (ut eam proponit [m] Whitakeri adversarius) collectæ: primò ex illo, [n] *Omnis scriptura*; secundò ex illo, *utilis est*. Ad cujus prius membrum quia Whitakerus respondet, *vocem* [o] *omnis sæpe in Scripturis usurpari pro tota*, quod plurimis exemplis manifestum facit, *hunc autem locum sic necessario intelligendum esse*,

[m] *Bellarminus, de verbo Dei non scripto, cap. 10.*

[n] *2. Tim. 3. 16.*

[o] *Omnis. Pro qua voce habetur* omnis, *apud veterem interpretem*: tota, *apud Bezam.*

quod è circumstantiis, quà sequentibus, quà præcedentibus itidem commonstrat: Stapletonus primùm excipit de voce, *recenseri eam ita usurpatam octo tantùm locis, quorum quinque totius collectivè aut completè significationem non habent sed significant omnem cum commoda distributione*; deinde, *licet omnia acciperetur pro tota in omnibus locis citatis, quum tamen propriè ac frequentius* πᾶν *non totum aliquod collectivum (quod* τὸ ὅλον *dicitur) sed omne per distributionem commodam significet, annon apertam esse tergiversationem atque vanitatem, destruere velle communem & propriam vocis acceptionem à variori minúsque propria? sanè* τὸ πᾶν *omne significare non solum locis ab ipsomet citatis, sed multis aliis*, quos recenset septem; *denique in Scriptura*, inquit, *Evangelica illud* πᾶς, πᾶσα, πᾶν, *per petuò per omnis, & omne*, redditur, *nec nisi rarissimè ab ipsis Novatoribus per totius vocabulum transfertur*; præterea, *denique notat diligenter Beza*, πᾶν *in Scripturis indefinitum interdum potiùs quàm universale esse*; *Rom.* 12. 3. In cunctis quàm perspicuè patrans idipsum quod Whitakero objicit: in plerisque amplius, nimirum & mentiens?

Nam

Nam falsum est Whitakerum octo tantùm locos hujusmodi citare : quandoqui dem uno solo, his expresso verbis, *sæpe in Scripturis legimus, omnis Israel, id est, totus Israel*, fortasse plusquam octies octo comprehendit, ex [o] unico certè libro Scripturæ plusquam octo. Falsum item in quinque illorum significari omnem distributivè, non totum collectivè : cujus rei locuples testis est primus, ubi [p] *πᾶς ὁ λαὸς diluculo ad Christum in templo venisse* dicitur. Totus enim populus, Judaicus nempe Jerosolymæ degens, ad Christum venit : non autem populus omnis, Romanus, Græcus, Gallicus, aliæque gentes. Atqui hoc oportuit si omnis distributivè intelligeretur : ut [q] *Evangelium annunciatur omni genti ac populo* in Apocalypsi ; & [r] sancti *se per Christi sanguinem redemtos ex omni populo* canunt, id est, [s] *ex omnibus populis*. Ne commoda quidem distributio, quæ vocem necessariò ad plures populos quàm Judaicum unum extenderet, tametsi non ad cunctos omnino & simpliciter, satis commodam latebram præbet veteratori. Collectionem commodam vocari potiùs decuit, qua unum

[o] Josuæ, cap. 3 vers. 7. cap. 4. vers. 14. cap. 6. vers. 16. cap. 7. versib. 24. & 25 cap. 8. versib. 15. & 21. cap. 9. vers. 6. cap. 10. versib. 15. 29. 31. 36. & 43. cap. 23. vers. 2.

[p] Luc. 21. 38.

[q] Apoc. 14. 6.

[r] Apoc. 5. 9.

[s] Apoc. 7. 9.

quaſi corpus, etſi non completè, conjunctè tamen notatur. Et quo tandem pacto probat τὸ πᾶν propriè non totum aliquod collectivum (quod τὸ ὅλον dicitur) ſed omne diſtributivum ſignificare? Philoſophorum ſanè principes in natura rerum explicanda, quo loco [r] perſpicuitas proprietatem verborum præcipuè requirebat, [u] Ariſtoteles, [x] Plato, & ambobus antiquiores [y] Timæus [z] Ocellúſque, τὸ πᾶν collectivè *totum mundum* nominant; & quidem ſæpius quàm τὸ ὅλον: nec [a] Cicero, Platonis interpres, ὅλον modò, ſed πᾶν quandoque *totum* reddit. Ridiculè verò Stapletonus, ſi, ad evincendum omne frequentiùs ac propriè ſignificari, citavit, præter pauculos è Whitakero detortos locos, ſeptem alios. Quum præſertim, qualem delectum horũ faciat, indicio ſit poſtremus: in quo [b] πᾶς ὁ λαὸς *omnis populus claudum vidiſſe ambulantem* ſcribitur à Luca, ſignificante ſolũ populum Jeroſolymitanũ: quem eundem antea vocaverat [c] ὅλον τὸν λαὸν, id eſt, collectivè propriéque *totum* vel Stapletono judice. Quòd ſi πᾶς & crebriùs, & magis propriè notet omnem, quàm totum; inſulsè nihilominus & putidè percontatur: [illegible] nem

[r] *Quintilian. inſtit. orat. lib. 8. cap. 2. Vives lib. 2. rhetor. cap. de decoro.*

[u] *De cœlo lib. 1. cap. 1. 2. & 3. paſſim.*

[x] *In Timæo.*

[y] *Tim. Locr. de anima mundi, apud Platonem.*

[z] *Ocell. Lucan. de univerſi natura.*

[a] *De univerſitate.*

[b] Act. 3. 9.

[c] Act. 2. 47.

non aperta tergiversatio ac vanitas est, à rariori minúsque propria vocis significatione communem ejus & propriam acceptionem destruere velle? Nam Jesus magis propriè, opinor, ex [d] angelica vocis [8] etymologia, significat [9] servatorem nostrum Christum, quàm Josuam, Mosis successorem: frequentiùs sine dubio; quod ex sacris libris, ut alios omnes mittam, inter se [e] collatis luce fit clarius. Quid igitur? Si quis impius & profanus scurra inficiaretur homines salutem per Christum consequi, quòd [f] *Jesus eos in requie collocásse* negetur à Paulo ad Hebræos: num Christianis de Josua ibi verba fieri monentibus scitam & aptam exceptionem opponeret, quærendo Stapletonianè; *Quum creberrimè & propriè Jesus non Josuam sed Jesum Nazarenum significet, eáque sit propria ac frequentior vocabuli significatio; an non aperta tergiversatio ac vanitas est, à rariori minúsque propria vocis significatione communem ejus ac propriam acceptionem destruere velle?* At aptiùs ad propositum tornantur quæ sequuntur, polita gemino *denique*: Denique in Scriptura Evangelica illud πᾶς, πᾶσα, πᾶν, perpetuò per *omnis*, & *omne*, redditur; nec

[d] Matth. 1. 21.

[8] יְשׁוּעַ. unde nomen Jesu Nazareni de-ducitur, juxta etymon angeli, (ipse enim servabit populum suum &c.) asserens Mercerus; [thesaur. linguæ sanctæ, Pagnin. verbo יְשׁוּעַ] In eum, inquit, veritas etymi incidit, quum in aliis esset tantùm umbra.

[9] σωτῆρα, & σωτήριον. Luc. 2. vers. 11. & 30.

[e] Concordant. Latin. verbis Jesus & Josua: pro quo habetur Ἰησοῦς apud Septuaginta in vetere Testamento; ut etiam apud Lucam in novo, Act. 7. 45.

[f] Heb. 4. 8.

nec ab ipsis Novatoribus, nisi rarissimè, per totius vocabulum transfertur: Denique notat diligenter Beza, πᾶς in Scripturis indefinitum potiùs interdum quàm universale esse. Aliquanto aptiùs, fateor, saltem alterum: nisi trifariam, quà fucosi, quà falsi vitio laboraret. Primò, quòd probationē ad versionem *Scripturæ Evangelicæ* transfert: si loquendi morem receptum [g] sibi & solennem, quo Evangelia ab Epistolis, *Evangelicámque Scripturam* ab *Apostolica* discriminat, observet. Agitur enim de sensu [1] Scripturæ Apostolicæ: in [h] qua nonnunquam per [2] *tota*, & [3] *totum*, redditur πᾶσα, πᾶν; ac non per *omnis*, & *omne*, semper. Deinde, quòd hanc vocem ait *illis perpetuò reddi per omnis, & omne.* Nam in [i] Evangelio Matthæi πᾶσα redditur [4] *totus*, & [5] *tota*, non solùm à *Novatoribus*, Erasmo, Beza, [k] Caietano, [l] Isidoro Clario, sed à *vetere interprete*. Postremò, quòd perinde asseverat *per omnis, & omne, reddi perpetuò*, quasi distributivum propterea necessariò visum esset veteri interpreti, non collectivum. Etenim è contrario frequen-

[g] Stapleton. promptuar. moral. super Evangelia Dominicalia totius anni, parte hiemali, præfat. ad lectorem.

[1] Epistolæ Pauli ad Timotheum.

[h] 2. Cor. 1. 3. Ephes. 4. 16. Col. 2. 19. Heb. 2. 15.

[2] πᾶσαν ϖαρά-κλησιν, totius consolationis. πᾶσιν τῆ ζωῆ, totam vitam.

[3] πᾶν τὸ σῶμα, totum corpus.

[i] Matt. 8. vers. 32. & 34.

[4] πᾶσα ἡ ἀγέλη, totus grex.

[5] πᾶσα ἡ πόλις, tota civitas.

[k] Comment. in Evangelia, ad veritatem Græcorum codicum castigata.

[l] In Biblia à se versa, editisq; tandem, deputatorum concilio Tridentini servata censura.

ter

ter apud [m] eum per *omnis*, & *omne* redditur [6] πᾶς, [7] ὅλη, [8] ὅλος: quo totum aliquod collectivum propriè designari agnoscit ipse Stapletonus. Sed alterum sine dubio admodum ineptè, quum ad refellendum Whitakeri dictum, *πᾶν sæpe in Scripturis usurpari pro toto*, dilaudat Bezam observantem [9] *πᾶν interdum ibi significare quodvis.* Tanquam si adversus secularem presbyterum, adolescentes Anglos in Seminario Romæ dormire plus sex horis noctu asserentem, contenderet regularis quispiam eos integrum diem vigilare, aut dormitare solùm, non item dormire, nisi fortè quum meditantur; & post [n] encomia varia, sub Jesuitis magistris sic educari cunctos, ut spes sit evasuros similes Julii Cæsaris, de quo [o] Marcus Tullius, *Hoc vigil*, inquit, *horribili vigilantia, celeritate, diligentia est*, ad extremum concluderet: *Denique* [p] *Personius diligenter narrat, eos usque ab hora quarta matutina, qua pervetus surgunt, aliquid habere quod agant ad nonam vesperti-nam, qua se conferunt cubitum.* Ita Stapletonus, non tam Cæsarem quidem horribi-

[m] Matt. 26. 59 Marc. 1. 33. & 14. 55. Act. 2. 2. 47. & 7. 10. & 15. 22. Phil. 1. 13. Heb. 3. 2.
[8] ὅλος ὁ λαὸς, omnis plebs.
ὅλη ἡ οἰκία, omnis domus.
[7] πόλις ὅλη, civitas omnis.
ὅλη ἐκκλησία, omnis ecclesia.
[8] ὅλον συνέδριον, omne concilium.
ὅλον τὸ πραιτώριον, omne prætorium.
[9] *Hoc enim sonant ejus verba*, particulam esse interdum indefinitam potiùs quàm universalem: *annotationib. majorib. in Matth. 4. 23. & Rom. 12. 3.*
[n] *Alan. apolog. institut. Anglicor. collegior. Rom. & Rhem.* [o] *Epistolar. ad Atticum, lib. 8. epist. 9.* [p] *Nartar. de Anglicano Seminario Rom.*

li vigilantia, quàm [1] *horribilem ſophiſtam* libidine altercandi referens, accinere poteſt ſuis de vocabulo πᾶς in Whitakerum ſonis carmen [2] Perſianum.

[1] Pariſienſem inter ſuos quaſi Cæſarem. *Vives, de cauſis corruptarum art. lib. 3.*

[2] *Satyr. 3.*

Stertimus, indomitum quod deſtumare Falernum
Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.

[1] 2. Tim. 3. 16.

33 Porrò, quod rationi è [1] ſequentibus ductæ, *oportere ſingulas Scripturæ partes utiles eſſe ad doctrinam & cetera quæ perfectum reddant hominem Dei, ſi omnis diſtributivè non tota collectivè à Paulo intelligatur*, reſpondet, *plurimas & pleraſq; valere ad aliquod horum, unam ſcilicet ad docendum, aliam ad arguendum, aliam ad corripiendum, aliam ad erudiendum, id eſt, utiles eſſe ad hæc omnia reſpectivè*: omnino monſtrat ſeſe parum reſpicere quàm ſibi congruentia & conſentanea ſcribat, qui antea dicam apertæ tergiverſationis ac vanitatis impegit volenti à rariori minúſq; propria vocis ſignificatione communem ejus & propriam acceptionem deſtruere. Nam *omnis* propriè ac creberrimè deſignat univerſas & cunctas, nulla excepta: non plurimas tantùm, & pleraſq;. Sed turpior labes ſub vocabulo *reſpectivè* latet: quippe cujus vis eſt,

est, utilitatem afferre eas vel ad docendum, vel ad arguendum, vel ad corripiendum, vel ad eruditendum. Pauli verò sententia, per asyndeton (schema[f] grammaticum) enunciata, vult utilem esse omnem Scripturam & ad doctrinam, & ad redargutionem, & ad correctionem, & ad institutionem in justitia: ut quum[t] *Episcopum* ait *oportere esse vigilantem, temperantem, compositum, hospitalem, aptum ad docendum*, significat copulativè, vigilantem, & temperantem, & compositum, & hospitalem, & aptum ad docendum; non autem disjunctivè, vigilantem, vel temperantem, vel compositum, vel hospitalem, vel aptum ad docendum; seu (ne sophistæ phrasim mutemus) *respectivè*, id est, unum episcopum vigilantem esse debere, alium temperantem, alium compositum, alium hospitalem, alium aptum ad docendum; qua norma merebuntur episcoporum cathedras bubulci, agasones, cerdones, carnifices, modò frugi[u] patrumfamiliàs aut hominum verè[x] Christianorum laudem mereantur. Nec multo sanè meliùs contra rationem petitam ex[y] præcedentibus, *Timotheum sacris literis, quas à puero novit, sapientem*

[f] *Beda de schemat. & trop. sacræ script. Linacer, de emend. struct. lib. 6. cap. conjunctionum eclipsis.*
[t] 1. Tim. 3. 2.
[u] *Proverb. 6. 9. Aristot. œconomicor. lib. 1. cap. 6.*
[x] 1. Pet. 4. 16. *Tertullian. apologet. cap. 46.*
[y] 2. Tim. 3. 15

pientem reddi poſſe ad ſalutem, hoc autem non dicendum de quavis earum parte, de totis igitur dictum eſſe, itémq; poſt firmatum, reclamat, optimè ſequi: Tu totam Scripturam didiciſti, & illa tota te poteſt inſtruere, quia plerag; ejus partes utiles ſunt ad hæc omnia reſpectivè. Quippe iſto pacto debilior fit futura probatio axiomate cui roborando adhibetur, quòd non ſequatur neceſſariò tam ampla totius efficacia ex utilitate pleraru̇mq; partium: ſiquidem pleraſque partes arboris vitis ad ſanitatem hominis conducere reſpectivè, [z] unam nempe ad ſitim ſedandam, [a] aliam ad famem, [b] aliam ad frigus, [c] aliam ad morbos; neq; tamen poſſe hominem vite tota valentem reddi & vegetum, ſed [d] aliqua re præterea fulciendum ſcimus. Poſtremò negans *Paulum de tota Scriptura loqui, quia nec dum tota extabat Scriptura, Johannis enim Evangelium & Apocalypſis deerant*, [e] autorémq; hujus *probationis bonæ Bellarminum*, prædicans, oſtendit rem ad triarios, quod aiunt, rediſſe, vel potiùs conclamatum eſſe. Nam Paulus ait [f] *totum corpus Chriſti myſticum animari & alii ſancto ejus Spiritu*, nec tamen totum adhuc extat, quàm diu electus ullus naſcitu-

[z] Gen. 40. 11. [a] 1. Sam. 25. 18 & 30. 12. [b] Ezek. 15. 4. Joh. 15. 6. [c] *Plin. natural. hiſt. lib. 23. proœm. & cap. 1.* [d] 1. Sam. 30. 11 Pſal. 104. 15. Ezek. 4. 16.

[e] Addit Bellarminus bonam probationem, *inquit Stapletonus; & ut laude eam dignatur, ſic defenſione: tametſi profitens alioquin ſe prætermittere quæ contra Bellarminum propriè diſputat Whitakerus; quia viventem & valentem adverſarium habet.*

[f] Epheſ. 4. 16.

rus

rus supereſt, ut ex Johannis [f] Evangelio & [g] Apocalypſi liquet. Enimvero ea quæ ſola tum extabat, etiam Scriptura Teſtamenti veteris, quam Timotheus ſolam fortaſſe à puero noverat, ſufficiebat inſtruendis fidelibus ad ſalutem: quantumvis addita novi quoque Teſtamenti Scriptura tota, quæ nunc extat, id ipſum luculentiùs perfectiúſque præſtet. Cui veriſſimæ Whitakeri adverſus Bellarminum exceptioni obtrectat Stapletonus, dicendo, *nihil addi poſſe perfecto, maximè quoad ſufficientiam: neque potuiſſe vetus Teſtamentum ſufficientem eſſe totius veritatis normam, ſi Teſtamentum novum eſt adhuc neceſſarium.* Oblitus animantibus, quæ naſcuntur [3] perfecta, [4] perfectionem adjici dum ad juſtam ætatis maturitatem adoleſcunt; & præbitum eſſe hominibus victum ſufficientem ſtatim ab orbe condito quum terræ [h] fructibus alerentur, ut rectè notat [i] Chryſoſtomus, tametſi plenius uberiúſque ſufficiens præbeatur [k] conceſſo eſu animalium poſt diluvium Noæ; & [l] vinum neceſſari-

[f] Joh. 17. 20.
[g] Apoc. 6. 11.

[3] Τέλεια, teſte Ariſtotele, lib. 7. de hiſtoria animalium, cap. 8. & πᾶσαν τὴν τελείαν ἡλικίαν. ibid. cap. 3. Quo ſenſu vetus etiam Pſalmorum interpres ex Septuaginta vertit, Imperfectum meum viderunt oculi tui: ubi Hieronymus ex Hebræo informem me; Caietanus, ſine forme meum; at embryon oppoſitum formato & perfecto fœtui deſcribitur, Pſal. 139. 16.

[4] Unde τελειοῦν ac τελειοῦσθαι ſolis adultis tribuit Ariſtoteles, ejuſdem operis lib. 2. cap. 1. de partib. animalium lib. 4. cap. 10. Et pro voce τελείων, adultorum, ut Beza reddit, vetus interpres alii q; habent, perfectorum, Heb. 5. 14.

[h] Gen. 1. 29.
[i] Homil. 16. in Geneſin.
[k] Gen. 9. 4.
[l] 1. Tim. 5. 23.

um

[m] Dan.1.12. 1.Sam.30.11. 1.Reg.17.4. [n] Gen.9.21.

unquàm fuisse Timotheo, quum [m] aquæ multis aliis ad potum sufficerent, [n] fortasse & cunctis ante diluvium. Notatu autem rursus dignum est obiter, Stapletonum, qui *firmas Catholicorum solutiones à nobis sperni* ait, dissimulare citatam à Whitakero Dionysii Carthusiani, Catholici, & [o] Catholicis probati, enarrationem, sonantem, *Omnis, id est, tota Scriptura canonica.* Usque adeò prima istorum solutio, Scripturæ sufficientiam à Paulo minimè probari, quia non de toto loquitur, sed de orpni, hoc est, de qualibet ejus parte, ac quamlibet partem ad omnia sufficere quis dicat? dissoluta, fracta, delumbata esse, tùm firmissimis verbi divini circumstantijs, tùm hominum haud infirmo eloquio silentióve convincitur.

[o] Jo. Trithem. catalog. illustrium virorũ German. & de scriptorib. eccles. aust. Sixt. Senens. biblioth. sanct. lib. 4. in Dionysio Lenio. Hic omnes utriusq; Testamenti libros piissimis & clarissimis commentariis illustravit.

34 Jam quod Whitakeri responso ad secundam, scilicet, *probari Scripturæ sufficientiam ex utilitatis magnitudine*, opponit Stapletonus, *nulla magnitudine utilitatis ad quædam probari perfectionem aut sufficientiam ad omnia*: id verè quidem dicitur. Nam magna est pistilli utilitas ad tundenda & comminuenda aromata, hordeique ac rerum cõsimilium grana: tamen [p] si stultum

[p] Prov.27.22.

contundas

contundas pistillo in mortario, non sufficit hoc ad avertendam stultitiam ejus ab eo. Sed improbè adhibetur adversus Whitakerum, qui *sufficientiam* ait *probari ex magnitudine utilitatis ad omnia*: quemadmodum [q] Stapletonus (quo magis pateat hominis nequitia) mox agnoscit. Interim speciosa vanitate ac fraude, contra fœneum hominem, non contra adversarium vivum depugnans, narrat *panem alendo corpori utilissimum esse, tamen absque potu non sufficere; & [r] præesse bonis operibus utile esse hominibus, non tamen absque fide sufficere; pluviam quoque & solis calorem ad herbas generandas utilissima esse, non sufficere tamen absque terræ bonitate.* Cujusmodi similitudines sexcentas proferre posset: sed quæ arguant eum aut plus potasse quàm sufficeret, aut [f] vino Babylonicę meretricis ebrium fuisse absque potu. Præsertim quum ex verbis ipsius colligatur sufficere panem & potum corpori alendo: nos autem in Scripturis haberi quasi [t] utrumq; ad pascendam animam, ex sacræ [u] sapientiæ oraculo doceamus. Præterea Whitakerus citat approbátq; sententiam [x] Hieronymi, negantis *sufficere Scripturas ad salutē sine fide Christi.*

[q] *Ibidem.*

[r] Tit. 3. 8.

[f] Apoc. 17. 2.

[t] Pro. 9. ver. 5.

[u] vers. 1.

[x] *In 2. epist. ad Timoth. cap. 3.*

Quæ fides quia ſedem habet in corde, nam
7 Rom.10.10. 7 corde creditur ad juſtitiam; & 8 cor bo-
8 Luc.8.v.15. num, ut a terra bona, ſuſcepto ſermone
a verſ.8. Dei tanquam ſemine, fructum producit;
b Jacob.1.17. nec poſſe hoc niſi b gratia cœleſti, agnoſcimus: Stapletonus, inficians calorem humidum abſque terræ bonitate ad herbas generandas ſufficere, & tantundem aptiùs à 5 duobus ex c Paulo expreſſum ſupprimens, 6 bellè dimicat. Pari venuſtate commemorat *neceſſaria eſſe fidei noſtræ, ſeu generandæ, ſeu alendæ, vivam vocem Eccleſiæ forinſecus proponentem & divinum Spiritum intus illuminantem, præter Scripturarum doctrinam literalem*: unde concludit *Scripturam ad ſalutem nobis non ſufficere*. Ac ſi, ubi d Livius *montem herbidum aquoſumq; quoniam alendo pecori bonus erat, hominum quoq; carne ac lacte veſcentium abunde ſuffeciſſe alimentis* refert, Pollio (e notator Patavinitatis) rem ſecus ſe habere aſſereret, quia neceſſaria ſunt naturali calori ſeu fovendo, ſeu moderando, humana manus foris apparans & animæ vigor intus concoquens, præter cibi & potus ſuccum corporalem. Quanquam iſte Pollio nobis impudentiùs & inſulſiùs obſtrepit, qui non animadvertit

5 Hieronymo & Whitakero.
c 2. Tim.3.15.
6 Nil bene quum facias, facis attamen omnia bellè. Vis dicã quid ſis? *Martial. epigrammat. lib.2.epigr.7.*
d *Lib.29.*
e *Quintilian. inſtit.orator. lib.8.cap.1.*

animadvertit ne traditiones quidem unà cum Scripturis ita suffecturas Papistis ad salutem, quod tamen statuunt [f] ipsi. Quid igitur? An solidiùs disputat, quum addit: *Alioqui Apostolus sibi ipsi contradixisset, qui jussit suos Thessalonicenses tenere traditiones non scriptas, 2. Thess. 2. utiq; quia utile hoc illi judicabat, ut etiam non scriptam doctrinam sua-rum tenerent?* Stolidiùs. Etenim Deus, qui [g] cibum hominibus sufficientem è terra nasci ostendit, haud contradixit sibi ipsi quando [h] Israelitas factitiis panibus vesci jussit, quales terra non edit. Egregius verò censor repugnantiæ aientium & negantium est Stapletonus, qui hæc enunciata sic inter se opponi perhibet: Tota Scriptura fidelibus ad salutem instruendis sufficit; &, Fidelibus expedit doctrinam tùm in una Scripturæ parte traditam, tùm in ceteris, tenere. Namq; [i] Paulus dicens Thessalonicensibus, *Tenete traditiones quas edocti estis sive per sermonem, sive per epistolam nostram*, Scripturæ partem notat nomine *epistolæ*, epistolam nempe primam ad Thessalonicenses: *sermonis* autem voce completitur alias Scripturas, utpote [k] Evangelium in iis promissum annuncians, [l] nec

[f] *Concil. Trid. sess. 4. Bellarm. de verbo Dei, lib. 4. cap. 3. & ceteri tractatores controverses suarum.*

[g] Gene. 1. 29. Psalm. 104. 14.

[h] Exo. 12. versib. 8. & 39.

[i] 2. Thess. 2. 15

[k] Act. 13. 32. & 17. 2. & 26. 23. Rom. 1. 2. 1. Cor. 15. 3. Gal. 3. 8. & sequentib.

[l] Act. 26. 22.

quicquam dicens extra ea quæ Prophetæ ac Moses futura prædixerunt. Quocirca [m] ἀκριβῶς aiit impostor *Apostolum jussisse Thessalonicenses tenere doctrinam non scriptam*, quasi de non scripta [7] ἁπλῶς & omnino agere: qui doctrinam tantùm [8] μὴ ἐγγράφως à seipso non scriptam in priori epistola, nihilominus alibi ab aliis Spiritus sancti amanuensibus scriptam, tenendam illis commendavit.

[m] *Aristot. de reprehens. sophist.*
[7] ἁπλῶς.
[8] μὴ ἐγγράφως.

35 [n] Cicero Marcum Cælium, meliùs objicientem crimina quàm defendentem, *bonam dextram, malam sinistram habere* dicebat. Stapletonus, malam dextram, pejorem sinistram habens, deteriùs confutat rationes à Whitakero ex Pauli verbis pro Scripturæ sufficientia contextas, quàm suas in contrarium adductas confirmavit. Quippe quia primò Whitakerus urgens vocabulum σοφίσαι, [o] *Sacræ literæ te possunt σοφίσαι, hoc est, sapientem reddere ad salutem, In sapientia*, inquit, *perfectio inest scientiæ, ut nihil amplius requiratur*; respondet *omnes, qui liberalem aliquam artem docent, Græci dixi σοφίζειν, unde Libanium sophistæ nomen accepisse*: additq; *Sic Scripturæ σοφίζουσι, docent, & instruunt ad salutem, ut noster interpres*

[n] *Quintilian. instit. orat. lib. 6. cap. 4.*
[o] 2. Tim. 3. 15.

pres optimè vertit. Immo verò meliùs vertit, Stapletone, interpres vester [p] Arias Montanus è Græco: *sapientem reddunt ad salutem.* Itémq; meliùs vertit interpres vester [q] Guido Fabricius è Syriaco: *sapientem efficiunt ad salutem.* Ac rursum item meliùs vertit vetus interpres, is, quem vestrum dicis, quem [r] conciliabulo vestro authenticum fecistis, quem [s] jussu Damasi Papæ correxit Hieronymus, sed parcè, ne videretur mutasse nimis multa, si corrigeret omnia quæ corrigenda censuit; is, inquam, vertit meliùs aliàs, apud Davidem, Psalmo [t] decimo nono: ubi, ad [u] eandem rem, quam Paulus tractat, [x] Hebræum verbum idem cum [y] Syro interpretis Pauli, expressum à [z] Septuaginta eodem Græco verbo, quod Paulus adhibet, vertit; [a] *sapientiam præstans.* Tu autem [b] alio sensu σοφίζω, non σωφίζω, qui Latina phrasi, *instruere ad salutem*, insidias tendis ignorantibus hoc Græcè significare, *sapientem ita reddere ut servetur, ut æternam vitam obtineat, qui instruitur*: quod tùm [c] eadem formula lo-

p *Interlineat. interpretat. novi Testam. in sacri apparat. ad Regia Biblia tom. 2.*

q *Regior. Bibliot. tom. 5.*

r *Synod. Trident. sess 4.*

s *Hieron. præfat. in Evang. ad Damasum.*

t *Aut 18. ut vulgata editio numerat. vers. 8.*

u *Verbi Dei perfectionem atq; utilitatem:* Doctrina Jehovæ integra est, restituens animam; *aut,* (ut vetus interpres vertit,) Lex Domini immaculata, convertens animas; testimonium Domini verax, &

quæ sequuntur. x מחכימת. y *Ab eadem radice* חכם. z σοφίζουσα νήπια. a Sapientiam præstans parvulis. b σοφισμένοις μύθοις. 2. Pet. 1. 16. c εἰς σωτηρίαν. Rom. 1. 16. & 10. vers. 1. & 10. 2. Cor. 7. 10. 2. Thess. 2. 13. Heb. 9. 28.

quendi; [7] cognatæq; , ab Apostolo alibi usurpatæ probant ; tùm idem ad Timotheum , collatis quæ [11] sequuntur cum [x] præcedentibus, planum facit, [8] *servaturum eo modo* affirmans *& se, & qui ipsum audiunt*. Atque iterum aliusmodi [y] sophistam quàm Libanius, Libanii licet spiritu, agis,dum subjungis : *Sic omnis pastor Ecclesiasticus* σωζει *suos ad salutem, immo* καταρτιζει, *consummat, perficit, quod amplius est*; [z] *dati enim sunt pastores ad* καταρτισμὸν, *ad consummationem seu perfectionem fidelium : sed nunquid propterea perfectam sapientiam sufficienter in omni sua doctrina pastores docent?* Nam percontationi sic infereis voculas, *in omni sua doctrina*, quasi Whitakerus diceret perfectam sapientiam in omni Scripturæ parte doceri. Hoc autem [9] superioris solutionis vomitu (ad quem redis) amoto, restat perfectam scientiam à pastoribus in tota sua doctrina sufficienter tradi : quod vel Pauli exemplo, qui [a] omne Dei consilium ad salutem conducens Ephesiis annunciavit, concedendum discimus. Proinde quum Scriptura item credentes possit imbuere sapientia tanta, quanta sufficit ad salutem : prima Whitakeri ratio lucidissimis

[7] ἵνα σωθῶσι. 1.Cor.10.33. 1.Thess.2.13. εἰς τὸ σωθῆναι αὐτοὺς. 2.Thess.2.10.
[11] 2.Tim.4.2.
[x] 1.Tim.4.16.
[8] σώσεις.
[y] *Plato in Sophista & Euthydemo. Aristot. de reprehens. sophistar.*
[z] Ephes.4.12.

[9] *Ex priore Apostoli voce,* omnis Scriptura.

[a] Act.20. versib.20.& 27.

similis contextus Apostolici verbis roboratur.

36 Secunda, eo nixa, quòd [b] Paulus ait *Scripturam utilem esse ad docendum, redarguendum, corrigendum, instituendum in justitia, id est, ad cuncta pastoris Christiani munia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus*, vellicatur ab isto insigni similitudinum architecto, dicente: *Pietas ad omnia utilis est*, [c] *ait Apostolus; non tamen sufficiens; quia, ut statim subjungit, Corporalis exercitatio ad modicum utilis est.* Ego contrà, si quis præfatus [d] aurum Solomonis fuisse utile ad mercandam vestem, annonam, quævis [e] necessaria; subjungeret, [f] ærea viduæ minuta utilia fuisse ad pusillum, ad panem fortè aut olus; putárim nihil addi quo impediatur quin Solomonis aurum, cùm ad panem & olus, tùm ad cetera cuncta coëmenda sufficerit. Nec subjungit tamen Paulus sententiam, quam Stapletonus subjunctam perhibet: sed [1] præmissa ea, [2] subjungit aliam refellendo Stapletono aptissimam. Nam enunciato, *Pietas ad omnia utilis est*, subjicitur, *habens promissionem vitæ præsentis ac futuræ.* Qua gemina vita comprehenduntur quæ Paulus

[b] 2.Tim.3.16.

[c] 1.Tim.4.8.

[d] 1.Reg.9.28.

[e] 1.Tim.6.8.

[f] Marc.12.41.

[1] ἡ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν,

[2] ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης.

lus dicit *omnia*: eáq; certò datum iri ostenditur vocabulo *promissionis*, à Deo scilicet factæ. Pietas ergo ad omnia sufficienter utilis esse prædicatur. *At*, inquit Stapletonus, *si Scriptura utilis est sufficienter ad docendum & reliqua hominis Dei officia, supervacanè Christus* [g] *pastores & doctores dedit, qui* [h] *eadem præstarent.* Itáne verò? Ergo frustra creatæ sunt [i] matres ad lactandos liberos, frustra instituti [k] dispensatores à dominis ad distribuendum famulis demensum, quoniam [l] terra pabulum sufficiens animantibus præbet: negariq; potest Deus [m] sufficientem panem Israelitis dedisse in deserto, quum manna plueret è cœlo, quia dedit [n] pistores & coquos ad eundem panem apparandum. Pastores enim & doctores [o] talibus ministris lac & cibum solidum pro vario cujusq; captu præbentibus, divinúmq; panem [p] parantibus, conferuntur: ut idem necessariò consequuturum sit, si, quàm gloriosè, tam verè dicat Stapletonus; *prorsus ad hæc omnia utilem esse Scripturam, at non sufficientem, inquio, & pastorum exemplo, quos Christus dedit, invictè probo.* Consimili nugamento inculcat *datos esse pastores & doctores*

[g] Ephes.4.11.
[h] Matt.28.19. Tit.1.9. 2.Tim.4.2. Matth.18.17. Matth 13.52. Dan.12.3.
[i] Gen.21.7. 1.Sam.1.23.
[k] Luc.12.42. *Donat. in Terent. Phorm. act.1.scen.1. Athen.dipnos. lib.6.* περὶ τῶν οἰκετῶν.
[l] Gen.1.29. & 9.3.& 43.34. Psalm.104.15.
[m] Exod.16.5. Psalm.78.25.
[n] Exo.16.vers. 6.& 24. Sapient.16.21.
[o] Luc.12.42. 1.Cor.3.2. & 4.1. Heb.5.12. 1.Pet.2.2.
[p] Prov 9.5.

rei

res à Christo in opus ministerii, [q] donec occurramus omnes [3] in virum perfectum : nec tamen hinc concludi sufficere ministerium pastorale ad nostram in Christo perfectionem, ut cunq; ad perfectionem adducat, sed solummodo tam adjuvare ; unde alibi Apostolus, [r] Adjutores gaudii vestri, &, [s] Dei adjutores sumus. Quem in modum possent etiam blasphemæ fauces eructare, ne [4] Deum quidem & Agnum ad nos servandos sufficere : quoniam, ut ministri, annunciantes Evangelium, affirmantur esse ipsius [5] adjutores seu [6] cooperatores, (nam hoc vox Græca sonat;) ita ipse dicitur [7] cooperari cum illis, quorum ministerium operámque adhibet in nobis convertendis & adducendis ad fidem. Quòd si Deus & Agnus ([x] Tridento fatente) sufficit ut [8] efficiens causa justificationis, & [9] salutis autor : quid obstat quin Prophetici & Apostolici libri sufficiant tanquam muti doctores verbi vitæ ; ministri verò, ut magistri loquentes & ani-

[q] Ephes. 4. 13.
[3] εἰς ἄνδρα τέλειον.
[r] 2. Cor. 1. 24.
[s] 1. Cor. 3. 9.
[4] Salus à Deo nostro est, sedente super thronum, & Agno. Apoc. 7. 10.
[5] Ut in vetere vulgata Latina editione redditur Græca vox συνεργοὶ, [duobus locis ad Corinthios à Stapletono citatis;] & συνεργοῦντες, adjuvantes : [2 Cor. 6. 1.] ubi Beza, pro συνεργοὶ, habet administri; pro συνεργοῦντες autē, operam nostram ei accommodantes.

[t] Ut ad verbum redditur ab Aria Montano [interlinear. interpret. novi Testament.] vocabulum συνεργοὶ : & συνεργοῦντες, conperantes. [u] ἐπίστευσαν ἐπήρυξαν πανταχῆ, τῆς χυείας συνεργοῦντος. Marc. 16. 20. [x] Concil. Trident. sess. 6. cap. 7. [8] ὁ Θεὸς ὢν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Phil. 2. 13. [9] αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. Hebr. 5. 9.

mati?

mati? Sagaris Mariandynus [a] fertur præ mollitie ad summam usque senectutem nutritus ex nutricis ore, ne mandendo cibo fatigaretur. Suffecit igitur ei seu præmansus cibus, seu nutrix præmandens: alter quoad substantiam & succum alimenti, altera quoad ejus aptandi curam & operam. Denique, ut ex alia saltem parte sauciet, quos ex hac non potest, *si Scripturis*, inquit, *reddatur homo Dei perfectus & perfectè instructus ad omne opus bonum: concidit ergo alia Calvinistarum hæresis, nullam esse bonorum operum perfectionem, immo nullam præstari posse divinæ legis perfectam observantiam.* Immo alia potiùs hæreticorum calumnia in orthodoxos intorquetur per Calvini latus [5] qui, secundum Paulum dicentem, [x] *Quotquot* [t] *perfecti sumus*, quum tamen se [z] *perfectum adhuc esse* negaret, *perfectionem imperfectam* (ut [y] Hieronymus [3] loquitur) fidelibus vivis [z] tribuit: idque subscribendo verbis [a] Augustini, *virtutem hominis justi perfectam hactenus nominari, ut ad ejus pefectionem pertineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confessio.* Adeò sycophanta ubique sui similis est in confirmando,

[a] *Apud Athenæum, dipnosophistar. lib. 12.*

[z] Phil. 3. 15.
[t] τέλειοι.
[y] οὐχ ὅτι ἤδη τετελείωμαι. *ibid. vers. 12.*
[5] *Adversus Pelag. lib. 1. cap. 5.*
[3] Hæc est, inquit, hominis vera sapientia, imperfectum esse se nosse: atq; ut ita loquar, sanctorum in carne justorum imperfecta perfectio est.
[x] *Calvin. instit. Christ. relig. lib. 3. cap. 17. §. 15.*
[a] *Contra duas epistolas Pelagianor. lib. 3. cap. 7.*

confirmando, in refutando, in persequēdo instituto, & in digrediendo. Ac istas impostu-
ras mendaciorum & sophismatum, in quibus specimen edit quantam Whitakeri cædem facere posset, si vellet singulos locos ita lancinare, ornat contumeliis multis & conviciis, appellans *hominem nugigerulum, sophistam, argutatorem, Græculum, ineptum, in suis sibi ineptiis morionum more pulcrè admodum placentem & suaviter indulgentem, futiliter & puerilitèr paralogizantem, novellum & garrulum hæreticum, superba demum ignorantia imprudentiáque ac perspicua cerebri angusti demonstratione disputantem absurdè, absurdissimè, vanissimè.* Perbeatum illum, cui, [b] propter Christum, quod veritas axiomatis & probationum indicat, homo mentiens ita obtrectat & maledicit. Sed ipse nihilo magis hisce firmamenta mea labefaciens, quàm iis quæ ex professo contra me vibravit. [b] Matth. 5. 11.

37 Bellarminus verò, ut constitutiones priores posterioribus infirmiores sunt apud [c] jurisconsultos, sic effugia sæpe imbecilliora relectore adhibet. Hujus rei satis idoneum documentum subministrant eadem loca de Scriptura. Nam una est, [c] L. 4. D. de constitutionib. Principum.

quam

quam dixi, ad Pauli teſtimonium utriuſq; reſponſio: ſed [d] Bellarminiana minore calumniarum præſidio circumſepta. Auguſtini autem ſententiam, ex libro de doctrina Chriſtiana ſecundo, capite nono, quam Stapletonus adamantina fronte amolitur, tanquam haud dicentem cuncta creditu neceſſaria in Scripturis haberi, [e] Bellarminus ficulna diſtinctiuncula elevat, reſpondens: *Loquitur de illis dogmatibus quæ neceſſaria ſunt omnibus ſimpliciter, qualia ſunt quæ habentur in Symbolo Apoſtolico & in Decalogo. Ideo idem Auguſtinus lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione, capite ultimo; Credo, inquit, quòd etiam hinc diviniorum eloquiorum clariſſima autoritas eſſet, ſi homo illud ſine diſpendio promiſſæ ſalutis ignorare non poſſet. At præter ea multa ſunt alia quæ ſola traditione habentur, ut ſuprà oſtendimus ex multis locis Auguſtini.* Oſtenderat quippe [f] Bellarminus *Auguſtinum dicere quædam præter ea, quæ ſcripta ſunt, eſſe tradita*: ut, exempli gratia, [g] *quòd Domini paſſio & reſurrectio & aſcenſio in cælum, & adventus de cælo Spiritus ſancti, anniverſaria ſolennitate celebrantur.* Et, quo planior fiat reliqua ipſius ad Auguſtinianum illud reſponſio,

[d] De verbo Dei, lib. 4. cap. 10.

[e] Lib. eodem, cap. 11. §. ultimò proferunt.

[f] Lib. eod. cap. 7.

[g] Auguſtin. epiſt. 118.

sponsio, *ad intelligenda talia veterum Patrum loca* [h] dixerat *duo notari diligenter debere: quædam videlicet in doctrina Christiana, tam fidei, quàm morum, esse simpliciter omnibus necessaria ad salutem, qualis est cognitio articulorum Symboli Apostolici, decem præceptorum, & nonnullorum sacramentorum; cetera non tam necessaria, ut sine eorum explicita notitia, & fide, & professione homo salvari non possit, modò promptam habeat voluntatem ea suscipiendi, & credendi, quando sibi fuerint legitimè per Ecclesiam proposita: ac ea quidem quæ sunt simpliciter necessaria, Apostolos consuevisse omnibus prædicare; aliorum autem non omnia omnibus, sed quædam omnibus, quæ nimirum omnibus utilia erant; quædam solis Prælatis, Episcopis, & Presbyteris, ut de ratione gubernandæ Ecclesiæ, de sacramentis administrandis, de refellendis hæreticis, &c. sicut etiam modò alia disputantur in scholis inter doctos, alia explicantur in concione populari.* Verùm enimverò, quod Bellarminus istinc ab Augustino dictum existimari vult, scripta esse omnia quæ omnibus ad salutem necessaria sunt, non item quæ Prælatis, Episcopis, Presbyteris: hoc sagena mirificæ interpretationis expiscetur

[h] *Lib. 2. cap. 11. §. respondeo, Irenæum, & sequentib.*

tur oportet è dictione *homo*, in posteriore sententia; *Si homo illud sine dispendio promissæ salutis ignorare non posset.* Perinde quasi [i] verbi minister, [k] pastor gregis, quem, [l] prophetis similem, *hominem Dei* vocat [m] Apostolus, non sit homo, quod de Romano solo negant [n] Canonistæ: aut tanquam Augustinus non eo loco ageret de re ad refellendos [4] hæreticos spectante; ut nec tale quicquam omitti in Scripturis, quod cuiquam cognitu ad salutem opus sit, declaret sibi videri. Sententiam verò priorem, de cujus sensu quæritur, habet in [5] tractatu, in quo doctores Christianos, non populos, sed doctores, [6] ex professo ad muneris sui perfunctionem informat instruitque; ut totius operis contextu patefiat, ipsum, ubi dicit, *in Scripturis apertè posita esse omnia, quæ fidem, spem, caritatem continent*, significare omnia quæ præpositis etiam, non tantùm plebi, creditu factúve necessaria sint. Quemadmodum & [o] alibi, quum de sua opera collocata in sacris literis ita scribit; *Tanta est Christianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem, maximo otio, summo*

[i] Luc.1.2. Act.6.4.
[k] Joh.21.16. 1.Pet.5.2.
[l] 2.Reg.1.13. & 4.7.& 5.8. 2.Pet.1.21.
[m] 1.Tim.6.11. 2.Tim.3.17.
[n] *Glossa in proœm. Clementinar. ad vocabulum*, Papa: Nec Deus es, nec homo. *Parte versiculi Papam opponentis aptissimè Christo; (nonne?) quippe qui utrumque*, Et Deus est, & homo.
[4] Pelagianos. *Augustin. retract. lib.2. cap.33.*
[5] De doctrina Christiana.
[6] *Quod ex operis ipsius libro primo, capite primo, & libro quarto, capite quarto, manifestissimè patet.*
[o] *Epist. 3. ad Volusianum.*

summo studio, meliore ingenio, conarer addiscere; non quò ad ea, quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perveniatur difficultate; sed quum quisque ibi fidè tenuerit, sine qua piè rectè que non vivitur, tam multa támque multiplicibus mysteriorũ umbraculis opaca intelligenda proficientibus relictant, & cetera: ostendit, velut explanans superiores locos, cuncta ad salutem necessaria *cuiq;* non laico solùm, sed episcopo, qualis erat ipse, in Scripturis apertè posita inveniri. Et quamdemum nulla poterit Bellarminus ex Augustini exemplo, de anniversaria Paschatis, Ascensionis, Pentecostes celebratione, opinionem aliam ei allinere, cui talem feriarum observationem [p] agnoscit visam esse rem indifferentem & mediam? cur enim tum episcopi magis, quàm laici, saluti necessariam? quando nec hodie quidem, ubi singuli dies [7] Pontificiis Prælatis festi sunt, à plebe minùs [q] exigunt feriarum solennium celebrationem, quàm à sacrificis suis: aut his earum neglectum capitaliorem, quàm monachis è grege idiotarum faciunt.

[p] *Bellarmin. de ecclesia triumph. lib. 3. cap. 10. §. quartò docent.* Festorum observatio in primitiva Ecclesia habebatur res indifferens & media, ut revera est.

[7] ἀεργοῦσι πάντα ἐορτήν. *Theocrit. in Syracus. εἰδυλλ. 15. Erasm. adag.* Ignavis semper feriæ.

[q] *Cap. pronunciandum. de consecrat. distinct. 3. Concil. Trident. sess. 25. decret. de delectu cibor. jejun. & diebus fest.*

38 Porrò Chrysostomi enunciationem, *manifesta esse in divinis Scripturis quæcunque*

quæcunque neceſſaria ſunt, proponit [8] languidiore ambitu verborum, quàm vel citata eſt à Kemnicio, vel à Chryſoſtomo ſcripta: & ad eam reſpondet ſolummodo, *Quorſum hæc?* Quorſum hæc, Bellarmine? Immo verò quorſum hoc? Niſi fortè adverſus epiſcopum [9] *oris aurei* volebas tuos tibi ut militi glorioſo apud [r] Comicum aſſentari:

Nempe illum dicis cum armis aureis,
Cujus te legiones diffluviſti ſpiritu,
Quaſi ventus folia aut pannicula tectoria.

Vel potiùs imitandam cenſebas [r] Antonii oratoris aſtutiam, qui moleſto aut difficili argumento aut loco nonnũquam omnino nihil reſpondebat. Tametſi verecundiæ modeſtiæque ſpecie multo magis Anglum tergiverſatorem antecederet Italus, ſi teſtimonia Patrum à nobis facientia enervaret tantùm eluderétque ſilentio: ac non iis contraria planè interdum, audaciùs, impudentiùs, nequiùs, quàm Anglus, eodem ſaltem veſtigio, auſus eſt, affingeret. Ut, in quartæ theſis ventilatione, [t] probaturus impios hypocritas ſanctę Eccleſię catholicæ partes eſſe, quam nos è ſolis & cunctis electis conſtare dicimus: *Notandum*,

[8] *Bellarminus, tres locos Chryſoſtomi à Kemnicio (quem nominatim oppugnat) citatos in unum contrahens, ait illum in iſto ceteriſq; dicere* Scripturam eſſe utilem & claram in rebus neceſſariis: *propter quod Kemnicius, uti ceteros plenius & accommodatius ad propoſitum, ita hunc citaverat, dicendo;* Chryſoſtom' 2. Theſſ. 2. Omnia clara ſunt ac plana ex Scripturis divinis: quæcunque neceſſaria ſunt, manifeſta ſunt. [9] Χρυσόστομος.

[r] *Plaut. in Milite glorioſo.*

[r] *Apud Ciceronẽ, li. 2. de orat.*

[t] *Bellarmin. de Eccleſ. milit. lib. 3. cap. 2.*

dum, iniquit, *est ex Augustino in breviculo collationis, collatione tertia, Ecclesiam esse corpus vivum in quo est anima & corpus: & quidem anima sunt interna dona Spiritus sancti, fides, spes, caritas, &c. corpus sunt externa professio fidei & communicatio sacramentorum. Ex quo fit ut quidam sint de anima & de corpore Ecclesiæ, & proinde uniti Christo capiti interius & exterius; & tales sunt perfectissimè de Ecclesia: rursum aliqui sint de anima & non de corpore, ut catechumeni, vel excommunicati, si fidem & caritatem habeant: denique aliqui sint de corpore & non de anima, ut qui nullam habent internam virtutem, & tamen spe aut timore aliquo temporali proficiunt fidem, & in sacramentis communicant sub regimine pastorum; & tales sunt sicut capilli, aut ungues, aut mali humores in corpore humano.* Etenim Augustinus in breviculo collationum non modò hæc non dicit, aliudve quicquam unde tripartita ista Jesuitica distinctio hominum de Ecclesiæ anima, corporéque; de anima, non de corpore; de corpore, non de anima, existentium inferatur: verùm etiam "adversus Donatistas calumniantes quòd Ecclesias duas dixerint Catholici, unam quæ nunc habet

" *Augustin. brevic. collat. cum Donatist. collatione tertii dici, cap. 10.*

permixtos malos, aliam quæ post resurrectionem eos non esset habitura, *Catholicos* ait *ostendisse, eandem ipsam unam & sanctam Ecclesiam nunc esse aliter, tunc autem aliter futuram; nunc habere malos mixtos, tunc non habituram.* Ecclesiam ergo ex bonis ac malis non constare, sed ex solis sanctis, quemadmodum & *sancta* titulo celebratur; *ex sanctis*, inquam, *iisdem in futuro seculo cum Christo regnaturis, qui nunc pro ejus nomine, quum juste vivunt, tolerant malos permixtos*; pronunciat in breviculo collationum Augustinus. Quod post collationem item planius facit, Catholicorum sensum aperiens [x] his verbis: *Jesu Christi populus verissimum & sanctissimum est templum Dei, non etiam in eis qui permixti tolerantur, sed in eis solis qui nunc interim à talibus bene vivendo spiritaliter separantur, post verò etiam corporaliter separandi sunt.* Et quidem quam humorum malorum in corpore humano similitudinem Bellarminus affert, ut tanquam Augustini judicio probet impios professentes fidem & accipientes sacramenta esse de corpore Ecclesiæ, itáque de Ecclesia: eam [y] Augustinus enarrando Johannis dicto de Antichristis,

[x] *Lib. ad Donatistas post collationem, cap. 20.*

[y] *In epistolã 1. Johan. tract. 3.*

[z] *Ex*

» *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis,* » 1. Joh. 2. 19.
contrà prorsus adhibet, ut demonstret tales non esse de Ecclesia, seu de Christi corpore, licet in Ecclesia sint. Quippe inficiatus *eos membra corporis esse*, subjungit: *Sic sunt in corpore Christi, quomodo humores mali. Quando evomuntur, tunc relevatur corpus: sic & mali quando exeunt, tunc Ecclesia relevatur. Et dicit quando eos evomit atque projicit corpus, Ex me exierunt humores isti, sed non erant ex me. Quid est, non erant ex me? non de carne mea prodierunt, sed pectus mihi premebant quum inessent.* Quapropter Augustinus à Bellarmino nequiter introducitur aiens innuendo impios de carne Christi, de corpore, de Ecclesia esse, quod apertè negat: mendacióque insigni perhibetur sententiam nostram oppugnare, non solùm in eodem tractatu quo propugnat, sed etiam per eandem similitudinem ex alio. Qua in re flagitium Jesuitæ tanto est detestabilius, quanto magis & cōscius sibi fuisse videtur à se falsò citari *Augustinum breviculo collationum, collatione tertia*; cur enim alioqui non notavit caput libri citati, quemadmodum sedulò consuevit? & sciebat certè Augustini a-

liam esse sententiam, utpote [a] quem [b] ipse loquutum antè memorans de *Petro* tanquam *figura totius Ecclesiæ sanctæ, id est*, inquit, *omnium justorum & vivorum membrorum corporis Christi*. Nam illum, quum agnoverit omnibus justis & vivis membris corporis Christi, cujus tamen justos vocando *membra viva*, ex mortuorum antithesi, membra vocat etiam injustos, contra phrasim, ut [c] Pauli, sic [d] Augustini: sed Augustinum, quum agnoverit omnibus à Christo vivificatis & justis sanctam Ecclesiam totam definivisse, agnovit haud sensisse de Ecclesia sancta esse injustos, & quos Christi spiritus nequaquam animat vegetátque. Minimè verò mirum si Bellarminus mille clypeos tales habeat, & disputationes similes turri paribus innumeris armis præditæ dolasse videatur. Sed Possevviano [1] Baronii præjudicio cæcatur Justus Calvinus Veteracastrensis, qui *armaturam fortium* appellat scuta, & tela, vix [2] Homericis ranis muribúsve tuendis aut sauciandis idonea.

39 Ejusdem nempe stipitis sunt quæ copiosius etiam & robustiùs (nam hoc quandoque accidit) intorserat Bellarminus

[a] *August. tract. 50. in Johann.*
[b] *Bellarmin. de Rom. Pont. lib. 1 cap. 12. §. Altero modo.*
[c] Eph. 5. 30. 1. Cor. 12. 26.
[d] *Contra Cresc. grammat. lib. 2. cap. 21.* Damnata mẽbra habere Christus non potest. *Alibiq; passim, itidem, ut suprà ostendi contra Stapletonum: paragrapho decimo septimo toto, & initio decimi octavi.*
[1] *E cujus eccles. annalibus* [tom. 1.] *hoc Bellarmini encomium, suprà* [§ 1.] *citatum, hausit Justus Calvinus Veteracastrensis.*
[2] *Homeri βατραχομυομαχία.*

nus, quàm Stapletonius censuit faciendum fortassis, certè quàm fecit: immo quæ Baronius quoque; turris altera Veteracastrensis, Bellarmini turri celsior, *nulli scriptori ætate nostra secundus, arx Ecclesiæ fax cælestis*, sicuti post [3] Germonium à [c] Possevino, [f] Benio, [g] Petramellarióque ad sidera extollitur, Bellarmini spiculis ac munimentis adjecit. Id in quæstione maximi secundum Scripturam & Ecclesiam, si non supra utramque potiùs, momenti, de Ecclesiæ capite, Scripturæ judice, Papa, quem in fide errare posse inficiantur, commonstrabit multiplex evidentia rei. Etenim Papam Honorium, ut [h] antè affirmaveram hæresis damnatum fuisse à Concilio œcumenico sexto Constantinopolitano, ita ex eodem rursum [i] jam asserui: [k] *Honorius Primus, contra Scripturas, unicam Christo voluntatem, cum Sergio monotheleta, tribuit.* Cui argumẽto postquam [l] Andradii solutionem quandam, è multis Bellarmini Baroniique unam, oppositisset [m] Stapletonus, prætermissis ceteris: *utcunque est*, inquit, *potuit Honorius Papa in persona esse hæreticus; sed decretum hæreticum emisisse illum nemo unquam scripsit aut dixit.* Effugi-

[3] *Cujus hæc verba sunt, apud Possevinum:* Ego Baronianam historiam, quasi cœlestem facem, suspicio.

[c] *Apparat. ad omnium gentium historiam, sect. 3. cap. 45.*

[f] *Disputat. de ecclesiastico Baronis Cardinalis annalibus.*

[g] *Continuat. Onuphr. de Rom. Pontificib. & Cardinalib. in Clemem. VIII. Card. 40.*

[h] *In 3. thes. 2.*

[i] *Thes. 2. §. 14.*

[k] *Synod. sext. Constantinop. act. 12. & 13.*

[l] *Defens. fid. Trident. lib. 2.*

[m] *Relect. principior. fid. doctr. controv. 3. quæst. 4. in solut. arg. 7.*

um perquam futile, [n] Anglorhemensibus licet theologis item probatum; quandoquidem privilegium, [o] *ne Petri fides deficeret*, [p] idcirco ei, ac [q] Papæ per consequens, datum perhibent, *ut confirmaret fratres suos in fide*: [r] Honorius autem Sergium, fratrem suum, Episcopum Constantinopolitanum, in hæresi confirmavit; tùm approbãdo epistolam qua [s] scripserat *impium esse prædicare duas in Christo voluntates, divinam & humanam*; tùm ipsi respondendo, *se fateri unam voluntatem Domini nostri Jesu Christi*. Proinde, si hæreticum decretum haud emisisset; quod tamen cur negetur, quum [t] epistolas tales ad Patriarcham de fide consulentem scripserit, quales [u] Pontificiis *decretales* dicuntur? sed ut de vocabulo *decreta* controversiam omnem remittamus, erravit in doctrina fidei Honorius, quod Papam [x] Stapletonus ex Aquinate [y] Sancto Thoma negat posse. Bellarminus igitur atque Baronius, rem à

[n] *Annotat. in Evang. Luc. cap. 22.*
[o] Luc. 22. 32.
[p] *Stapleton. controvers. 3. quæst. 1. artic. 1. conclus. 5.*
[q] *Controv. eod. quæst. 4. conclus. 4.*
[r] *Epist. ad Sergium Patriarcham: apud Synodum sextam, act. 12.*
[s] *Sergius, epist. ad Honorium Papam: ibidem.*
[t] *Unam, actione duodecima ejusdem Synodi: alteram autem, decima tertia.*
[u] *In loco supra citato, thesi 5. §. 40.*
[x] *Controvers. 3. quæst. 4. conclus. 4. argum. 4.* Pontifex Romanus est primarius Pastor inquantum Petri successor, cui omnes oves obedire debeant in causa fidei, ad vitandum schisma, & servandam unitatem. Ergo, si in doctrina fidei errare posset, tota quoque Ecclesia in errorem abduceretur, & nulla esset unitatis fidei certitudo. Est argumentum Divi Thomæ.
[y] *Secunda secundæ. quæst. 1. artic. 10. in corpore articuli.*

Stapletono

Stapletono pro deplorata propemodum relictam aggredientes, magna vi contendunt Honorium nec hæreticum fuiſſe in perſona, nec hæreſim docuiſſe: & in omnes ſpecies ſeſe, velut Proteus, transformant, ut eorum rationes eludant, qui contrarium ex epiſtolis Honorii ad Sergium, ex ſententia Synodi Conſtantinopolitanæ in utrumque lata, ex ſuffragio Papæ S. Leonis Secundi Synodum approbantis, ex plurimorum denique Patrum & hiſtoricorum, tam Latinorum quàm Græcorum, teſtimoniis adſtruunt.

40 Namque [z] Bellarminus *ad primam ex Honorii ſcripta petita reſpondet dupliciter. Primò, fortaſſe illas epiſtolas eſſe confictas, & inſertas Concilio generali ab hæreticis. A ſimilibus enim hæreticis in quinta Synodo inſertas fuiſſe epiſtolas* [a] *fictitias Vigilii Papæ Romani, & Mennæ Patriarchæ Conſtantinopolitani. Quid ergo mirum, ſi iidem artifices idem fecerint in ſexta Synodo?* Unde appâret quàm improba & inſana cavillandi libidine flagret Jeſuita. Quippe S. Maximus, qui tempore Honorii vixit floruítque, in [b] diſputatione cum Pyrrho Sergii ſucceſſore, citat & Honorii ſcribam, tunc ſuperſtitem, fatentem

[z] *De Rom. Pont. lib. 4. cap. 11. §. Ad primum.*

[a] *Synod. ſext. act. 12. & 14.*

[b] *Edit. à Baronio, Græcè & Latinè, ex interpretatione Franciſci Turriani Societatis Jeſu Theologi, in appendice tomi octavi annalium Eccleſiaſticor.*

fatentem se priorem epistolam, quæ potissimum urgetur, exaratam esse: & Johannem Papam præcipientem scribæ, tanquam heri sui consiliorum conscio, ut germanam ejus sententiam patefaceret. Hoc autem testimonium Bellarminus [c] paulo pòst-tantopere [*] laudat ex variis circumstantiis; & quidem ad epistolas ambas extendens, tanquam ab eodem (quod est probabile) scriptas: ut tùm S. MAXIMO, *tùm Honorii Secretario*, ab aliis quoque fidem conciliare studeat, non modò se ostendat credere. Quid ergo mirum, si putemus [5] resectam esse cauterio conscientiam ejus, qui epistolas ait fortasse fictas esse, frivolàque [6] calumnia persuadere conatur, quas veras esse, non fictas, & agnoscebat ipse, & ex [d] ore duorum aut trium testium probat? Sed hîc Orestem suum derelinquit [e] Baronius. In altero responso ut Pyladem agnoscamus, *Priorem*, [f] inquit, *Honorii epistolam in omnibus esse catholicam, neque ulla ex parte periclitari posse, communis est sententia recentiorum Orthodoxorum scriptorum, qui*

[*] *Cap. eodem. §. Et confirmatur.*

[*] Confirmatur testimonio gravissimo S. MAXIMI, qui tempore Honorii vixit. Is enim scripsit dialogum, contra Pyrrhum Sergii successorem, qui adhuc est in Bibliotheca Vaticana: *& quæ sequuntur.*

[5] κακοτεχνία συνείδησιν τινὰ ἴδιαν σωτηρίου. 1. Tim. 4. 2.

[6] Idē, *inquiens, artifices: quum antea de similibus hæreticis sit locutus; nec, quos accuset, sciat.*

[d] Matt. 18. 16. 2. Cor. 13. 1.

[c] *Annal. Eccles. tom. 8. ad annum Dom. 633. cap. 24. & sequentibus: in quibus ambas Honorii epistolas pro verissimis, absque omni scrupulo suspicionis, admittit, vexitat, propugnat.*

[f] *Baron. ibid. ad annum Dom. 681. cap. 29.*

eam

eam exactè disquirunt: quod egregiè inter alios præstitit doctissimus Robertus Bellarminus. Quanquam aut sententiam, propriam quorundam, communem nominat fraudulenter: aut Turrianum Jesuitam, quem *diserti*ssimum *virum* [g] vocat, è numero scriptorum orthodoxorum excludit. Nam eandem Honorii epistolam exactè disquisivit [h] ille: ac in quibusdam hæreticam esse pronunciat. Verùm [i] Bellarminus, Baronio applaudente, *dicit secundò, nullum in epistolis Honorii contineri errorem. Honorium enim in eis solùm prohibere novinam unius vel duarum voluntatum, quæ tunc erant inauditæ, idque prudentissimo consilio: confiteri autem, quod ad rem attinet, duas in Christo voluntates & operationes; ut patet ex his verbis secundæ epistolæ; utrasque naturas in uno Christo, unitate naturali copulatas, cum alterius communione operantes atque operatrices, confiteri debemus: & divinam quidem, quæ Dei sunt, operantem, & humanam, quæ carnis sunt, exequentem, non divisè, neque confusè, aut convertibiliter Dei naturam in hominem, nec humanam in Deum conversam edocentes, sed*

[g] *Ibid. ad annum Dom. 645. cap. 3.*

[h] Franciscus Torrensis (*ut Turrianus nomen suum tum inscripsit*) de actis veris sextæ Synodi, & de septima Synodo atque octava, ad Cardinalem Salviatum. *Quem librum, etsi titulo nusquam expresso, citat Baronius;* [*eodem tomo, ad annum Dom. 692. cap. 3.*] *eóq; docet aliquid à se, quod Turrianum pro Orthodoxo habet, minùs esse simpliciter dictum, aut verè, quam Honorii epistolam communi recentiorum Orthodoxorum scriptorum, qui exactè illam disquirunt, sententia probari ut in omnibus Catholicam asseverat.*

[i] *Cap. cod. §. Secundo dico.*

naturarum

naturarum differentias integras confitentes. Quod Honorii dictum coronat Bellarminus isto epiphonemate: *Hæc confessio Catholicissima est, & Monotheletarum hæresim penitus destruens.* Ego verò quàm prudenter, aut quo prudentiæ genere, (namque suam item [k] prudentiam habet caro,) vetuisset Honorius tùm unius in Christo volũtatis, tùm geminæ, vocabula usurpari; ut Bellarminum verè hoc scripsisse fingamus: haud litigabo cum eo. Tametsi [l] Lateranensis Synodus celebrata Romæ sub Martino Primo Pontifice, [m] quum Imperator itidem subditis edixisset, ut acquiescerent piè definitis à Patribus de duabus naturis, nec de duabus volũtatibus operationibusve aut una contenderent; Synodus, inquã, dixit, non, ut Bellarminus, [7] præclarè certè factum, sed *perinde esse prohibere utrumq; ac si* [n] *perderetur justus cum impio, & adversa tantummodo juberi ex Ecclesiæ catholicæ regula meritò sepeliri silentio, nec orthodoxa cum contrariis negari quoquo modo debere.* [o] *Qualis enim cõmunio luci cum tenebris? ab omni denique contagione hæretica alienũ consistere verbum orthodoxiæ, quod intransgressibiliter sine dubio confiteri confessione æterna omnibus præcepit*

k Matt. 16. 23. Luc. 16. 8. Rom. 8. 5.

l Concilior. tom. 3. edit. Venet.

m Apud eandẽ Synodum, consultat. 4.

7 Hæc ibique certè non nisi laudari possunt: inquit Bellarminus de simillimis verbis Honorii citatis cap. eod. §. Deinde in epist. 2.

n Gen. 18. 25.

o 2. Cor. 6. 14.

cepit Dominus, dum dicit: [p] *Qui me confitetur coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est; qui autē negaverit me[q] & sermones meos, negabo eum & ego coram Patre meo qui in cælis est.* Ceterùm ne rem quidem vocibus subjectam confiteri Honorium ostendunt eadem verba quæ Bellarminus citat, si recitentur integrè juncta præcedentibus, & cum illis æqua lance pōderentur. [r] Honorius enim, postquam perstrinxisset eos, qui *operationem unam vel geminam suspicantur juxta unius vel geminæ naturæ Christi vocabulum*; atque *satis ineptum esse* affirmasset, *sentire & promere, Christum unius operationis vel duarum esse aut fuisse: quantum*, inquit, *ad dogma Ecclesiasticum pertinet, quæ tenenda vel prædicanda sint, non unam vel duas operationes in mediatore Dei & hominum definire; sed utrasque naturas, in uno Christo, cum alterius communione operantes, confiteri debemus.* Quamvis ergo asserat naturas duas fatendas, utrasque cum alterius communione operantes: tamen definiendas, tenendas, sentiendas duas operationes, & ratione pari voluntates, negat. Quòd si, quia revera duas voluntates & operationes necessariò

[p] Matt.10.32.

[q] Luc.9.26.

[r] *Epist.2.apud Synodum sextam, act.13.*

[f] Matt.6.10. [t] Joh.5.17. [u] Matt.23.37. Luc.22.44. & 23.46.& 24.43

sariò inferunt duæ naturæ, quum & [f] Deus velit [t] operetúrque, & [u] homo; idcirco Honorius, naturas duas confitens, confessus est duas voluntates; ut Bellarminus innuit acclamatione, *Hæc confessio Catholicissima est, & Monotheletarum hæresim penitus destruens*: consequens erit nullam fuisse prorsus hæresim Monotheletarum, & injustè damnatos esse à Catholicis Synodis, seu [x] Romæ, seu [y] Constantinopoli, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Constantinopolitanos episcopos, Cyrum Alexandrinum, Macarium Antiochenum, Heraclii Imperatoris ecthesin, [8] Constantis typum, & omnes demum qui eorum doctrinæ adhærerent. Nam [z] Heraclii ecthesis *confitebatur unum ex duabus naturis Christum, & in duabus naturis eundem glorificabat*; *Dei Patris filium, & Mariæ Virginis; semper manentem perfectum Deum, ultimísque diebus perfectum hominem factum, inconfusè ac indivisè.* [a] Typus Constantis, *eos qui unam dunt axat voluntatem Christo, velut ob unam personam, tribuebant*; *Christum* nihilominus *in duabus item naturis inconfusè atque indivisè volentem & operantem divina & humana statuisse* memorat.

[x] Synod. Lateran. sub Martino I. consultat.1.4.& 5. [y] Synod. Constantinop. sext. act.9.13.16. & 17.

[8] *Quem ita nominat, cum Baronio, ex Theophane Isauro: alii* Constantinum *appellant, alii* Constantium.

[z] *Apud Synodum Lateran. sub Martino I.consult.3.*

[a] *Apud eandem Synodum consult.4.*

morat. [b] Sergius prædicabat *unigenitum Dei Filium, qui veraciter Deus simul & homo est, eundem operari divina & humana inseparabiliter atque indivisè*: Leonis etiam autoritate sententiam suam comprobans; *Agit enim utraque forma, cum alterius communione, quod proprium habet*. [c] Paulus *unitatem duarum naturarum in Christo indissipabilem, & immunem prorsus à commixtione confusioneque*, celebrabat. [d] Cyrus *anathema* denunciabat cunctis, *qui non confiterentur Christum in Deitate & humanitate perfectam, personam unam ex duabus naturis inconfusè, inconvertibiliter, immutabiliter compositam*. [e] *Macarius*, de gradu episcopali dejectus, quòd inficiatus esset, *se duas naturales operationes aut voluntates in Christo incarnato ducturum, etiamsi membratim concisus mitteretur in mare*; sub idem tempus [f] dixerat, *Confiteor Christum post incarnationem in duabus perfectis naturis inconfusè & indivisè, in una persona, & una subsistentia, salvata proprietate utriusque naturæ*. Ne Pyrrhus quidem à S. [g] Maximo, quem citat Bellarminus ipse, introducitur aliter defendens errorem suum, quàm ut [h] *Christum*

[b] *Epist. ad Honorium Papã: apud sextam Synodum Constantinop. act. 12.*

[c] *Epist. ad Theodorum Papam: apud Synodum Lateran. sub Martino Leonsult. 4.*

[d] *Satisfact. fid. cap. 6. & 7. apud eandem Synodum, consult. 3. & sextam Constantinop. act. 13.*

[e] *Apud sextam Synodum Constantinop. act. 8. & 9.*

[f] *Ibid. act. 8.*

[g] *Disputat. cum Pyrrho: apud Baronium, append. tom. 8.*

[h] ΜΑΞ. τῦτο εἰπέ μοι. ὁ Χριστὸς εἷς ἐστιν, θεὸς μόνον λέγειν, ἢ καὶ ἄνθρωπος μόνον, ἢ τὸ σύνθετον; ΠΥΡ. πρόδηλον θεὸς ἁμῶ καὶ ἄνθρωπος.

stum

stum gemina planè natura, divina & humana, constare agnoscerent. Verùm, sicut istinc concludi non poterat, opinione Pyrrhi, voluntatem geminam esse in Christo; quod reipsa tamen necessariò sequi declaravit Maximus, & Pyrrho tandem persuasit: sic Honorii confessio Catholicissima, quæ rei veritate Monotheletarum hæresim penitus destruit, nequaquam opinione ipsius inferebat orthodoxam duarum voluntatum doctrinam. Sadducæis habentibus solos libros Mosis pro Scriptura canonica, & resurrectionem mortuorum negantibus, oppositit [h] Christus illam [i] Jehovæ sententiam: *Ego sum Deus Abrahæ, Deus Isaaci, & Deus Jacobi.* Hoc elogium divinissimum est, & penitus destruit Sadducæorum hæresim: quippe quum sequatur inde necessariò, ut demonstrat Christus, resurrecturos mortuos, quòd [k] Deus non sit Deus mortuorum, sed viventium. Num igitur Sadducæos dicemus orthodoxè de resurrectione mortuorum sensisse, quia Deum esse Deum Abrahæ, Deum Isaaci, & Deum Jacobi [l] fatebantur? Papistæ, qui per dogma transsubstantiationis Christum unicuique sacrificulo,

[h] Matt. 22. 31.
[i] Exod. 3. 6.
[k] Matt. 22. vers. 32.
[l] vers. 34.

culo, laico, laicæ præsentem corporaliter faciunt, [m] affirmant *eum, ut homo est, in cælum corpore & anima ascendisse: ac profectò*, inquiunt, *si verè esset in terris, omnis nostra cogitatio in ipso hominis aspectu & consuetudine defixa esset; & illum dum tax at hominem spectaremus, qui nos tantis beneficiis afficeret, cúmque terrenis quadam benevolentia prosequeremur: verùm in cælum ascendens, amorem nostrum spiritualem reddidit, effecitque, ut quem nunc absentem cogitamus, cum veneremur & diligamus ut Deum.* Hæc confessio Catholica est, & penitus destruit [l] Metusiastarum hæresim. At [n] Papistarum interim judicio *verum Christi corpus, illud idem, quod natum ex Maria Virgine, in cælis ad dexteram Patris sedet*, hoc est, Christus homo, *sacramento Eucharistiæ in terris continetur.* Adeò amentato & masculè contorto Catholicissimo telo confirmat Bellarminus [o] Monotheletarum hæresin epistolis Honorii prorsus destrui.

41 Nec minùs animosè navitérque probat, cetera, quæ ad eam astruendam ibi facere videntur, omnia sincera & orthodoxa esse. Nimirum quod [p] Honorius, postquam *unum Dei & hominum mediatorem,*

[m] *Catechism. Trident. in expos. Symb. Apost.*

[l] μετουσιαστῶν, transubstantiationem in sacramento ponentium.

[n] *Catechism. Trident. de sacrament. Eucharist.*

[o] μονοθελητῶν, unicam voluntatem in Christo prædicantium.

[p] *Epist. 1. apud Synodum sextam, act. 12.*

rem, verbum carnem factum, unum eundémque in utriſque naturis opprobria paſſum & crucifixum Dominum majeſtatis, divinitati unit am carnem paſſibilem ineffabiliter & ſingulariter, ita diſcretè, inconfusè, indiviſè, ut ſtupenda mente mirabiliter manentibus utrarumque naturarum differentiis cognoſcatur uniri, prædicaſſet, ſubdidit; unde & unam voluntatem fatemur Domini noſtri Jeſu Chriſti: hoc P Bellarminus ait *Honorium loquutum eſſe de humana ſolùm natura, ac dicere voluiſſe, non fuiſſe in homine Chriſto duas pugnantes voluntates, unam carnis, alteram ſpiritus, ſed unam tantùm, nempe ſpiritus; caro enim in Chriſto nihil abſolutè petebat contra rationem.* In quâ reſponſione, quocunque demum animo inſeruit vocem, *abſolutè*, pronunciato ſuo, *carnem in Chriſto nihil petiviſſe contra rationem*; an quaſi Chriſtum hominem quicquam abſolutè petiviſſe contra Deum ſtatuerent, qui Honorio ſenſum alium adſcribunt? omnino mentem Honorii pervertit abſolutè, aſſerens eo loco loquutum de humana ſolùm natura, quum ille de integra perſona, Chriſto Deo & homine, loquutus ſit, ut è præcedentibus inprimis liquidò patet. At

P Cap. cod. §. At paulo infrà.

id

id sensisse Honorium Bellarminus colligit ex ratione, quam reddit verbis sequentibus: *Unde & unam voluntatem fatemur Domini nostri Jesu Christi, quia profectò à divinitate assumta est nostra natura, non culpa; illa profectò, quæ ante peccatum creata est, non quæ post prævaricationem vitiata. Nam hæc ratio,* inquit, *nulla est, si afferatur ad probandum in Christo Deo, & homine, unam tantùm esse voluntatem: efficacissima autem est, si inde probandum sit, non fuisse in Christo homine contrarias voluntates carnis & spiritus. Illa enim contrarietas ex peccato nata est: Christus autem sine peccato humanam habet naturam.* Atqui, si nihil inane futiléve, nihil nisi solidum efficacissimúmque dictari ab Honorio potuisse vult Bellarminus: cur non animadvertit quæ sit vis primarum vocalium sententiæ, *unde & unam voluntatem fatemur Domini nostri Jesu Christi, unde &?* Hoc enim ineptissimè præcedentibus verbis copulabat Honorius, si de altera tantùm Christi natura, de homine Christo, loquebatur: aptissime verò, si de tota Christi persona, de Christo Deo & homine. Nam præfatus eum *unum esse Dei & hominum mediatorem, ex divinitate &*

carne mirabiliter unitum, unum eundémque in utrisq; naturis passum; subjicit, UNDE ET unam fatemur voluntatem Domini nostri Jesu Christi: sicut [9] Paulus Honoriaster, post exordium simile, unius & ejusdem Dei verbi incarnati miracula prædicamus, & passiones agnoscimus, quas secundum carnem propter nos sponte sustinuit, ideóque & Deus dicitur passus, & filius hominis è cælo descendisse, propter indissipabilem duarum naturarum unitatem; subnectit, [3] UNDE ET unam voluntatem Domini nostri Jesu Christi intelligimus, ne contrarietatem aut differentiam voluntatum uni eidemque personæ Domini nostri Jesu Christi applicemus. Ac ista Monotheletæ idem dogma similiter inferentis ratio, par rationi Honorii, qui hominis culpam assumtam à divinitate putabat, si voluntas discrepans esset à divina, ideóque divinam in Christo solam esse, quòd culpa non sit assumta; Bellarminianum pro Honorii dicto tanquam de humana solùm natura, non de tota Christi persona accipiendo, argumentum elidit. Præsertim quum & [4] Sergius, Monotheleta maximus, posteaquam *id ipsum de duabus in Christo contrariis voluntatibus, tanquam Deo verbo volente salubberrimum*

[9] *Monotheleta, Episcopus Constantinopolitanus, epist. ad Theodorũ Papam: apud Synodum Lateran. sub Martino I. consult. 4.*

[3] *Quod interpres alius vertit* PROPTEREA ET: *in hac ejusdem epistolæ parte recitata apud Synodum sextam, act. 13.*

[4] *Ecthesi, sub Heraclii imperatoris nomine promulgatæ, autor; ut Martinus Papa Primus* [Synod. Lateran. 6 consult. 1.] *affirmat: comprobator certè* [apud eandem Synodum, consult. 3.] *in Synodo celebrata à se Constantinopoli.*

saluberrimam passionem explere, incarnatione autem voluntati huic eunte obviam, sequitur asserverat, *si duæ docentur operationes in persona Christi*; Honorii conclusionem eadem illationis particula subjungat: dicens, UNDE *sanctos Patres in omnibus & in hoc sequentes, unam voluntatem Domini nostri Jesu Christi verissimi Dei confitemur.* Idque se voluisse ostendit porrò Honorius, dum ad Scripturæ loca, ex quibus Catholici docebant humanitati Christi suam esse propriam & distinctam à divinitate voluntatem, quoniam ipse dixit, [t] *Descendi è cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me*; &, [u] *Non ut ego volo, sed ut tu, Pater*; [x] respondet, *Non sunt hæc diversæ voluntatis, sed dispensationis humanitatis assumtæ: ista enim propter nos dicta sunt, quibus dedit exemplum ut sequamur vestigia ejus, pius magister discipulos imbuens, ut non suam unusquisque nostrûm, sed potiùs Domini in omnibus præferat voluntatem.* Nam dicendo Christum istic [y] figurata quadam loquutione affectus conditionis humanæ sibi tribuisse, ut unusquisque discat voluntatem divinam præstare, non humanam, perspicuè negat illum voluntate m revera

[s] *In Heraclii ecthesi.*

[t] Joh. 6. 38.

[u] Matt. 26. 39.

[x] *Honorius epist. 1. ad Sergium.*

[y] μετωνυμία τινὶ εἰς ἑαυτὸν δ' ὁμοίως. 1. Cor. 4. 6.

humanam, à divina diverſam, habuiſſe. Omnino quemadmodum Monotheletæ alii, *qui contra naturales voluntates pugnabant, aiebant Patres dixiſſe Chriſtum habere humanam voluntatem* [6] *ſecundum attributionem*: uti refert Pyrrhi verbis S. [x] Maximus. Quid, quòd adverſaria etiam [y] Bellarmini ad Honorium gloſſa, quam teſtimonio ſcribæ Honorii apud eundem Maximum [z] confirmat, adulterinum Honorio ſenſum affingere ex eodem ejuſdem ſcribæ teſtimonio & confeſſione deprehenditur. Nam *is ad Imperatorem Conſtantinum de illa epiſtola*, [7] *ex perſona Johannis Papæ, ſic ſcripſit: unam voluntatem diximus in Domino, non divinitatis ejus & humanitatis, ſed humanitatis ſolius.* [8] *Quum enim Sergius ſcripſiſſet, quòd quidam duas voluntates in Chriſto contrarias dicerent, reſcripſimus Chriſtum non habuiſſe duas voluntates contrarias, carnis, inquam, & ſpiritus.* Ac rurſum pòſt: [9] *Reſponſum ad quæſtionem fuit.* Ita Honorius, agnoſcente ſcriba, negavit duas illas in Chriſto voluntates, quas Sergius à quibuſdam contrarias in ipſo prædi-

[6] *Ita Turrianus reddit Græcam Pyrrhi phraſim, κατ' οἰκείωσιν: quam οἰκείωσιν Honorius appellat οἰκονομίαν*, diſpenſationem humanitatis aſſumtæ.

[x] *In diſputat. cum Pyrrho.*

[y] *Cap. eod. §. Deinde quia: iſtis verbis.* Hoc eſt, non habuit Chriſtus contrarias voluntates, ita ut opus illi fuerit unam vincere ac mortificare: ſed ita loquitur, ac ſi haberet contrarias voluntates, ut nos doceat mortificare propriam voluntatem, quæ ſæpe adverſus Deum rebellare nititur.

[z] §. *Et confirmatur.*

[7] ἐκ προσώπου, *quod juſſu reddit Bellarminus.*

[8] Σεργίου γὰρ γεγράφοντος.

[9] περὶ τινὸς ἐρώτησιν ἡ ἀπόκρισις γέγονε.

cari

cari scripserat. At [a] Sergius contrarias prædicari scripserat divinam & humanam; falsò, quòd hæretici voluntates diversas distinguere à contrariis nescirent, sed scripserat; ut liquet ex his verbis: *Duarum operationum dictioni consequens est prædicare duas voluntates, contrarietatem circa invicem habentes, tanquam Deo quidem verbo salutarem volente adimpleri passionem, humanitate verò ejus obsistente voluntati ejus.* E testimonio igitur scribę patet Honorium, inficiantem diversæ voluntatis esse quæ Christus dixit de sua & Dei voluntate, voluntatem humanam detraxisse Christo, unicáque Christum totum, Deum & hominem, præditum judicasse. Quod autem idem scriba, sententiæ Sergianæ partem dissimulans, commentus est Honorium ei respõdisse (rem à proposito alienissimam) non fuisse contrarias in humana Christi natura voluntates carnis & spiritus: hoc ex Papæ Johannis, cui videtur item amanuensis fuisse, persona & mandato, ad Romanorum Pontificum existimationem tuendam exaratum, Bellarmino licet dicatur *testimonium gravissmum S. Maximi*, judicibus æquioribus nec Maximi omnino,

[a] *Epist. ad Honorium Papã: apud Synodum sextam. act. 12.*

nec tam testimonii videbitur grave quàm mendacium. [b] Bellarminus quoque testimonii pondus in scriba tandem ponit; & exemplo suo, quàm facilè tales servi dominis excusandis prolabi queant, ostendit: *Quum in tota*, inquiens, *epistola Honorius contendat, non esse dicendam in Christo Deo & homine unam, nec duas voluntates; quomodo ipse sui oblitus tam apertè unam fateretur? non igitur unam esse dixit, Dei & hominis; sed unam solius hominis, ut & verba sequentia & Secretarius testantur.* Dignum patella operculum. Nam [c] Honorius nulla totius epistolæ parte contendit non dicendam in Christo Deo & homine unam, nec duas voluntates; nedum tota epistola. Contendit quidem *non dicendam operationem unam, nec duas, quia Jesum Christum, ejúsque sanctum Spiritum, sacris literis cognovimus multiformiter operatum: scriptum est enim,* [d] *Si quis Spiritum Christi non habet, hic ejus non est: & alibi,* [e] *Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto; divisiones verò gratiarum sunt, idem autem Spiritus; & divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus; & divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in*

[b] *Cap. eod. §. Denique quum.*

[c] *Epist. 1. ad Sergium: apud Synodum sextam, act. 12.*

[d] Rom. 8. 9.

[e] 1. Cor. 12. 3.

in omnibus. Unde promanavit quod asseruit [f] postea, *satis ineptum esse sentire & promere, Christum unius operationis vel duarum esse vel fuisse:* ipse satis ineptus, qui, ad genus à specie aut individuis transiens, operationem unam divinam, humanam alteram, Christo Deo & homini denegavit, quia Christus Deus multiplices in multis operationes exercet. Sed fallacia tali non est deceptus Honorius, ut nec unam nec duas voluntates in Christo dicendas contenderet. Quod ergo Bellarminus è sequentibus verbis & Secretario colligit, Honorium unam solius hominis voluntatem, ac non unam Dei & hominis dixisse: id nec Secretarii officioso mendacio, nec Honorii verbis ullis confirmatur; sed totius epistolæ tenore clarissimo manifestissimóque verborum præcedentium contextu refellitur. Proinde conclusioni Bellarminianæ, *in ipsis epistolis nullum esse errorem,* quod & [g] Baronius de utrisque, [h] de priore potissimum, *ut exactè egregiéque à doctissimo Roberto disquisita* comprobat, meritò apponetur obelisci nota cum isto elogio: HONORIUS, IN EPISTOLA PRIORE AD SERGIUM, EAM DE UNICA

[f] *Epist. 2. ad Sergium: apud eandem Synodum, act. 13.*

[g] *Annal. eccles. tom. 8. ad annum Dom. 633. cap. 52.*

[h] *Ibid. ad annum 681. cap. 29.*

CHRISTI VOLUNTATE CONFIRMAVIT HAERESIM, QUAM [i] BARONIUS VOCAT BLASPHEMIAM, ET APOLLINARIS, NESTORII, EUTYCHETIS HAERESIBUS VELIFICARI EX S. [k] THOMA DOCET.

[i] *Ibid. ad ann. 628. cap. 6. & ad ann. 633. cap. 55.*

[k] *Aquin. part. 3. quæst. 18. art. 1.*

42 Proximum argumentum noſtrum eſt ſententia, quam inde in Honorium tulit [l] ſexta Synodus Conſtantinopolitana, his verbis. *Retractantes dogmaticas epiſtolas quæ à Sergio, quondam Patriarcha hujus regiæ urbis, ſcriptæ ſunt tam ad Cyrum, qui tunc Epiſcopus Phaſidis erat, quàm ad Honorium quondam Papam antiquæ Romæ, ſimiliter autem & epiſtolam ab Honorio reſcriptam ad eundem Sergium; háſq; invenientes omnino alienas exiſtere ab Apoſtolicis dogmatibus, & à definitionibus ſanctorum conciliorum & cunctorum probabilium Patrum, ſequi verò falſas doctrinas hæreticorum: eas omnimodo abjicimus, & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem impia execramur dogmata, horum & nomina à ſancta Dei Eccleſia projici judicavimus: id eſt, Sergii quondam præſulis hujus urbis, qui aggreſſus eſt de hujuſmodi impio dogmate conſcribere, Cyri Alexandriæ, Pyrrhi, Petri, & Pauli, qui & ipſi præſulatu*

[l] *Action. 13.*

sulatu functi sunt in sede hujus civitatis, & similia eis senserunt; ad hæc & Theodori quondam Episcopi Pharan: quarum omnium personarum mentionem fecit Agatho sanctissimus Papa antiquæ Romæ, in suggestione ad pissimum dominum nostrum & magnum Imperatorem, eósque abjicit, utpote contraria rectæ fidei sentientes; quos anathemati submitti definimus. Cum his verò simul projici à sancta Dei catholica Ecclesia, simúlque anathematizari prævidimus & Honorium, qui fuit Papa antiquæ Romæ: eò quòd invenimus per scripta quæ ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus ejus mentem sequutus est, & impia dogmata confirmavit. Cujus sententiæ, vel rationis potiùs è sententia nexæ solutiones duas affert Bellarminus. Principio quippe [m] dicit, sine dubio Honorii nomen inter eos, qui damnantur à sexta Synodo, insertum esse ab æmulis Romanæ Ecclesiæ: & similiter quicquid aliud ibi dicitur contra Honorium. Sine dubio? Satis confidenter dictum. Sed quibus argumentis adeò indubitatum oraculum probat? Sex. *Primo: quia hoc testatur Anastasius Bibliothecarius in historia sua ex Theophane Isauro Græco.* O mille clypeos, & omnem armaturam fortium. Anastasius

[m] Cap. cod. §. Ad secundum.

[a] Anastasii, S.R.E. bibliothecarii, historia de vitis Romanorum Pontificum in Leone II.

stasius non solùm hoc non testatur in [a] historia sua, vel ex Theophane Græco, vel ex Latino ullo: sed etiam Honorium perinde atque Sergium, aliumve quenquam, sententia ejus Synodi condemnatum esse testatur, ita scribens. *Leo suscepit sanctam sextam Synodum, quæ per Dei providentiam nuper in regia urbe celebrata est, Græco eloquio conscriptam, exequente ac residente piissimo Principe Constantino intra regale palatium ejus; simúlque cum eo legati sedis Apostolicæ, & duo Patriarchæ, ideſt, Constantinopolitanus & Antiochenus, atque centum quinquaginta Episcopi: in qua condemnati sunt Cyrus, Sergius, Honorius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus, nec non & Macarius cum discipulo suo Stephano, sed & Polychronius novus Simon, qui unam voluntatem & operationem in Domino Jesu Christo dixerunt vel prædicaverunt, aut qui denuo prædicaturi fuerint aut defensaverint.* Ac utinam Pontificii, ut historiam Anastasii Bibliothecarii superioribus nundinis hoc anno [o] ediderunt: ita excudendam curarent Græcam historiam Theophanis Isauri. Fortassis aliquid etiam inde posset erui, quo magis convinceretur Honorius eandem cum Sergio hæresim foviſſe.

[o] Moguntiæ, in typographeio Jo. Albini: anno Dom. M. DC II.

foviſſe. Interim ne Theophanem quidem affirmare, Honorii nomen ab æmulis Romanæ Eccleſiæ inſertum eſſe inter eos qui damnantur à ſexta Synodo, & ſimiliter quicquid aliud ibi dicitur contra Honorium, teſtis ſit Baronius: qui, quum crebra & ſedula citatione Theophanis oſtendat ſe hiſtoriam ejus evolviſſe, haud dubiè, ſiquid tale Theophanes ſcripſiſſet, inculcaturus erat vel ad nauſeam uſque; quando cramben omnem, quæ pro Honorio ſapiat, toties reponit. Immo fraudem ſuam pleniùs aperiat Bellarminus ipſe, qui agnoſcit epiſtolas ab Honorio ſcriptas fuiſſe ad Sergium, quas [p] ibi dicitur ſcripſiſſe: & tamen quicquid dicitur ibi contra Honorium, id variis argumentis perſuadere nititur ab æmulis Eccleſiæ Romanæ inſertum eſſe. Nam epiſtolæ tantam maculam erroris aſpergunt Honorio, qui propterea neget ſtatuendam in genere divinam unam Chriſti operationem, alteram humanam, quoniam divina plures in ſpecie aut individuis exerit; ut [q] Baronius aiat, *eum noluiſſe aſſerere unâ aut duas tantùm in Chriſto operationes, quæ multiplices eſſe Scriptura ſacra tradantur, quòd ſcilicet ex generibus*

[p] *Synod. ſext. act.* 12. & 13.

[q] *Annal. eccleſ. tom.* 8. *ad ann. Dom.* 633. *cap.* 28.

tranſirent

transirent adversarii ad individua, fallentes aequivocis: ridiculè in aliorum Monothelætarum, tanquam Honorii adversariorum, capitibus fabam cudens, quam in capite capitis Ecclesiæ Romanæ, Honorii ipsius debebat; sed quid ageret, quum mundior latebra deesset? Monachum facit desperatio. Qua Bellarminus etiam cœpit in speluncam sordidiorem adigi, nimirum ut hæreticos epistolas ei forsan affinxisse diceret; non quò rem putaret ita se habere, sicuti pòst ostendit; sed quia vidit Honorium illis valde premi. Quapropter ubi affirmat inseruisse Ecclesiæ Romanæ æmulos sine dubio quicquid contra Honorium in Synodo sexta dicitur, mentitur sine dubio contra conscientiam: & quinque argumentis ad primum ex Anastasio Theophanéque additis, non tam Græcos falsi, quàm seipsum sceleris condemnare pergit. [r] *Secundum* nempe facit, *quia erat consuetudo Græcorum fere ordinaria corrumpendi libros. Nam* [s] *deprehensæ sunt plurimæ corruptiones ab hæreticis factæ in quinto Concilio.* [t] *Leo conqueritur de Græcis, quòd epistolam suam ad Flavianum, se adhuc vivente, corruperint.* [u] *Gregorius asserit, Constantinopolitanos*

[r] *Bellarm. cap. eod. §. Secundo, quia.*
[s] *In sexta Synodo, act. 12. & 14.*
[t] *Epist. 83. ad Palæstinos.*
[u] *Lib. 5. epist. 14. ad Narsem.*

tanos corrupisse Synodum Chalcedonensem: & idem se suspicari de Ephesina. Et addit, codices Romanorum longè veriores esse quàm Græcorum: quoniam, inquit, Romani sicut non acumina, ita nec impostur as habent. Denique [x] Nicolaus Primus, remittens Imperatorem ad epistolam Adriani, Si tamen, inquit, non falsata more Græcorum, sed sicut à sede Apostolica missa est, penes Ecclesiam Constantinopolitanam hactenus conservatur. Nec sine causa hoc dixit: nam quæ ipse allegat in epistola ad Photium, ex epistola Adriani ad Tharasium, non habentur in illa ipsa epistola, ut legitur in septima Synodo: detraxerunt enim Græci eum locum, quia contra honorem Tharasii faciebat. Si ergo corruperunt Græci tertiam, quartam, quintam, & septimam Synodum: quid mirum si etiam sextam corruperint? Præsertim quum constet paulo post sextam Synodum conclusam, iterum ascendisse Constantinopolim multos Episcopos, & edidisse Trullanos canones: quorum Episcoporum non alius scopus videtur fuisse quàm taxandi & reprehendendi Romanam Ecclesiam. Romani, inquiebat Gregorius, sicut non acumina, ita nec impostur as habent. Quàm dissimilis ergo Romanorum est iste Cardina-

[x] In epistola ad Michaelem.

lis

lis Romanus, impostor tantus & tam acutus? qui, quod asseveravit, à Romanæ Ecclesiæ æmulis insertum esse sine dubio quicquid contra Honorium in Synodo sexta dicitur: id dicit se probare isto enthymemate; Græci corruperunt tertiam, quartam, quintam, septimamq; Synodum; quid ergo mirum si etiam sextam corruperint? Et enthymematis antecedens, ex parte prima, sic probat: Græcos tertiam Synodum corrupisse Gregorius se suspicari asserit; ergo Græci tertiam Synodum corruperunt. Sed antecedentis sustentacula pedamináq; ponamus solida esse omnia. Dicantur hæretici corrupisse plurima in quinto Concilio, quia [y] *Vigilii* nomine libellos duos, & *Menæ* unum ementiti sunt. Putetur hoc spectare quod [z] *Leo* ait: *malignos aut imperitos interpretes, non volentes Latinam Græcum eloquium aptè & propriè transferre, quædam aliter intelligentes, quàm ipse dixerat.* Credatur assertioni & suspicioni Gregorii, Constantinopolitanos falsasse Synodum Chalcedonensem, & alios Ephesinam: quorũ [a] neu-

[y] *Synod. sext. act. 12. & 14.*

[z] *Epist. 83. ad Palæstinos episcopos.*

[a] *Nec enim, si Gregorius (ut Leo) exrè tulit, quòd Chalcedonensis Synodi decreto, reclamantibus Patæ legatis, Constantinopolitana sedes privilegijs æquata est Romanæ; [act. 15. can. 28. & act. 16.] idcirco debuit affirmare falsatam esse Synodum ab Ecclesia Constantinopolitana, quæ nihil nisi verè gestũ inscripsit: aut idem propterea existimare Synodo Ephesinæ factum, quoniam non leguntur in ea nominati quidã qui damnati illic esse dicuntur; quum haud omnia semper, quæ in Synodis fiunt, canonibus aut actis editis intexantur, ut historia Ecclesiastica cũ Nicena & cæteris cõparata docet.*

trum

trum absque nonnulla injuria, posterius autem frigida cum ratione traditur. Detraxerint Græci locum ex Adriani epistola inserta septimæ Synodo, quem utrùm Adrianus, etsi Romæ scriptum, omiserit tamen in epistola Constantinopolim data, aut Latinus aliquis ad Romæ asservatam adjecerit, quis novit? Ne calumniatus sit Nicolaus Primus, Græcorum more factum pronuncians quod interdum fecerunt quidam Græci. Ex istis denique iniquorum aut hæreticorum culpis intulerit rectè Bellarminus effatum adeò generale, fuisse consuetudinem Græcorum fere ordinariam corrumpendi libros. Consequitio tamen, *Quid ergo mirum si etiam corruperint sextam Synodum?* eo turpiori laborat putredine, quo tùm falsiorem enunciationem sub percontatione, tùm consequutionem alteram nequiorem ex hominis instituto implicat: videlicet, *Græci sextam Synodum corruperunt; Sine dubio igitur insertum est ab æmulis Ecclesiæ Romanæ, quicquid ibi dicitur contra Honorium.* Perinde quasi ego, ad refutandam Synodum Romanam sub Martino, Agathonem, & Photium, quos Bellarminus urget pro purgatione Honorii,

Honorii, hoc modo ratiocinarer. Latinorum est fere ordinaria consuetudo corrumpendi libros. Papa [a] Zosimus primæ Synodo Nicænę canones pugnantes cum ejusdem [b] Synodi canonibus veris adscripsit. [c] Thomas Aquinas Chalcedonensem Synodum & Cyrillum variis locis falsatos ad œcumenicum urbis Romanæ Pontificatum comprobandum citavit. Synodus Sardicensis in quibusdam Latinis codicibus [d] mutilata, in pluribus [e] depravata est: à quo, declaret [f] Cassianum illud, *Cui bono.* [g] Synodi sextæ in Trullo sanctionem de nova Roma, Constantinopoli, ut æqualia privilegia cum vetere Roma habeat, *& in ecclesiasticis, ut illa, magni fiat;* [h] jus Pontificium sic expressit: *non tamen in ecclesiasticis magnificetur, ut illa.* [i] Athanasii epistolas ad Marcum & Felicem, Pontifices Romanos, vicissim Marci ad eum, & Bonifacii ad Eulalium, (ut de aliis taceam,) ab Isidoro

[a] *In commonitorio, apud sextam Synodum Carthaginensem, cap. 3. & 6. Synod. African. cap. 101. 102. & sequentib.*

[b] *Nican. can. 4. 5. & 6. Synod. African. cap. 105.*

[c] *Opusc. contra errores Græcorum, ad Urbanum IV. Pont. Max.*

[d] *Can. 3. ubi* Julii *nomen secunda editio Latina* [tom. 1. Concilior.] *omittit: ut & Gratianus,* [*cap. Osius. 6. q. 4.*] *tribuens cuivis Episcopo Romano, quod uni (cujus fidem compertiorem habebat) Synodus concessit.* [e] *Can. 4. ubi ambæ Latinæ editiones habent,* Et proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma: *pro eo quod Græce legitur,* καὶ φάσκη πάλιν ἐκείνου ἀπολογίας πρᾶγμα ἐπιζήτειν. [f] *Cic. pro Sex. Roscio.* [g] *Can. 36.* [h] *Cap. renovantes. dist. 22. ubi censores Gregoriani* [*in nova edit. Decreti*] *jam pro* non tamen, *reposuerunt* nec non: ex Græcis, & (*ut aiunt*) aliquot manuscriptis. [i] *Apud Athanasium, & Concilior. tom. 1. edit. Colon.*

Mercatore

Mercatore confictas perhibet [k] Baronius. Denique per indices expurgatorios nuper profiteri cœperunt [l] Pontificiorum theologorum principes, se delendis verbis, non modò contra mentem autorum explicandis, sententias Patrum mutare. Si ergo ementiti sunt Latini tot Synodos, tot Pontifices, tot Patres: quid mirum si Romanam Synodum sub Martino, si Agathonem, si Photium item ementiti sunt? Porrò, ementiti sunt Romanam Synodum, Agathonem, & Photium. Inseruerunt igitur sine dubio æmuli Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quicquid ex illis pro Honorio promitur. Atque adeò corollarium, cujusmodi ad sui enthymematis consequens utrumque probabilius reddendum adhibet Bellarminus, quòd scilicet Con-

[k] *Annal. eccles. tom. 3. ad annum Dom. 336. cap. 59. & ad ann. 357. cap. 53. tom. 5. ad ann. 419. cap. 92. & sequentib. collat. cum notationib. in Martyrolog. Rom. Octobr. die 16. Eandem autem fraudem adhibitam in epistolis Eusebii Papæ nomine ad episcopos Tusciæ et Campaniæ scriptis, Melchiadis Papæ ad nescio quem, Aurelii ad Damasum Papam, & Damasi ad Aurelium, Julii Papæ ad Arianos, Pelagii Papæ ad Vigilium, similiúmq; plurium, [de consecrat. dist. 3. cap. crucis. 12. quæst. 2. cap. futuram. Concilior. tom. 1. & 2.] Baronius agnoscit: ut de prima notat Alphonsus Ciaconus, [vit. & gest. Pont. in Eusebio Papa 3] de cæteris apparet ex iisdem verbis, [annal. tom. 3. ad ann. 312. cap. 80. & ad ann. 341. cap. 59. tom. 4. ad ann. 374. cap. 11. tom. 7. ad ann. 559. cap. 6.] Quarum item plerasque confictas ab eodem Mercatore fuisse, partim affirmat, partim suspicatur; reliquas ab ejus magistro forsan, aut discipulis: prout abundavit Ecclesia Latina episcopos tales merces cõtinuantibus, longè ante Annium Viterbiensem natis, negq; posti eum nasci desituris.*

[l] *Ind. expurgat. Belg. in* Bertramo, *& præfixo ei uni versitatis Duacensis judicio Censoribus probato. Ind. expurgat. Hispan. in* Gregorio Nysseno, [*apud Antonium Abbat. lib. 2. serm. 1. meliss. Biblioth. sanctor. patrum tom. 1.*] *atque in* Cyrillo,

ſtantinopoli, paulò poſt ſextam Synodum concluſam, Trullanos canones ediderint multi Epiſcopi, quorum non alius videtur ſcopus fuiſſe, quàm reprehendendi & taxandi Romanam Eccleſiam, ego juſtiùs poſſem accommodare ad meum: Præſertim quum conſtet, paulo poſt decurſam Photii ætatem, Romæ concinnatas fuiſſe rurſum epiſtolas à Nicolao Primo & aliis Pontificibus, quorum non alius videtur ſcopus fuiſſe, quàm reprehendendi & taxandi Eccleſiam Conſtantinopolitanam. Quinimmo, ſi, quod juris in alterum ſtatuit Bellarminus, eo ipſe utatur, cogatúrque pati legem quam tulit, ut [m] æquitas ſumma poſtulat: ſufficient quæ ſuperiùs explicata ſunt, non ſolùm ad hoc caput, ſed univerſum ejus opus refellendum; & tribus enthymematis integra victoria de tribus Jeſuitæ tomis reportabitur. Etenim, *dico falſum eſſe ſine dubio, quod ibi adhibetur Pontifici Romano ab hæreſi vindicando: & ſimiliter quicquid aliud pro Papiſtica doctrinæ defenſione contra nos torquetur. Hoc probo: quia Bellarmini conſuetudo eſt fere ordinaria mentiendi egregiè. Nam pronunciavit (ut diximus) fictas eſſe fortaſſe ab hæreti-*

[m] *L. hoc edictum. D. quod quiſque juris.*

cis

cis epistolas nomine Honorii, quas ab Honorio scriptas scivit agnovitque: Honorium in illis confiteri duas Christi voluntates & operationes, qui voluntatem unam fatetur tantùm, non duas; nec duas operationes, sed multas unicæ divinæ: Honorium tota epistola priori contendere, non dicendam in Christo Deo & homine unam, nec duas voluntates, quum unam clarè dicat: nullum in utravis epistola contineri errorem, quum error capitalis Monotheletarum in utraque firmetur: Græcos sextam Synodum testante Anastasio Theophanèq. corrupisse, quod testatur neuter: denique ab æmulis Ecclesiæ Romanæ inversum illic esse, non modò nomen Honorii, sed quicquid contra Honorium dicitur, quum fulmenta omnium dictorum contra Honorium, epistolas, non æmulis tribuat, sed ipsi. Quare si tam multa mentitus sit Bellarminus in præcedentibus paragraphis: quid mirũ si in sequentibus etiam mentitus sit? Mentitus est in capite de Monotheleta Honorio: quid ergo mirũ si in reliquis etiam de Romano Pontifice mentitus sit? Mentitus est in libris de Romano Pontifice: quid mirũ ergo si in ceteris trium tomorum de Pontificia fide partibus mentitus sit? Præsertim quum constet paulo post excusa volumina superiora eum Romæ

ſcripſiſſe de clericorum exemptione, ac de indulgentiis: quorum librorum non alius videtur fuiſſe ſcopus, quàm reprehendendi & taxandi reformatas Eccleſias? Quid, quòd inter illa, quæ Bellarminus in iſto ſpeculo, ſi volet, intueri poteſt quàm procul ab eo abſint, ut probent inſeruiſſe ſine dubio æmulos Eccleſiæ Romanæ quicquid in ſexta Synodo contra Honorium dicitur, nonnulla ſunt quæ multo concludant probabiliùs hujuſmodi nihil factum. *Nam codices Romanorum longè veriores eſſe quàm Græcorum*, ex Gregorio aſſerit. At cuncta, quæ Honorium hæreſis condemnant, in Romanis codicibus haberi novit & dolet Bibliothecarius Vaticanus Baronius. Legati Pontificii, quum in [a] ſexta Synodo legeretur è quinta *Vigilium Papam confiteri unam in Chriſto perſonam, & unam operationem*, exclamârunt ſtatim Vigilii hoc non eſſe de operatione una. Quanto minùs credibile eſt tacituros fuiſſe, ſi Honorium Papam accuſatum ejuſdem hæreſis injuſtè toties in eadem Synodo vidiſſent? Græcos ex epiſtola Adriani ad Tharaſium, inſerta ſeptimæ Synodo, detraxiſſe aliquid, quoniam in alio exemplari cõperit quod

[a] Actione 3.

in ea non erat, notavit [q] Anastasius. Et putabimus illum non pari diligentia deprehensurum fuisse, pariq; studio notaturum, si Honorii nomen inter monotheletas inserum itidem septimæ Synodo fuisset fide sextæ Synodi? Argumento secundo [p] tertium succedit: nervosius aliquanto, si plus in syllogismo apud Bellarminum, quàm in enthymemate, firmitatis esset. Nam posteaquam citasset ex Papæ Agathonis epistola locum, quo scribit, *nullum prædecessorum suorum unquam errasse*; [q] affirmassetq; *totum Cõcilium de epistola ea dixisse, non tam Agathonem, quàm beatum Petrũ per Agathenẽ loquutum*: ita [r] concludit. *Necesse est ergo vel Concilium esse falsatũ, vel epistolam Agathonis, vel Concilium secum & cũ Agathone pugnare: sed hoc ultimum nemo unquam asseruit, ne hæretici quidẽ; de secundo non fuit unquam ulla suspicio: ergo necesse est tenere primum.* Cujus syllogismi propositio falsa est: & propositionis probatio vitiosa. Synodus enim, Petrum loquutum dicens per Agathonem, approbat, non totam Agathonis epistolam, tanquam Petri Apostoli ore dictatam: sed Apostolicam fidei confessionẽ & doctrinam de gemina

[q] *Teste Turriano [lib. de sexta, septima, & octava Synodo] ex Vaticano bibliotheca.*

[p] *Cap. cod. §. Tertio, quia.*

[q] §. *Ubi nota.*

[r] §. *Ex his ergo.*

Christi voluntate contra Monotheletas, qua de re agebatur. Testes sunt ambo è Synodo notati à [2] Bellarmino loci : *actione octava, & decima octava.* Quorum in priore, quum Theodorus, Episcopus Epheſi, dixisset, *Sic profiteor & credo, quemadmodum habent ſuggeſtiones Papa Agathonis, id est, duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes in uno Jeſu Chriſto*; idémque multi alii Episcopi consimilibus verbis iteratssent; Episcopus Prusiados rem expressit istis : *Suggeſtiones directas à patre noſtro Agathone ad Imperatorem dominum noſtrum, tanquam ex Spiritu ſancto dictatas per os ſancti Petri, ſuſcipio & amplector, & ita credo, ita ſentio duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas operationes naturales in una Domini noſtri Jeſu Chriſti perſona.* In posteriore verò Synodus universa fidem eandem, tùm à Romana Synodo & Agathone prædicatam, tùm Imperatoris decreto confirmatam celebrans, acclamat Imperatori : *Confeſſionem tibi à Deo inſcriptam illa Romana antiqua civitas obtulit, & dogmatum diem à partibus* [3] *veſpertinis extulit : videbatur charta & atramentum, ſed per Agathonem Petrus loquebatur,*

[2] Hæc epistola à toto Concilio probata est, actione octava & actione decima octava. §. Ubi nota.

[3] *Id est*, Occidentalibus. Gr. ἑσπερίων.

tur, & cum omnipotente coregnatore pius Imperator simul decernebas tu, qui à Deo decoratus es. Neque sanè poterat Petrus videri loquutus per Agathonem in epistola tota, nisi Spiritus sanctus eam etiam partem videretur per Petrum dictasse, qua scribit [f] Agatho, [4] Ecclesiam Romanam, admonere dignemini clementissimam dexteram Apostolicæ doctrinæ, quam cooperator piorum laborum vestrorum beatus Petrus Apostolus tradidit, non ut sub modio condatur, sed tuba clariùs toto orbe prædicetur: quia ejus vera confessio à Patre de cœlis est revelata, pro qua à Domino omnium beatus esse pronunciatus est Petrus: qui & spiritales oves Ecclesiæ ab ipso redemtore omnium terna commendatione pascendas suscepit: cujus admitente præsidio, hæc Apostolica ejus Ecclesia nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est, cujus autoritatem, utpote Apostolorum omnium principis, semper omnis catholica Christi Ecclesia, & universales Synodi fideliter amplectentes, in cunctis sequutæ sunt. *Posterior:* Eximenda, ac summis conatibus cum Dei præsidio liberanda est sancta Dei Ecclesia Christianissimi vestri imperii de talium doctorum erroribus, ut Evangelicam atque Apostolicam orthodoxæ fidei rectitudinem, quæ fundata est super firmam petram hujus beati Petri Apostolorum principis Ecclesiæ, quæ ejus gratia atque præsidio ab omni errore illibata permanet, omnis numerus præsulum, sacerdotum, cleri, ac populorum unanimiter, ad placendum Deo, animámq; salvandam, nobiscum confiteatur & prædicet. *Baronius ibidem [ad annum 633. cap. 493] sententia prioris partem ita citat* à Reddamus verba Agathonis; Christi, inquit, admitente præsidio, hæc Apostolica ejus Ecclesia nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est. *Sed si adjunxisset, quæ proxime sequuntur,* Cujus autoritatem, utpote Apostolorum omnium principis, *&c. aut perabsurdè innuisset Christus appellari* Apostolorum principem, *adversus Agathonis verba istum titulum Petro tribuentia: aut clarè indicassit pronomen idem,* cujus, *in præcedente membro, referri non ad Christum debere, sed ad Petrum; qui tum cooperator laborum imperatoriorum, tum ob confessionem beatus pronunciatus, tum pastor ovium à Christo designatus dicitur. At Romanam Ecclesiam ibi vocat Agatho* Ecclesiam Petri Apostolicam,

[f] *Ead. epist. ad Constantinum & fratres Imperatores.*

[4] *Habentur hæc in duabus Agathonis sententiis: quæ integræ sic leguntur. Prior;*

cam, *ut in posteriora etiam sententia, qua prior illustratur, quam ait*, hanc beati Petri Apostolorum principis Ecclesiam, quæ ejus gratia atque præsidio &c. *Itaque, præter Dei gratiam & præsidium commune toti Ecclesiæ, peculiarem Petri opem gratiámque Romanæ tribuit Agatho; invitis jam ritu superstitioso communicandi cum Petro quæ Dei propria sunt: ut apud Gregorium, [dialog. lib. 3. cap. 25.] puella paralytica, in Ecclesia Petri eundem orans ut sanaretur, & eodem jubente per visionem noctu, manifestarium quendam ejusdem Ecclesiæ adiens sananda, dixit ei*; Pastor & nutritor noster beatus Petrus Apostolus me ad te misit, ut ab infirmitate ista me liberes. *Unde & Anastasius Bibliothecarius, [hist. de vitis Pont. in Agathone,] commemorans id actum, quod Agatho per legatos suos agi jussit*; Decimo tertio, *inquit*, die Februarii, auxiliante beato Petro Apostolo, ut veritatis lumen appareret, intromissa sunt coram Synodo venerabilium Patrum dicta Chrysostomi, Cyrilli, Athanasii, Basilii, &c.

nitente Petri præsidio, nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte desiexam esse: at Petri gratia præsidioque illibatam ab omni errore permanere eandem ejusdem Petri, beati Apostolorum principis, Ecclesiam. Quod de suo præsidio & gratia dicturum unquam virum sanctum, qui de se ac Johanne, quum sanassent claudum, mirantibus Israelitis dixit, [t] *Quid intentos oculos in nos habetis, quasi propria potestate aut pietate effecerimus ut hic ambularet?* quis credat sanctam Synodum affirmaturam fuisse? ut ut Agatho Papa, nimium solenni Pontificum consuetudine, Apostolorum principi Petro tantum tribuit, quo principatum suum super omnes alias Ecclesias & Episcopos, idē ex [u] Paulina Dei gratia præsidióq; non adeptos,

t Act. 3. 12.

u Act. 20. 32. 1. Cor. 15. 10. 2. Cor. 12. 9.

adeptos, extolleret. Quanquam si de gratia Petri Bellarminus Synodum idem putet cum Agathone dicturam, non obstante Scriptura, quam [x] ipse alibi laudat; [y] *Gratiam & gloriam dabit Dominus*: agnoscere tamen eum coget clarissima lux verborum Synodi, de doctrina duarum in Christo voluntatum ab Agathone probata loquutos qui talem Petri mentionem fecerunt. Quum igitur falsum sit, *Concilium fateri Petrum dixisse, Romanos Pontifices semper confirmasse fratres suos in fide*; quam basim fulciendæ propositioni substruit Bellarminus: hoc adminiculo nixa propositio corruit, *Necesse est vel Cõcilium esse falsatum, vel epistolam Agathonis, vel Cõcilium secum & cum Agathone pugnare.* Quòd si redundantem extremi membri copulati articulum abscindet, ac propositionem sic corriget; *vel Concilium cum Agathone pugnare*: assumtio falsa erit; nempe, *Sed hoc ultimum nemo unquam asseruit, ne hæretici quidem.* Asseruit enim [z] Nilus, Episcopus Thessalonicensis, *Agathonem ideo fortè sic scripsisse, quia quæstionem id postulare duxit: neque mirum esse, si è multis sanctis Patribus collecta Synodus intellexit, quod unum ignorasse*

[x] *De eccles. triumph. lib. 1. cap. 17.*
[y] Psal. 84. 12.
[z] *De primatu Papæ Romani, lib. 2.*

[a] Cap. cod. §. At postulabat.

raſſe contigit. Quorum alterum [a] Bellarminus confutare moliens, *Poſtulabat*, inquit, *ratio quæſtionis, ut de ſuorum prædeceſſorum laudibus aliquid diceret Agatho: ſed num poſtulabat ut impudentiſſimè mentiretur? Et nunquid non erat impudentiſſimum mendacium, quod ait Agatho, omnes ſuos prædeceſſores ſemper hæreticis reſtitiſſe: ſi Honorius illa ipſa hæreſi, de qua tunc loquebatur, contaminatus fuerat?* Omnino Agathonem ſatis impudenter mentitum exiſtimet Bellarminus neceſſe eſt, etiamſi Honorius immunis ab hæreſibus cunctis extitiſſet. Nam [b] Agatho, præfatus, Chriſtum qui fidem Petri non defecturam promiſit, admonuiſſe illum ut fratres ſuos confirmaret, ſubjicit hæc verba: *quod Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores* [c] *confidenter feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitum.* Liberium autem Papam oſtenderat [d] Bellarminus ita ſubſcripſiſſe Arianę hæreſi, teſtibus Athanaſio, Hieronymo, Hilario, Sozomeno, Nicephoro, epiſtolis ipſius Liberii manuſcriptis in Vaticana bibliotheca, Pontificiis denique cunctis Felicem Secundum, ei ſuffectum, pro Papa legitimo agnoſcentibus: ut nequeat niſi valde impudenter aſſeri

[b] In eadem epiſtola, à Bellarmino citata.

[c] Hanc voicm Bellarminus omittit ſupprimitque, ubi totam reliquam ſententiam ad probandam ſyllogiſmi ſui propoſitionem citat. An quia verebatur, ne, ex iis quæ ipſe de Liberio ſcripſerat, pateret Agathonis impudens mendacium, ſi adjeciſſet confidenter?

[d] De. Rom. Pont. lib. 4. cap. 9.

asseri, cunctis esse cognitum, eum fratres suos confidenter semper confirmasse in fide. Neque tamen dixerim Agathonem mentitum esse impudentissimè; quoniam impudentiùs, in quarto [d] Bellarmini argumento, mentitus est [e] Nicolaus Primus, ubi de Romanis Pontificibus ait: *Hos enim nec tenuis saltem rumor aspersit, aliquando cum prava sapientibus sapere.* Nam Honorium tenui rumore saltem aspersum cum Monotheletis sensisse, tam certum est è [f] septima Synodo [g] Romanáque sub Adriano Secundo, quàm meridie lucere. Et impudentiùs rursum, in quinto [h] Bellarmini argumento, mentitus est Bellarminus ipse, quum ait de Honorii epistolis ad Sergium: *Illæ clarissimè testantur, Honorium sensisse, & docuisse, duas esse in Christo operationes.* Nam earum posterior, sicut declaravi, disertè scriptum habet: *Duarum operationum esse vel fuisse mediatorem Dei & hominum Dominum Jesum Christum sentire & promere, satis ineptum est.* Quanquam, si verum sit, quod [i] Bellarminus levi conjectura colligit, *Honorii dogmata nulli omnino meliùs cognita fuisse quàm Agathoni, quoniam illa ipsa causa fuerat sæpius à compluribus*

[d] *Lib. cod. cap. 11. §. Quarto, probatur.*
[e] *Epist. ad Michaelem.*
[f] *Act. ult. & in epist. ad clericos universos.*
[g] *Apud octavam Synodum, act. 7.*
[h] *Cap. cod. §. Quinto, probatur.*
[i] *§. At si ita est.*

pluribus Agathonis prædeceſſoribus, atque Honorii ſucceſſoribus, examinata: inficiari haud potero quin Agatho mentitus ſit multo impudentiùs, quàm alioqui putarem. Sequitur ſexta & ultima [k] Bellarmini probatio. *In Concilio Romano frequentiſſimo, quod celebratum eſt à ſancto Martino I. Papa & Martyre, ante ſextam Synodum, de hac ipſa cauſa Monotheletarum, damnati ſunt nominatim Sergius, Cyrus, Pyrrhus, & Paulus: Honorii autem nulla mentio facta eſt. Nec poteſt hoc tribui acceptioni perſonarum: quum eſſent illi Epiſcopi ſanctiſſimi viri, & præcipuè S. Martinus qui Concilio præſidebat. Multo minùs tribui poteſt ignorantiæ aut oblivioni; quis enim meliùs novit res geſtas Pontificum, quàm eorum ſucceſſores? Si igitur Romana Synodus non damnavit Honorium, quæ habuit autographa epiſtolarum ejus, & teſtes vivos verborum & factorum ipſius: quomodo credibile eſt ſextam Synodum id facturam fuiſſe ex ſolis epiſtolis?* Ubi ecce alterum habemus enthymema, ſuperioris in ſecundo argumento germanum: niſi quòd præcipuus hujuſce quaſi nervus ab illo inciditur. Nam ibi diſputator affirmabat Græcos, Romanæ Eccleſiæ odio & æmulatione, inſeruiſſe

[k] §. *Accedat.*

isse quicquid contra Honorium dicitur in Synodo Constantinopolitana. Hæc autem ratio ait; Synodus Romana Romanum Episcopum Honorium non damnavit: credibile igitur non est Constantinopolitanam Synodum, è Græcis fere solis conflatam, id facturam fuisse. Ridiculéque, in speciem amplificationis, addit Romanam habuisse autographa epistolarum ejus, & testes vivos factorum; scilicet, qualis erat [1] scriba, qui autographum exposuit perversissimè Johannis Papæ jussu: Constantinopolitanam verò ex epistolis solis judicasse; quibus, nulla gratia, nulla spe honoris lucrive corrumpendis, & Honorii mentem fideliter exprimentibus, quis poterat locupletior desiderari testis? Simili porrò smegmate Romanam Synodum purgat ab iniquitatis culpa in Monotheletis Græcis, Episcopis Constantinopolis atq; Alexandriæ nominatim damnandis, Honorio non nominato, dū hoc personarū acceptioni tribui posse inficiatur, quòd Episcopi illi, præcipuè S. Martinus qui Concilio præsidebat, essent viri sanctissimi. Nam & Agatho, qui personas accepit tantopere, ut impudenter mentiretur prædecessores

[1] *Apud S. Maximum, disputat. cum Pyrrho.*

prædeceſſores ſuos omnes reſtitiſſe hæreticis confidenter, ſanctiſſimus apud [m] Synodum ſextam paſſim dicitur, & inter [n] ſanctos itidem colitur à Papiſtis ut S. [o] Martinus: nec Martinus ſanctior erat Davide, [p] viro ſecundum cor Dei, qui [q] Abſalomum filium noluit morte affici, tametſi peccantem graviùs; [r] Semei autem Benjaminitæ canitiem in ſepulcrum cum ſanguine deduci juſſit. Denique Bellarminus, quo in primis adjuncto voluit antecedenti conſequens affigere, ut trabali clavo, nempe, ignorantiæ aut oblivioni tribui multo minùs poſſe; quis enim meliùs novit Pontificis acta, quàm ſuc ceſſor? eo ipſo caput enthymematis ſui, quemadmodum [s] Jael Siſaræ paxillo, tranſverberat. Nam quum Pauli Epiſcopi Conſtantinopolitani literæ, quibus Sergii Honoriique de unica in Chriſto voluntate conſenſus prædicabatur, apud [t] eam Synodum recitatæ eſſent, nec Synodus quicquam contrà dixit, nec Martinus: haudquaquam tacituri, quũ & mentem Honorii optimè callerent, & famam tueri cuperent, niſi ipſum idẽ quod Sergium ſenſiſſe ac docuiſſe ſcirent. Proinde, ut videamus

vir

[m] *Action 8. in ſingulorum fere Epiſcoporum ſententiis: & aliis actionibus paſſim.*
[n] *Martyrolog. Rom. Januar. 10.*
[o] *Novembr. 12.*
[p] 1. Sam. 13. 14.
[q] 2. Sam. 18. 5.
[r] 1. Reg. 2. 8.
[s] Jud. 4. 21.
[t] *Conſultat. 4.*

vir viro quid interſit,[a] Turrianus, antiquior è Societate Jeſu theologus Bellarmino, teſtimonium indidem ad ſententiam noſtram confirmandam petit: quia, quod de Honorii conſenſu cum Sergio, ex Pauli literis legebatur, hoc à nemine ejus Synodi refutatum eſt. Atque hæc dicta ſint de ſex argumentis, quibus Bellarminus *probat, ſine dubio Honorii nomen inter eos, qui damnantur à ſexta Synodo, inſertum eſſe ab æmulis Romanæ Eccleſiæ; & ſimiliter quicquid aliud ibi dicitur contra Honorium.*

[a] *Lib. de ſexta ſeptima, & octava Synodo.*

43 Baronius verò, montibus majora parturientibus, quàm peperit exacta Bellarmini, quantumvis doctiſſimi, diſquiſitio, præter inaniſſimos ſuſpicionum fumos, quos variis locis (utcunque ſe dat occaſio) excitat, rationes complures ad ſuperiores adjicit: ſed quàm imbecillas, vel inde conjiciamus, quòd omnem armaturam fortium, teſte duce belli peritiſſimo, Bellarminianum armamentarium habeat, in quo nova iſta Baronii non compâret. Veruntamen ipſe, mures ſuos magnificans, ubi primùm eos veluti conſtipatos in aciem producit, ad marginem grandiuſculis characteribus notas elogiorum appingit,

pingit, quibus sine dubio suadeat sextam Synodum in damnatione Honorii adulteratam esse: primò, [x] MANIFESTAM CALUMNIAM PASSUS HONORIUS PAPA; tum, [y] DE IMPOSTURA VALIDA ARGUMENTA; deinde, [z] CONVINCITUR MANIFESTA IMPOSTURA; rursus, [a] ALIUD ARGUMENTUM DE INNOCENTIA HONORII; postea, deprehenso impostore scilicet, [b] THEODORUS ACTORUM SYNODI CORRUPTOR; ad extremum, quod instar Pyrrhi post principia stat, [c] DE IMPOSTURA INGENS ARGUMENTUM. Itaque, ut cum Pyrrho congrediamur primùm, quodnam tandem est tuum ingens argumentum, ô fama ingens, ingentior armis, vir Trojane? Nimirum, *In* [d] *Synodo, post damnatorum recitata nomina hæreticorum, hæc subjicitur: Præsens sancta & universalis Synodus fideliter suscipiens, & expansis manibus amplectens, tam suggestionem, quæ à sanctissimo ac beatissimo Agathone Papa antiquæ Romæ, facta est ad Constantinum piissimum atque fidelissimum nostrum Imperatorem, quæ nominatim abjecit eos qui docuerunt vel prædicaverunt (sicut superiùs dictum est) unam voluntatem*

[x] *Ad annum Dom. 681. cap. 13.*

[y] *cap. 19.*

[z] *cap. 23.*

[a] *cap. 24.*

[b] *cap. 25.*

[c] *cap. 45.*

[d] *Action. 17. in decreto fidei.*

tatem & unam operationem in incarnationis dispensatione Domini nostri Jesu Christi veri Dei nostri, adaquè amplexa est & alteram Synodalem suggestionem, quæ missa est à sacro Concilio, quod sub eodem sanctissimo Papa centum viginti quinque Deo amabilium Episcoporum &c. Repugnant igitur, ut in eadem fidei definitione Honorius legatur inter hæreticos, & quòd epistola Romæ missæ in omnibus comprobatæ dicantur, ipsáq; Synodus in damnatu personis se Agathonis epistolam profiteatur esse sequutam, quæ omnium Romanorum Pontificum fides catholica commendatur. Ingens omnino argumentum, fateor: sed impudentiæ in Baronio, non impostoræ in Concilio. Nam Concilium, narrans amplecti se Agathonis & Romanæ Synodi suggestiones, quibus nominatim abjecti sunt Monotheletæ, *sicut suprà dixerat*, evidenter his vocibus ostendit se, ut ante in sententia sua ferenda commemoraverat, eas comprobasse, quatenus Apostolicam fidem de duabus in Christo voluntatibus adversus Sergium, Cyrum, Pyrrhum, Petrum, Paulum, & quosvis contrà docentes, explicant confirmántq;. Baronius autem, asserens epistolas Roma missas

Act. 13.

sas dici comprobatas IN OMNIBUS à Concilio, insigni fraude locum aperit suæ ingenti cavillationi: non potuisse igitur Honorium, qui Romanus Pontifex fuisset, à Concilio Agathoni, omnium prædecessorum suorum fidem laudanti, subscribente damnari. Quòd si, quia Synodus affirmat Agathonis suggestione abjectos esse nominatim, qui prædicaverunt unam in Christo voluntatem, non potuit & illius suggestionem sequi, & quenquam sigillatim haud nominatum abjicere: cur abjecit Macarium, Episcopum Antiochenum; nec Baronius Synodum propterea quoque sibi ipsi repugnare, ad imposturam illustriùs detegendam, arguit? Quemadmodum enim Agathonis suggestionem in isto sequuta est Synodus, quia [f] *novitatis errorem cum suis inventoribus, his q. quorum doctrinam sequuti sunt*, damnavit Agatho; ac [g] post quorundam nomina particulatim expressa, subjunxit generatim, *vel quiqui eis consentanei usque in finem demonstrati sunt*; Macarium verò Synodus talem patefecit: ita, quandoquidem parium par est ratio, in Honorio Papa fecisse judicanda est, [h] quem per scripta comperit sequutum

[f] *Agathonis epistola, apud Synodum sextam, act. 4.*
[g] *Agathonis & Synodi Romanæ epist. ibid.*
[h] *Sexta Synod. actione 13.*

tum esse mentem Sergii in omnibus, impráque ipsius dogmata confirmasse. Nihilo viriliora sunt, quæ Baronius celebrat, valida argumenta. Unum; *Dato Honorii epistolam convictam fuisse (quod dici posse negat) hæreticam esse: nunquid ex ea continuò damnandus à Synodo erat ipse Honorius, & non more majorum disquirendum, an inveniri posset ipsum recantasse palinodiam, vel potiùs in eodem errore esse defunctum?* More majorum? Quorum? Num Israelitarum ante Christum natum? Inter quos [i] Josias ossa mortuorum idololatrarum combussit super altare: neque disquisivit an inveniri posset eos palinodiam (ut loquitur Baronius) recantasse, vel potiùs in eodem errore defunctos esse. An Christianorum pòst? Inter quos [k] Synodus Africana constituit, ut, siquis Episcopus intestatus obiret, aut hæredes extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut Paganos, Ecclesiæ præferret, ei, saltem mortuo, anathema diceretur; [l] Synodus œcumenica quinta de Origene, impiorum dogmatum convicto aliquot seculis posteaquam è vivis excesserat, pronunciavit, *Anathema sit Origeni*; [m] Synodus

[i] 1.Reg.13.3. 2.Reg.23.16.

[k] *Can.*48.

[l] *Collat.*8. *anathematism.*11. *& apud Nicephorum hist. Eccles.lib.*17. *cap.*28.

[m] *Consultat.*5. *can.*18.

dus Romana sub Martino Primo similiter execrata est Sergium & Pyrrhum, Constantinopolitanos Episcopos pridem defunctos: nec aut his in mentem venit disquirere, utrùm Pyrrhus, Sergius, Origenes in erroribus suis obiissent; aut Africanæ Synodo, utrùm Episcopum, testamento nullo minúsve pio mortuum, errati sui pœnituisset. Aliorum igitur more quàm verorum [a] Israelitarum aut [o] Christianorum facit, qui, tali firmamento nixus, [p] quærit iterum: *Nonne, antequam cum epistola damnaretur ipsius autor, oportuisset exactè disquiri, num usque ad obitum in eadem sententia perstitisset?* Alterum; *Quòd ferretur extare posterior ejusdem Honorii epistola ad eundem Sergium reddita: cur non expectata est ejus editio atque lectio, quæ in sequenti sessione postea sequuta est?* Quasi verò, qui certus est, eum certiorē reddere necessariò [q] semper oporteret: aut [q] Josua, quum Acanem confessione ipsius una convicisset, debuerit alteram expectare, quàm fortè moriens edidit. Nam quod Baronius addit, *Honorium ex epistola posteriore monstrari certo argumento assertorem esse duarum in Christo voluntatum & operationum*: id quintum

[a] Joh.1.48.
[o] 1.Pet.3.10. & 4.16.
[p] Baron.ad eundem ann. cap.22.
[q] Jos.7.20.

tum est Bellarmini argumentum recoctum; cujus, ut aliorum complurium ejusdemmodi, noxam semel obiter indicasse satis sit. Tertium; *Qui præsidebant Synodo Apostolicæ sedis legati, quomodo potuerunt hæc, si verè facta fuissent, præterisse silentio, in re tam gravi: quum superioribus cunctis Synodi actionibus in levioribus etiam causis interloquuti sint?* Non potuissent certè, si frontem perfricuissent æquè ac [r] Baronius: qui, quum in recitandis Pauli Monotheletæ literis ad eum locum perveniisset, ubi piæ memoriæ Honorius idem cum Sergio sensisse ferebatur, interloquitur statim; ubi nec Martinus, nec alius quisquam Episcopus, quibus audientibus eædem in [s] Romana Synodo recitabantur, quicquam mutivit. Et tamen, quod Baronius ibi per [t] rhetoricam præteritionem interloquutus est, *ne fastidiosè repeteret*; fastidiosissimè sese facere agnoscens qui tùm [u] alibi toties inculcat, tùm [x] hîc rursum, [y] interpretationem Romani Pontificis Johannis, (hoc est, scribæ Honorii,) atque Maximi: id obloqui

[r] *Ad annum Dom. 646. cap. 29.*
[s] *Consult. 4.*
[t] Sed his ex responsione Maximi supernùs recitata sit satisfactum, ne eadem repetere ad singulos passus fastidiosè cogamur.
[u] *Ad annum Dom. 633. cap. 45. ad ann. 640. cap. 4. ad ann. 645. cap. 7. ad ann. 681. cap. 12. & 29. ad ann. 683. cap. 3. &, siquis me præterea fortasse locum fugit:*
[x] *Ad ann. 681. cap. 20.*
[y] Intercesserat de ea Honorii Papæ epistola præcedens judicium Johannis Romani Pontificis missum Constantinopolim, itémque germana interpretatio Maximi martyris in publico conventu toti orbi notissimuo promulgata.

similiter potuissent Martinus & Martini Synodus. Præterea in illa [a] Synodo assidebant Martino Papæ Episcopi centum & amplius: ut, quod dicendum nemo putârit è tam multis, tacuisse paucos legatos minùs debeat [8] Baronius mirari. Prælertim quum legati recitatam Honorii epistolam item audissent, eámq; consentienti reliquę cunctæ Synodi Constantinopolitanæ judicio damnatam: quo justiùs ipsos potuit pudere interloqui, quàm Martinum & ceteros in Romana Synodo, cui nec reus Honorius tam apertè cõvictus, nec tot ac tales judices, convictum eum censentes, ante oculos versabantur. Quartum, superiori velut in subsidiis succenturiatum; *Quonam modo potuerunt tam profundo lethargo sepulti esse simul omnes iidem legati, ut nullus ex ipsis vindex insurrexerit saltem pro literis Agathonis? qui præsertim mandatũ legatis à se datũ in eisdem literis ita significârit:* [x] *Portitoribus & testimonia aliquorum sanctorum Patrum, quos hac Apostolica Christi Ecclesia suscipit, cum eorum libris tradidimus, ut facultatem suggerẽdi à benignissimo vestræ Christianitatis imperio consequuti, ex his duntaxat satisfacere studeant.*] & paulo pòst: *Licentiam*

[a] *Singulis consultationibus, ac nominatim 4. ut acta Synodi docent.*

[8] *Quonam modo tam profundo lethargo potuerunt non unus vel alter, sed simul omnes iidem sepulti esse legati, ut ista non senserint, ac nullus ex ipsis vindex insurrexit?*

[x] *Agatho, epist. ad Imperatores: apud Synodum sextam, act. 4.*

eum proinde eis sive autoritatem dedimus apud tranquillissimum vestrum imperium (dum jusserit ejus clementia) simpliciter satisfaciendi, in quantum eis duntaxat injunctum est, ut nihil profectò præsumant augere, minuere, vel mutare; sed traditionem hujus Apostolicæ sedis, ut à prædecessoribus Apostolicis Pontificibus instituta est, sinceriter enarrare, nimirum *ea tantùm, quæ eadem prolixa dogmatica epistola continentur, quæ nihil magis quàm prædecessorum fides integra commendatur; ut planè nihil adeò alienum fuerit à mente verbisque Agathonis Pontificis, quàm ut Honorius Papa in Synodo damnaretur.* Nimirum Baronius isto suo, *nimirum*, egregiè aptat illas Agathonis sententias ad encomium cunctis prædecessoribus tributum. Quanquam enim aliis verbis studuit Agatho persuasum Imperatoribus reddere Papas omnes orthodoxos fuisse: tamen ex citatis in utroq; loco mandatum complectente, cùm poterant, tùm debebant legati patienter audire damnationem Honorii. Nam & testimonia Patrum, ipsis tradita, probabant duas esse in Christo voluntates; ut codex eorundem in [y] Synodo productus, [z] examinatus, approbatus, [a] mentione

[y] *Ejusdem Synodi act. 7.* [z] *Act. 8.* [a] *Act. 11.*

tione denuo celebratus indicat: & traditio ſedis Romanæ Apoſtolicæ doctrinam Apoſtolicam de re eadem Romæ traditam denotabat, ut eandem prorſus cum doctrina Patrũ; unde idem etiam dogma, ſub eodem traditionis vocabulo, in eiſdem literis, tùm exponitur [9] ſtatim, tùm [1] pòſt probatur laudatúrq; . Quapropter quum juſſiſſet Agatho legatos ex teſtimoniis illis, & illa traditione, duntaxat ſatisfacere; Honorium verò Papam convincerent ſuæ literæ voluntatem unicam Chriſto tribuiſſe: quonam modo potuerunt legati non mandatum Agathonis tranſgredi, niſi Papæ Honorio, quem pateret eadem cum Sergio ſenſiſſe, permiſiſſent eandem quoque notam inuri? Aut quonam modo potuit ipſe verecundum ſilentium legatorum, non ſaltem pro Agathonis literis ob-

[9] Ut veſtræ pietati, quid Apoſtolicæ noſtræ fidei vigor contineat, breviter intimemus, quam percepimus per Apoſtolicam Apoſtolicorúmq; Pontificum traditionem, &c. Hic igitur ſtatus eſt Evangelicæ atque Apoſtolicæ fidei, regulariſq; traditio, &c. Omnia duplicia unius ejuſdémq; Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſecundum Evangelicam traditionem, aſſerimus, &c. Quum autem duas naturas, duáſq; naturales voluntates & operationes confitemur in Chriſto, non contrarias eas nec adverſas ad alienitatem dicimus, ſicut à via veritatis errantes Apoſtolicam traditionem accipiant, &c. Hæc eſt Apoſtolica atque Evangelica traditio, quam tenet ſpiritalis veſtri felicitiſſimi imperii mater, Apoſtolica Chriſti Eccleſia. [1] Hæc eſt Apoſtolorum Chriſti viva traditio, quam ubique ejus tenet Eccleſia, &c. Omnis præſulum numerus, ac populorum, veritatis formulam Apoſtolicæ traditionis nobiſcum confiteatur, &c. Quatenus noſtro conſortio, immo beati Petri Apoſtoli, cujus traditionis formulam prædicamus, ſeipſos non facerent alienos.

ſtrepentium

strepentium, existimare validum esse corruptæ Constantinopolitanæ Synodi argumentum, qui [b] affirmat Synodi Romanæ acta tùm Græcè, tùm Latinè scripta, illæsa & integra extare? ubi quum [c] Martinus laudasset prædecessores suos æquè ac Agatho, si [d] Baronio credimus, & Honorius [e] postea legeretur è Pauli Monotheletæ literis in eadem sententia cum Sergio fuisse, nemo quisquam ex tanto Episcoporum Italiæ [f] finitimarumque gentium Occidentalium cœtu pro Martini verbis vindex insurrexit. Quintum, à majori ad minus in speciem, revera faciem ei minoris per insignem fallaciam induens quod est majus; *Si ob damnationem nuscæ mortuæ (ita dixerim Theodorum Mopsuestenum) & condemnationem scriptorum Theodoreti & Ibæ Orientalium sub aliis sedibus constitutorum Episcoporum, totum orbem terrarum oportuit commoveri, Synodumque œcumenicam congregari, & non sine maximo labore id vix tandem obtineri valuit: quomodo accidere potuit, ut unius dumtaxat lectione epistolæ, tanquam cælo sereno repentè fulmine misso, condemnatus fuerit primariæ sedis Antistes, de qua illa esse consuevit omnium*

[b] *Tom. 8. ad ann. 649. cap. 7.*

[c] *Synod. Lateran. sub Martino I. sessit. 1.*

[d] *Tom. 8. ad ann. 633. cap. 50. Falsò quidem asserens hoc ab eo factum esse in epistola ad Constantium sive Constantinum Imperatorem; nec enim ulla ibi ad Imperatorem legitur: sed prædecessorum laudatio, quam videtur Baronius significata velle, in Martino verbi ad Synodum habetur.*

[e] *Consult. 4.*

[f] Sardiniæ, Siciliæ, Corsicæ, & Africæ.

vox

vox in Synodis, Prima sedes omnes judicat, & à nemine judicetur? Sophisma fraudem suam apertiùs detecturum, si, ut [f] sacerdotibus de Christo quærentibus, *quis dedisset ipsi auctoritatem docendi*, Christus interrogatum simile proposuit de Johannis baptismate, *utrùm è cœlo an ex hominibus fuerit*: sic Baronium scisitantem, quomodo potuerit Honorius, Papa Romanus, condemnari unius epistolæ lectione, quum ob Theodorum, Mopsuestenum Episcopum, & Theodoretsi ac Ibam, Synodum œcumenicam cogi oportuerit, resque vix effecta sit, nos percontemur idem de Petro Patriarcha Constantinopolitano, cujus nec una lecta est priusquam [g] damnaretur, nec post [h] audita tota, quum cœpisset legi. Respondebit enim, vel potiùs jam [i] respondit, *de Petro in re clara neminem dubitasse*: [k] *de Theodoro* autem, *quoniam ejus laudes, & Ibam, ac Theodoretum susceperat* [l] *Synodus Chalcedonensis, diuturnum fuisse inter Imperatorem, Pontificem Romanum, aliósque dissidium, & id sedatum ægrè*. Proinde, licet Petrus exstiterit [m] primæ sedis, nempe [n] Constantinopolis, novæ Romæ, Episcopus; Theodoretus verò Cyri,

[f] Matt. 21. 23.
[g] Actionis decimæ tertiæ initio.
[h] Eadem act.
[i] Tom. 8. ad ann. 655. cap. 5.
[k] Tom. 7. ad ann. 546. cap. 23. ad ann. 553. cap. 23. & sequentib.
[l] Act. 8. & 10.
[m] Synod. Carthag. III. can. 26. cap. prima sedes. dist. 99. quem ad loc. Glossa primæ, inquit, id est, patriarchalis. Duaren. de sacris eccles. ministr. lib. 2. cap. 9. Baron. annal. eccles. tom. 5. ad ann. 397. cap. 51.
[n] Synod. Constantinop. I. can. 3. cap. Constantinopolitanæ. dist. 22. Socrat. hist. eccles. lib. 5. cap. 8. Sozomen. lib. 7. cap. 9.

ri, Ibas Edeſſæ, & Theodorus Mopſueſtiæ, ſedium inferiorum & Patriarchalibus ſubjectarum: difficilius erat in œcumenica Synodo quinta hos minores, majoris æſtimatos ob Chalcedonenſium Patrum memoriam, dedecorare, quàm majorem illum minoris autoritatis antiſtitem in ſexta; ut canem mortuum nudum quis non libentiùs abjecerit, quàm involutam electro aut ſuccino muſcam mortuam? At Baronius innuit vim ſuæ rationis in eo ſitam eſſe, quòd Theodorum Mopſueſtenum, velut muſcam mortuam, non cum quovis cane, ſed cum moloſſo cõpărarit: cum antiſtite ſcilicet illius ſedis primariæ, de qua omnes in Synodis clamare conſueverunt, *Prima ſedes omnes judicat, & à nemine judicatur.* At *primæ ſedis* nomine ſedem novę Romæ perinde atq; veteris ſignificavit iſta omnium vox in Synodis: quod Baronium ſui docebunt earundem Synodorum codices, ſi notas grădinſculis characteribus illic ad marginem appictas conſiderârit diligenter. Sicut Veneti pridem Pontifici Romano, poſteaquam Anconam in ſuam poteſtatem redegiſſet, quærenti, *Quo jure vectigalia in mari Adriatico*

atico sibi solis vendicarent, quum tamen nulla privilegia hac de re monstrare possent, respondisse [o] feruntur: mirari se quòd jubeverentur ostendere privilegia, quorum archetypa Pontifex ipse in suis archivis custodiret; reperturus facilè, si donationis Constantini membranæ partem exteriorem, in qua majusculis literis ea scripta essent, accuratè inspiceret. Quid igitur? dicet quispiam: túne cunctas Synodos ita perlustrasti, ut quum Cæsar Baronius, in annalibus suis, quos [3] amplius quadraginta annorum studio elucubravit, affirmet illam esse consuevisse omnium vocem in Synodis, inficiari audeas tales Synodos ullas fuisse aliusmodi, quàm Veneti ementitum (ut [p] Valla vocat) privilegium Constantinianæ donationis putárunt? Minimè verò: non ego. Sed turris, omnem fortium armaturam continens, [q] Robertus Bellarminus, ostendit sese vocem illam attribuere duabus Synodis solis, Sinuessanæ, ac Romanæ sub Silvestro Primo: quas ambas commentitias esse quum evincant multa, quorum unum subtexit ipse imprudens; restat Baronianas Synodos, tam magnificè sonantes vocem omnium, meritò cum membranæ

[o] Philipp. Camerar. medit. at. historicar. centur. 1. cap. 61.

[3] Quadraginta totos annos in hunc laborem impendit, quum septem jam tomos ejusdem historiæ edidit, quibus reliquos pergit adjungere. Possevin. apparat. ad omnium gent. hist. sect. 3. cap. 45. ann. Dom. 1597.

[p] Laurent. Vall. declamat. contra donationis, quæ Constantini dicitur, privilegium ut falsò creditum & ementitum.

[q] De Roman. Pont. lib. 2. cap. 16.

membranæ donationis Constantini tùm exteriore parte, tùm interiore conferri. Bellarminus enim, Romanum præsulem judicari à quoquam posse negans, *Probatur*, inquit, *ex Concilio. In Concilio Sinuessano dicunt Patres: Prima sedes à nemine judicabitur. Refert hæc verba ex isto Concilio Nicolaus in epistola ad Michaelem. Item in Concilio Romano sub Silvestro ducentorum octoginta Episcoporum, canone ultimo: Neque ab Augusto, neque à Regibus, neque ab omni clero, neque à populo judicabitur prima sedes. Hujus decreti meminit idem Nicolaus in epistola ad Michaelem.* Ita Nicolaus unicus citatur testis Synodorum, quæ primam sedem sic extulerint. Is autem quando vixit? [r] Anno Domini octingentesimo sexagesimo. Et quando fertur Synodus Romana celebrata? [s] Anno trecentesimo vicesimo quarto. Quando Sinuessana? [t] Anno trecentesimo tertio. Nec habuit Bellarminus ullum Nicolao antiquiorem testem Synodorum tantarum, in quarum altera [u] trecentos Episcopos convenisse

[r] *Ado Vienn. breviar. Chron. et ex 6. Marian. Scot. Chronicor. lib. 3. Sigebert. chron.*

[s] Constantino & Crispo tertiùm Consulibus. *Synod. Rom. cap. 20. Ubi* Prisco *mendosè legitur pro* Crispo: *ut ex Cassiodori Chronico in Cõsulibus, & Onuphrii Fastis Consularibus patet.*

[t] Diocletiano octavùm & Maximiano septimùm Consulibus. *Synod. Sinuess. in concluſ. cap. ult.*

[u] Singulis astantibus in gremio trecentorum episcoporum. *Synod. Sinuess. cap. de testimon. adversus Marcellinum.*

veniſſe narrant acta Synodi, in altera [5] ſupra trecentos? Non Euſebium? Non Rufinum? Non Hieronymum? Non Socratem? Non Theodoretum, Sozomenum, Eutropium, Damaſum, Bedam, aliumve quenquam, qui eodem ſeculo, aut anno quadringenteſimo, quingenteſimo, ſexcenteſimo, ſeptingenteſimo vixerit? Nullum. Ut quod [a] ipſe, perhibens *Papæ Johannis fœminæ Martinum Polonum, quadringentis annis poſteriorem, primum meminiſſe*, acclamat; *Quomodo credibile eſt meliùs noviſſe res geſtas circa annum octingenteſimum quinquageſimum Martinum Polonum, qui vixit anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo, quàm omnes hiſtoricos alios qui vixerunt anno octingenteſimo, vel nongenteſimo, vel milleſimo?* id ego longè juſtius accommodare poſſim ad Synodos Papa Johanna, quàm Marcellino aut Silveſtro Primo digniores; Quomodo credibile eſt res geſtas anno tertio & viceſimo quarto ſupra trecenteſimum meliùs perſpectas fuiſſe Nicolao, qui vixit octingenteſimo ſexageſimo anno, quàm omnibus hiſtoricis aliis qui vixerunt anno trecenteſimo, vel quadringenteſimo, vel quingenteſimo?

Deinde,

[5] Silveſter collegit in gremio ſedis ſuæ ducentos octoginta quatuor epiſcopos, & alii quinquaginta ſeptem epiſcopi partis Rinocoruris. *Synod. Rom. act. 1. cap. 1.*

[a] *Bellarmin. de Rom. Pont. lib. 3. cap. 24.*

Deinde, quod de tempore & occasione sui cogendæ refert [z] Romana Synodus, *quum* nempe *ob Constantinum mundatum à lepra per Silvestrum gauderent multi nobiles*, nobilem habet fabulam; undecunque natam, (qua de re [y] autores variè divinarint,) intextam quidem [x] edicto Constantini, ut causam, cur Romanum Pontificem aurea sua corona dimidióq; regni, omnibus totius Italiæ & Occidentalium regionum provinciis, locis, civitatibus, cum urbe Roma donârit: sed cujus nec Eusebius, Constantino probè notus & dilectus, nec alius testis idoneus, aut Constantini ævo aut compluribus seculis sequentibus mentionem fecit. Præterea damnatos [a] illic esse *Hippolytum*, *Callistum*, & *Victorinum Episcopum* pro hæreticis, qui cujates fuerint, quid egerint, quos seduxerint, nullus scriptor memorat; neque verbum interim habitum de Ario, cujus turbas [b] dudum in Alexandrina Ecclesia excitatas celebrant omnes historici: quum adessent tamen [c] Episcopi fere sexaginta tem Episcopi partis Rinocoruris. *Qui nisi ex Ægypto Syriáque fuerint, in quarum finibus Ptolemæo & Straboni ponitur urbs* Rhinocorura, *seu* Rhinocolura; *ex Utopia erunt: & Mercatoriam istam Synodum Romanam efficaciore argumento improba impostura convincent.*

[z] *Act. 1. cap. 5.*
[y] *Platina de vitis Pont. in Marco & Adriano I. Cuspinian. de Cæsaribus in Constantino V. Alciat. parerg. jur. lib. 7 cap. 19. Melch. Canus de locis theolog. lib. 11. cap. 5. ad argumem. 14.*
[x] *Concilior. tom. 1. post Concilium Nicænense.*
[a] *Act. 1. cap. 2.*
[b] *Paul. Orosius, lib. 7. cap. 28. Euseb. de vita Constant. lib. 2. cap. 60. & sequentib. Socrat. hist. eccles. lib. 1. cap. 3. Theodoret. lib. 1. cap. 2. Sozomen. lib. 1. cap. 14. &c.*
[c] *Acta Synodi habent*, Quinquaginta septem

ex Ægypto & Syria; [2] ex Græcia verò plures; & Constantinus statueret [7] haud ita multo postea Synodum in Nicæa, urbe tanto maris terræque spatio dissita, celebrandam indicere ad sedandum hæresis Arianæ dissidium, quod Romæ tum præsentibus [8] pluribus Episcopis, quàm pòst venerunt [9] Nicæam, componere multo minore incommodo & molestia, majore autem amplissimi Concilii specie poterat; perabsurdè fictum est. Minùs fortè absurdum, sed non minùs falsum, quod in [c] Sinuessanæ actis prædicatur *Diocletianus Marcellinum traxisse ad thurificandum Herculi, Jovi, & * Patusino, in templo Vestæ & Isidis, Vulcanalibus, Romæ:* quum in ur-

[2] *Episcoporum ducentorum octoginta quatuor, quorum fit mentio prater Rinocorurios, centum triginta novem ex urbe Roma, vel non longè ab illis, fuisse referunt alii; ex Græcia autem ceteros: quos Bellarminus saltem unà & quadraginta numerat supra centum, ut ducentos suos & octoginta conficiat.* [7] *Romana Synodus ista celebrata fertur* Consulibus Crispo & Constantino, tertio Calend. Junii: [*cap.* 20.] *á quo die nondum elapsus erat annus, quum cogeretur Nicæna Synodus.* [*Socrat. lib.* 1. *cap.* 9.] *Itaque Nicænam paucis postea mensibus indictam esse oportuit, quum è cunctis provinciis accerserentur Episcopi:* [*Euseb. de vita Constant. lib.* 3. *cap.* 6. *Sozomen. lib.* 1. *cap.* 16.] *& illis ad Bithyniæ urbem in Asia, ex Europa & Africæ partibus remotissimis, conveniendum fuerit.* [8] Trecentis quadraginta uno. [9] *Quò qui plurimos Episcopos convenisse narrant, numerant* decem & octo tantùm supra trecentos. *Rufin. hist. eccles. lib.* 1. *cap.* 1. *Theodoret. lib.* 1. *cap.* 7. *Sulpic. Sever. sacr. hist. lib.* 2. [c] *Cap. de Marcellino, de Diocletiano, & de damnatione* Urb. & Cast. * *Legendum forsitan* Saturno; *ut divinat qui Synodum istam è vetustis duobus exemplaribus* [*Concilior. tom.* 1.] *primus edidit: forsit an* Patulcio, *quo nomine Romanos Janum in sacris invocare solitos docet, post Ovidium,* [*Fastor. lib.* 1.] *Macrobius.* [*Saturnal. lib.* 1. *cap.* 9.] *Sed utcunque mendum vocabuli corrigatur, ad rei summam nihil interest.*

be

be [d] amplius mille millibus passuum distante, scilicet Nicomedia, Diocletianum tum fuisse gravissimæ ex fide dignis [e] historicis conjecturæ suadeant; nec eum, [1] qui acerrimus esset ethnicorum rituum observator, curaturum ut [f] sacra Jovi Herculive in templo Vestæ & Isidis fierent, consentaneum sit. Cujus item generis exstitit quòd [2] Episcopi trecenti Sinuessam, ad quæstionem de crimine Marcellini habendam, sese congregantes dixerunt; *Nemo unquam judicavit Pontificem, nec præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes non judicabitur à quoquam.* Quippe alienissimum à veri similitudine, vel [3] tot Episcopos convenisse tempore [g] acerbissimæ persequutionis sub Diocletiano atque Maximiano; quum paulo plures Nicææ, pacatissimis rebus, sub Constantino convenerint: vel eos sic dicturos fuisse, neminem unquam sacerdotem à præsule suo judicatum; quos latère qui potuit, [h] re tam trecenti & celebri, Paulum Samosatenum,

[d] *Itinerar. Antonini Aug.*

[e] *Euseb. hist. eccles. lib. 8. cap. 5. & 9. Sext. Aurel. Vict. Justin. Rom. de Cæsaribus, in Diocletiano.*

[f] Veterrimæ religiones castissimè curatæ. *Sext. Aurel. Vict. ibidem.*

[g] *Cic. de legib. lib. 2. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. De religione à Romanis observata, in M. Marcelli consulis exemplo. Baron. annal. eccles. tom. 2. ad annum Dom. 303. cap. 91.*

[h] In sinu trecentorum Episcoporum. *cap. de confessione Marcellini.*

[1] Hi introeuntes in cryptam, propter metum Augustorum, uno ore quasi trecenti, *& quæ sequuntur. cap. de damnatione Urbani & Castorii.* [2] *Euseb. hist. eccles. lib. 8. cap. 3. 4. & sequentib. Sulpic. Sever. sacr. hist. lib. 2. Beda, de sex ætatib. in Diocletiano.* [3] *Euseb. lib. 8. cap. 23. & 24. Hieronym. catalog. scriptor. ecclesiasticor. in Malchione.*

Antiochenum primæ sedis Antistitem, hæresis ab Episcopis presbyterisque suis condemnatum esse? Quid, quòd ante [i] Synodi conclusionem, qua Marcellinus dicitur *damnatus decimo Calendas Septembris, Diocletiano octavum & Maximiano septimum Consulibus*, Diocletianus asseritur *hoc audisse quòd in bello Persarum esset*: Persarum, [k] de quibus ipse devictis multo antè triumphaverat Romæ, [l] Nicomediæque paulo pòst imperio sese abdicavit. Men-

[i] *Cap. vlt. de confessione Marcellini.*
[k] *Eusseb. Chron. Diocletiani anno 18. Quod inde verum esse agnoscens Baronius,* [*tom. 2. ad ann. 301. cap. 1. & ad ann. 303. cap. 107.*] *cupiensque tamen Synodum Sanctam Synodum ab hujusce partis macula purgare: primò*, Dicimus, *inquit*, ea omnia non esse ex actis Concilii, sed ad ipsa acta appendicem superadditam. *At ipse* [*ad eundem annum, cap. 88.*] *appendicis hujus clausulam, qua Concilii contra Marcellinū habiti tempus notatur, ascribit actis concilii: ut in isto effugio penitus agere videatur, acsi quis pedem negaret esse ex corpore, cujus pedis plantam ex corpore esse agnosceret. Deinde subdit de appendice*; Quæ etiam veritati concinna reddetur, si, quod ibi dicitur, Quum esset in bello Persarum; ita lectio restituatur, Quum reversus esset è bello Persarum: quam germanam existimo lectionem. *Concinna verò correctio, & germana Romana. Quo genere comprobato, Baronius vera ex falsis, & ex veris falsa facilè quævis reddet: ut Autolycus Ovidianus*, Candida de nigris, & de candentibus atra. *Sed ita quoque res satis putida narraretur, si diceretur Imperator, quum in bello Persarum esset, audisse Papam damnatum ob commissam culpam, ad quam committendam adduxerat eum ipse anno uno aut altero posteaquam è bello Persarum reversus esset. Ageret ergo verè Baronius ac ingenuè, si fateretur Mercatorem, aut quisquis consarcinator actorum Synodi fuit, hæc adjecisse deceptum ex Cassiodori Chronico*: ubi de Persis devictis triumphasse narrantur Imperatores bienio postquam Maximianus fuisset Consul octavum; quum Maximiano octavum Consule se imperio ambos abdicasse Panegyricus ab autore, æquali temporum illorum, dictus Maximiano atque Constantino clarissimè demonstret.
[l] *Eusseb. hist. eccles. lib. 8. cap. 13. & Chron. Diocletiani anno 20.*

dacium

dacium castigatum alio mendacio in [m] Breviario Pii Quinti reformato, ubi *Marcellinus, Romam à Concilio Sinuessano reversus, Diocletianum adiisse* traditur: tanquam is in urbe Romana tum fuisset, non in Persarum bello, qui è bello Romam pridem ad triumphum, ac inde Nicomediam pòst reversus erat. Denique stylus actorum utriusque Synodi autorem Isidoro Mercatori similem, non aliquem è quarti à Christo nato seculi viris doctis olet: præsertim posterioris, in qua tùm [n] alii multi canones inchoantur à vocibus, *Nemo enim*, inscitè insulséque; tùm iste, cujus membrum extremum, *Neque ab Augusto*, velut augustissimum Bellarminus recitat, omisso primo, *Nemo enim judicabit primam sedem*. Baronium verò tales Synodos citantem, ut probet Papam hæresis ab œcumenica Synodo damnari haud debuisse, eo magis labi necesse est existiment æquiores Papistæ: quo planiùs [o] Turrecremata, Cardinalis quoque, ac

[m] *Die 26. Aprilis, lect. 5. & 6.*

[n] *Canon 12. 13. 15. & sequentes omnes: sicut ex duobus vetustis exemplaribus in Concilio [tom. 1.] excudentur. Eorum quidem ultimum, ipsum de quo agitur, appellam* legê in eadem Synodo sanciam, [*tom. 3. ad ann. 324. cap. 130.*] *ordiar à* Nemo etiam, *commodiore vocula pro* enim *substituta: ex ingenio potiùs, opinor, quam aliunde, ne vera veteris-que lectionis barbaries existimationê tam legis quàm Concilii minuat.*

An & ex eodem fonte partem ejusdem sanctionis ultimam, Neque ab Augusto, *locupletat simili vocula, citans*, Neque quoque ab Augusto: *ut* etiam & quoque, *ita intertexta, duplicato funiculo necessariam Papæ legem firmius ligent, & indissolubilem reddant!*

[o] *Summ. de ecclesia lib. 2. cap. 93.*

Pontificiorum canonum peritiſſimus, eoſdem è canonico jure non admitti, niſi cum hæreſis exceptione, demonſtrat. Nam & rationem à Synodo Sinueſſana, cur Marcellinum auſa non ſit condemnare, aſſignatam urgens, *quoniam prima ſedes non judicabitur à quoquam*, ſubjungit, *ubi Archidiaconus ait, niſi de hæreſi*; *diſt.* 40. *cap. ſi Papa*: & concluſionem præmittit, *Romanum Pontificem extra caſum hæreſis non habere judicem ſuperiorem in terris*, priuſquam canonem ultimum Romanæ Synodi ſub Silveſtro, *neminem judicaturum eſſe primam ſedem*, ad inſtitutum accommodet. Annales porrò Eccleſiaſtici, quos Baronius texit, oſtendant [p] ſuo tempore oportet in Johanne Papa Duodecimo, [q] quem Otho Imperator Epiſcopíque Itali cum Germanis & Gallis de gradu ob nequitiam morum in Concilio Romano deturbârunt, non omnes Epiſcopos, quibus [4] canonem illum Silveſter in ſua Synodo aſperſiſſe ſcribitur, ſic eo tinctos eſſe ut perſuaſum haberent, neque ab Auguſto, neque ab omni clero judicari poſſe Pontificem impurum. Ceterùm, quum tomi, quos jam pertexuit, doceant, haud

[p] Circiter annum Dom. 963.
[q] Luitbprand. Ticin. diacon. lib. 6. rer. per Europam geſtar. cap. 6. 7. & ſequentib.
[4] Fixit canonem hunc Silveſter Epiſcopus in urbe Roma, & omnibus Epiſcopis aſperſit. Synod. Rom. can. 20.

haud solùm Bellarminus, nullas sextam Synodum Synodos præcessisse, in quibus illa omnium vox audita esse feratur, præter duas, quas improbè confictas fuisse manifestum est: patet quintum è validis Baronii argumentis indicium esse validissimum; non corruptelæ Synodo in Honorii Papæ damnatione illatæ, sed malæ mentis in Baronio, duríque oris, arrogantiæ Pontificum assentantis. Sextum validius, & superans ipsam Thaidem; *Quomodo lecta epistola antea cum autore damnata fuit quàm examinata?* Præsertim accedentibus septimo & octavo; altero ingenii parum liberalis, dum, *Nonne decebat*, inquit, *ut antea Agatho Papa de his consuleretur, (ut in aliis Synodis in rebus minoris momenti factum,) quàm de eo damnationis sententia proferretur*; quod non decuisse agnoscet quivis prudens piúsq; nec in rebus cujusvis momenti, ab ulla Synodo, præsentibus Papæ legatis, factum erat: altero adamantinæ frontis, dum pergit; *Siccine in causa tanti momenti, absque perendina ulla dilatione, absque defensore, uno eodémque contextu, non rogatis sententiis singulorum, præcipitata est potiùs quàm prolata*

[1] Tom. 2. ad annum 303. cap. 98. & tom. 3. ad ann. 324. cap. 130.

de ejus damnatione sententia? Nam quum in duodecima Synodi actione, [1] vicesimo secundo die mensis Martii, lecta esset authentica epistola Honorii, collatáque per Papæ legatum, Portuensem Episcopum, constitisset, ac judicibus Synodum hortantibus, ut cognoscens de literis lectis & collatis persequeretur quæ visa forent, respondisset Synodus, se, postquam accuratiùs de iis pertractassent, proxima actione sententiam dicturos: in actione decima tertia, vicesimo octavo ejusdem mensis die, Synodus dixit judicibus, se, convenienter promisso, retractasse Honorii Papæ epistolam, eámque, quoniam invenissent alienam omnino ab Apostolicis dogmatibus, idcirco velut animæ noxiam exsecrari, & autorem ejus cum ipsa. Ita sexto demum die post epistolæ Honorii lectionem damnatrix à Synodo lata est sententia. Quibus autem diebus Synodus interea examinavit epistolam, quis novit an excusare conatus sit eam aliquis, quanquam vix potuit vir pudens in re tam clara, veruntamen quis novit an conatus sit aliquis legatorum Papæ? Aut quare præcipitata judicetur sententia potiùs quàm prolata,

[1] Vicesimo die, *legunt recentiores editiones: mendosè, (ut Baronius etiam observavit,) quandoquidem præcedens actio duodecima eo die habita est. Sed in editione Colonienſi vetere, an. M.D.XXX. legitur expressè, XXII. die mensis Martii: pro quo quum per errorem excudisset proxima Colonienſis,* vicesimo, *eam Colonienſis tertia, & quarta, Venet. &c; editio nova imitatæ sunt.*

prolata, si, ut in gravissimo [z] Romanorum Senatu sæpenumero contigit, non solùm humiliores quidam pedibus irent in aliorum sententiam, sed omnes etiam summi viri per discessionem ostenderent quid censerent, sententiis neutiquam exquisitis? Quod ne ipsum quidem an Synodo consulente de hoc negotio factum sit, cognosci potest. Satis ergo temere ac inconsultò Baronius ait præcipitatam sententiam absque defensore, uno eodémque contextu, non rogatis sententiis singulorum. Cæterùm affirmare, [a] percontationis figura vim addente quasi rei certissimæ, coram toto orbe Christiano, in scriptis, lectam epistolam antea fuisse damnatam cum autore quàm examinaretur, idque sine ulla dilatione perendina; quum perendina fuerit dilatio, si unus tantùm integer dies intercessisset; interceserint verò quinque; & epistola accuratiùs pertractata, retractata, comperta sit hæretica, priusquam damnaretur; quis [b] Dorio unquam extitit tam inverecundus, qui non dispuderet? Et tamen iste scortii Babylonici ileno, unde ipse Honorii absolvendo studio abundacia manifestissi-

[z] *Varro in satyra Menippea, & epistola ad Oppianum, apud Gellium, lib. 3. cap. 18. & lib. 14. cap. 7.*

[a] *Quintilian. lib. 9. cap. 2.*

[b] Non pudet vanitatis? Minimè, dum ob rem. *Terent. Pherm. act. 3. scen. 2.*

ma cudere deprehenditur, inde manifestam condemnationis Honorii impostu-
rasti convinci vociferatur. In eodem re-
rum manifestarum specu versantur quæ
supersunt Baronii manifesta: *manifestè probatam reddi Honorii innocentiam verbis Constantini de Agathonis epistola; manifestam calumniam passum esse Honorium, quum hæresis à Macario dissimulata servaretur, silentibus Papæ legatis; manifestum videri fuisse additamentum Graecorum Haretricum, quatuncque undecima sessione ac duabus sequentibus habentur de Honorio.* Etenim, dum affirmat *Constantinum testari tum se tum sanctam Synodum epistolam Agathonis invenisse susceptisse*: similiter inferens voces has, IN OMNIBUS, atque *argumento ingenti*, de quo dixi. Duntaxat speciem paulo probabiliorem hîc, quàm illic, habet: sed inanem itidem. Quippe Constantinus de Agathonis literis, *illatæ*, inquiens, *tam Synodicis decretis consentiunt, quam paternis; diligentiùs enim eas comparavimus; idcirco & invenimus eadem continere, nemo discrepavit nisi Macarius*, & cæteros perspicuè universo concilio fidei indicat placuisse sibi & Synodo fidem orthodoxam

* *Liter. ad Romanam Synod. apud Synodum sextam. act. 18.*

am ab Agathone traditam, quam Synodorum & Patrum doctrinis consentire perspexerant [1] comparando notata testimonia, cui nemo mentione dignus præter [2] Macarium refragatus est. Baronius autem, à talibus totis dictionem ad minimè talia torquens, asserit Constantinum testari se amplexos Agathonis epistolam ex ea quoque parte, quâ prædicat nullum Papam errasse unquàm in fide: quod dogma nec cum ullo cujusquam sive Synodi sive Patris dicto comparavit Synodus, nec interrogatus fuit quisquam an probaret, nedum potuit unus Macarius dici dissensisse. Neque verò meliùs, quia legati Papæ Vigilium ostendebant à Monotheletis falsò citari actione tertia, & à Monotheleta Macario citatum Honorium tacuti transierunt actione undecima, propterea ibi Honorium à Macario neutiquam citatum esse colligit, sed perperam actis Synodi depravatis scribi: exclamans: *Quomodo, qui Vigilium ita vindicârunt, pro Honorio penitus elingues redditi reperiantur? & quomodo credi poteſt, quod adeò ignaviter ſteterint ſententiæ unius hæreſis exaltatæ relinqui in ſynodalibus actis Honorium*

[1] Act. 8.

[2] Act. eadem, & 9.

rium tanta affectum ignominia? Libellus enim, ex quo Vigilium Monotheletæ secum sentire contenderunt, sub Vigilii nomine fuerat confictus & additus quintæ Synodo: ut planissimum cunctis extemplo factum est per illustria trium quaternionum Synodo agglutinatorum vestigia. Atqui epistola, qua nixus est Macarius, dicens, *Honorius unam Christi voluntatem manifestissimè prædicavit*, germana fuit Honorii & incorrupta epistola: ut authenticum ejus exemplar, à Johanne præcipuo legatorum Papæ collatum, demonstravit. Quin Macarius etiam, nondum exautoratus, actione octava; & cum eo alii, Stephanus, Petrus, Salomon, actione prima; idem de Honorio dixisse memorantur. Ubi quum Baronius observet *hæreticos Honorium sibi vendiitasse*; ut & alibi rursum, *Hæreticos*, inquit, *illam Honorii epistolam vitiant esse conflatam*: ipsum arguit naviter esse impudentem, qui legatos negat passuros, nisi ignaviter, ab uno hæretico exautorato fieri, quod factu esse à pluribus non exautoratis agnoscit, nec ideo acta Synodi corrupta pronunciare ausus est. Qua in re delinquit tanto turpiùs,

naliùs,

[a] *Apud Synodum sextam, act.3.*

[b] *Ibid. act.11.*

[c] *Ibid. act.12.*

[7] Johanne Episcopo Portuensi.

[d] *Tom.8. ad ann.680. cap. 43.*

[e] *Ad ann.633. cap.51.*

naliùs, quanto damnabiliùs à suspicione injusta ad injustiorem asseverationem, à paucioribus Synodi partibus insimulatis corruptelæ ad plures, ab hæreticorũ Græcorum obtrectatione ad catholici Patriarchæ, ad Imperatoris pii, ad gravissimorum præsulũ Latinorũ calumniam, per frivolas conjecturas, adversus evidentissimã, eámq; suis ipsius scriptis comprobatam veritatem, progreditur. Nam primò *vehementem suspicionem esse* [f] dicit, *Græcos hæreticos addidisse omnia quæ in duodecima & decima tertia sessione, undecimæque parte de Honorio traduntur.* Quod & malè studet suadere memorando *tres quaterniones abillis additos quintæ Synodo*; hoc enim ibi factum & certissimis signis patuit, in sexta Synodo non item: & iniquè suggeri demonstrat ipse, dum [h] ait, *integras exstare Honorii duas epistolas eisdem actis inextas, & magno beneficio Dei conservatas*; quippe quarum secundam conservârunt acta in decima tertia sessione, in duodecima primam, & ex hac citatam sententiam in undecima. Tum & has & alias omnes actiones, in [i] quibus vel anathema dicitur Honorio

[f] *Ad ann.681. cap.13.*

[g] *Apud Synodum sextam, act.3.*

[h] *Ad eundem ann.cap.29.*

[i] Exclamaverunt universi: HONORIO HAERETICO ANATHEMA. Adinventor malitiæ, cooperatorem sibi serpentem inveniens, & per eum venenosam humanæ naturæ defectum mortem, & ita organa ad propriam sui voluntatẽ apta repetiens, Honoriũ, qui fuit Papa antiquæ Romæ, &c. Sanctum Concilũ exclamavit: HONORIO ANATHEMA.

Anathematimeritò subjicimus Honorium, &c. *Act.16.17. & 18.*

norio

norio, vel hæresis attribuitur, pronunciat corruptas esse procul dubio, idque à Theodoro, Patriarchâ Constantinopolitano: quòd *Anastasium* scilicet *Bibliothecarius, de Synodo agens in Agathone, sex tantùm in ea habita actiones referat, ipsumque penitus absolutam ante Paschale tempus, & nihil prorsus de actionibus in quibus condemnatus habetur Honorius*; [k] *in Leone autem Honorii nomen inter damnatos hæreticos ex Synodalibus actis numeret: in utroque nempe, quum Romanorum Pontificum res gestas, quas à majoribus invenit scriptas, collegerat, quæ de singulis sextæ Synodi actis reperit, ea tradidisse; sed quæ in Agathone, eadem itaque*, inquit, *germana fuisse Synodi acta sententiam præstrictas; quæ verò in Leone, eadem ex corruptis ejusdem sextæ Synodi actis Romam missis cum damnatione Honorii à Leone recepta esse*: ac Theodorum Patriarcham, quem *Anastasius in Agathone narrat accusatum fuisse hæresis apud Synodum*; [m] *nisi unus prolatypum Synodi, quum iterum Patriarcha creatus esset post Georgium, nomen suum è damnatorum numero deleviisse, & Honorii nomen ob odium conceptum adversus Apostolicam sedem inter damnatos apposuisse*: de

[i] *Ad ann. 681. cap. 54.*

[k] *Ad ann. 683. cap. 2.*

[l] *Ad ann. 681. cap. 2. 3. & 27.*

[m] *Ad eundem annum cap. 28.*

de quibus rebus [n] *nullus dubitandi locus relinquitur*, ait Baronius; & rursum, *nihil dubites*; & tertiò, *nullatenus dubites*; & quartò, *nihil est quod dubites*. Atqui Anastasius, [o] ubi sex tantùm actiones in Synodo habitas commemorat, [p] recenset ea sub una, quæ in una fieri nequaquam potuisse, verum necessariò in pluribus facta esse, ut à [q] Synodalibus actis enarrantur, docet [r] Baronius. Idem etiam Synodum absolutam haud esse ante Paschale tempus hinc ostendit, quòd *in ejus fine positum edictum literásque ad Synodum Constantini solius nomine scriptas* [s] agnoscat, *ac non Heraclii & Tiberii, qui ad decimum sextum*

[n] *Ibid. cap. 25. 27. & 28.*

[o] *Histor. de vitis Pont. in Agathone.*

[p] *Act. 1.* Ea, *inquit*, hora, qui unam voluntatem & operationem in Jesu Christo asserunt, suos intromiserunt libros, & tomos diversos, & Synodos quas falsaverant; & relegentes per singula, reperti sunt mendaces: & in quinta Synodo epistolam Vigilii Papæ ad Mennam Patriarcham, atque libellum ejusdem Mennæ in quaternionibus novitèr additis, falsaverunt; unam voluntatem & operationem dicentes; quod coram Principe & Synodo claruit.

[q] *Act. 1. 2. & 3.* [r] *Ad ann. Dom. 680. cap. 44.* Quum post hæc quæ reliqua essent voluminis Concilii Ephesini lecta in Synodo fuissent, pluribus in his impensis horis, reliquorum œcumenicorum Conciliorum lectio jussu Imperatoris in sequentem sessionem dilata est: sicque primæ sessionis periodus finem accepit. *Et cap. 45.* Secunda actione lectum est sacrosanctum Chalcedonense Concilium, ad cognoscendum num verum esset quod impudens Macarius Episcopus Antiochenus magna jactantia audisset, in universalibus Conciliis Monothelitarum hæresis assertas sententias reperiri. Quoniam autem satis prolixum est Concilium Chalcedonense, consumta in ista lectione fuit actio ejus diei: reliquis Synodalibus actis quintæ, quæ sequebatur ordine, Synodi, in sequentem sessionem dilatis. [s] *Ad ann. 681. cap. 42.*

usque

uſque diem Septembris cum ipſo imperatrum. Acta ergo Synodi, quæ à majoribus ſeu quocunque in Agathone ſcripta invênit Anaſtaſius, non ſummatim perſtricta, ſed perperam contuſa & decurtata fuiſſe, Baronio teſte, liquet. Theodorum verò, Conſtantinopolitanum Patriarcham, hæreſis damnatum eſſe in Synodo, Baronius per mendacium ex Anaſtaſii mendo infert. Quod enim Anaſtaſius, poſtquam dixerat *tomum prolatum, in quo hæreticum Macarii dogma erat conſcriptum, ejúſque manu ſubſcriptum, apertiſſimè unam voluntatem in Domino affirmantis*, addit, *ſub ipſius ſubſcriptione, & Theodori* [9] *Patriarchæ utique juxta eum tenorem ibi ſubſcriptio erat; & interrogatus Georgius Patriarcha, ſi eam fidem quam docet ſedes Apoſtolica, amplectitur*, & cetera: in eo *Theodori* nomen, pro *Georgii*, vitiosè legi tota ſeries rerum cuivis intelligenti judici perſuadeat, quia de Georgio Patriarcha ſtatim, an ita credat, quæritur, nõ de Theodoro; nec quicquam de illo ſequitur, de quo, ſi acculatus hæreſis fuiſſet, quis dubitet Synodum item acturam ut de Macario, & Anaſtaſium adjecturum quid Synodus egiſſet? Simillimum

[9] *Ita Baronii Anaſtaſius legit, ut ille conſtanter citat; [ad ann. 681. cap. 2. & 27.] ubi alii codices habent* Expatriarchæ: *mutato de induſtria vocabulo, ut videtur, quod vera lectio putaretur eſſe* Theodori, *qui Patriarcha tum non erat, ſed Expatriarcha, hoc eſt, Patriarcha fuerat.*

Simillimum omnino erratum ac [t]Baronius ibidem ipse incurrit, eisdem Anastasii verbis ista subdens; *Vidisti Anastasii testificatione, id ex Synodalibus actis proferentis, ejusdē in Synodo fuisse criminis reos Theodorū Patriarcham & Anastasium Antiochenum?* Ubi *Anastasium* per errorem dicit, quum *Macarium* debuit, quemadmodum totius historiæ tenor probat; ut suo lapsu discat Theodorum itidem positum pro Georgio ex Bibliothecarii narratione minùs premere. Quanquam accusatum asserere levius foret; asserit damnatum: quod Anastasius nec cum mendo, nec absque mendo dixit. Ut ergo suum nomen è damnatorum numero, quod ibi nusquam erat, delere nullo modo potuit Theodorus, si nactus esset prototypum: ita nec alienum videri meritò potest apposuisse præ odio in Romanam sedem, cujus Papa Vigilius in istis Synodalibus actis à calumniis, per Monotheletas ei aspersis, [u]sæpius purgatur. Et illorum strophas, Vigilii nomen scriptis hæreticis apponentium, Baronius ipse [x] alibi perhibet detectas in decima quarta hujus Synodi actione: ut in prima quoque, in qua Honorium sibi

[t] *Ad ann.681. cap.27.*

[u] *Act.3.12. & 14.*

[x] *Tom.7.ad ann.553.cap. 247.*

Monotheletæ

Monotheletæ vendicant, Anastasianum codicem, quòd repugnet actis Synodalibus, omnino corrigendum [y] ait. Adeò indubitatis, & ter quatérque (si volet Baronius) indubitatis documentis constat, Anastasiana in Agathone historia sex actionum Synodi nullatenus refutariquæ Synodalibus actis receptis à Leone Honorio impinguntur. Porrò cum Patriarcha catholico, nam Theodorum, quo tempore acta Synodi corrupisse affirmat, [z] agnoscit talem fuisse, professione saltem; [a] Georgium certè simpliciùs, quem anathema etiam Honorio dicentem, in [b] epistola Synodi ad Agathonem scripta [c] dum is Patriarcha esset, neque Synodalibus actis comprehensa, quomodo eadem culpa liberabit? cum orthodoxo igitur Patriarcha in sceleris societate conjungit præstantem Imperatorem Constantinum Quartum: tametsi dubium [d] primò studens relinquere num Theodorus illo inconsulto fecerit, sed recordans forsitan Imperatorem [e] Honorii nominatim in suo edicto meminisse, [f] tandem conjungit. Et quod [g] Marcus Tullius putavit absurdissimum, ut vel Cluvium Roscius histrio rogaret,

[y] *Ad ann. 680. cap. 37.*

[z] *Ad ann. 681. cap. 28.*

[a] *Ad eund. ann. cap. 3. & 4.*

[b] *Epistolar. Romanor. Pont. tom. 2. epist. 1. inter epistolas Leonis II.*

[c] *Baron. ad an. 681. cap. 49.*

[d] *Ad ann. 682. cap. 3.*

[e] *Apud Synodum sextam, act. 18.*

[f] Sacrilegi sacerdotes, Honorius, &c. Anathematizamus atque refutamus Honorium, &c.

[g] *Baron. ad an. 682. cap. 8.*

[g] *Orat. pro Q. Roscio Comœdo.*

rogaret, *Mentire mea causa*; vel Roscio roganti Cluvius respõderet, *Ego verò lubens & libenter mentiar tua causa*; &, *siquando me vis pejerare ut paululum tu compendii facies, paratum fore facito*; non fuit causa cur tantum laborem caperes, & ad me venires; per nuncium hoc, quod erat tam leve, transigere potuisti: id, aut amplius etiam, ut [h] perjurio sese manifesto obstringeret, [i] Baronius Theodorum Episcopum introducit [k] eleganti ac scita ex [l] Aphthonii quasi pigmentis oratione petentem à Constantino Quarto Augusto; & Constantinum, cujus pietas ab [l] œcumenica Synodo, [m] Agathone, [n] Anastasio, [o] hi-

[h] *Constantinus Imperator epist. ad Donum Patram, præfixa Synodo.* Per Deum omnipotentem, nõ est apud nos partis cujusliber favor, sed equalitatem utrisq; partibus conservabimus. *Idem in sermone habito apud Synodum, act. ult. postquam subscriptione sua confirmassent fidei definitionem, in quâ nominatim condemnatur Honorius.* Deum testem proferimus sancto & universali vestro Concilio, quòd absque quolibet favore, & invidia, principale desiderium & zelus extitit nobis, irreprehensibilem esse immaculatam nostram orthodoxam Christianorum fidem, &c. Judicemur ergo vobiscum apud terribile Dei tribunal, quando judicaturus est vivos & mortuos, si forsitan aliquid unquam conscientiam habetis fuisse intermissum in definitione, quæ à vobis promulgata est. [l] *Ad annum Dom. 682. cap. 4.* [k] In memoriam revoca (dixisse putatur ille nequissimus ad Imperatorem) quanto turbarum motu universus Christianus agitatus est orbis, *& qua sequuntur: totis fere quinque capitibus, sive numeris, ut paragraphos suos, in nova editione distinctos, vocat ipse.* [k] *Progymnasm. cap. 11. de thesi*: quæ verba dicere posset Niobe, jacentibus liberis. [l] *Synod. sext. serm. acclamat. ad Constant. Imper., act. 18.* [m] *Epist. ad Imperatores: apud eandem Synodum, act. 4.* [n] *De vitis Pontificum, in Agathone.* [o] *Baronio ipso, non solum Paulo Diacono, Zonarâ, Cedrenô, & cæteris Græcis Latinisq.*

ſtoricis omnibus prædicatur, Theodoro petenti concedentem. Poſtremò ſedis Apoſtolicæ ac Romanæ Synodi legatos, viros tales, ut eorum infimæ conditionis unus, Johannes diaconus, Pontifex [p] biennio pòſt creatus ſit, [q] ait acta iſta, impudentiſſimè à Theodoro depravata, ſeſſiones decem & octo pro ſex habentia, Honorium præter Synodi ſententiam ut hæreticum, ut ſacrilegum, ut anathemate percuſſum notantia, ad Leonem Papam pro veris Synodi actis in omnes Chriſtiani orbis Eccleſias vulganda pertuliſſe. De quibus tamen ipſis legatis idem [r] Baronius, *Abſit*, inquit, *ut tantum dedecus tòs tantóſque, tùm ab Agathone, tùm à Romano Concilio miſſos legatos perpetuò ſubſequatur, ut paſſi fuerint poſt hæreticorum damnationem veluti corollarium adjici condemnationem Honorii, quaſi nullius eſſet momenti cauſa, in qua periclitaretur & Agathonis ipſius, & aliorum Pontificum Romanorum fama.* Nec legatum ullum talem ex Latinis ei conventui, qui ſub nomine ſextæ Synodi in Trullo à Græcis, tanquam hujus Synodi appendix, celebratus eſt, interfuiſſe [s] vult, quòd *nemo quamvis ignavus, tantam Romanæ*

[p] *Anaſtaſius de vitis Pont. in Johanne V.*
[q] *Ad ann. 683. cap. 2.*
[r] *Ad ann. 681. cap. 23.*
[s] *Ad ann. 692. cap. 29.*

Romana Ecclesia irrogari injuriam passus esset, ut jejunii sabbatiritus in ea receptus aboleretur: res levior isto incommodo periculóque infamiæ Honorio sic inustæ, quasi Pontifex Romanus hæreticus esse posset. Quapropter [t] Baroniana conclusio, *neutiquam dubitandum, sextam Synodum, in his quæ dicta sunt, passam esse naufragium*, videtur multo certiùs concludendum relinquere, Baronium [*] expulsa bona conscientia naufragium fidei fecisse. Præsertim quum in luto erroris sui adeò pertinaciter hæreat, ut quibus nequit persuadere corruptam esse Synodum, ab iis credi [u] velit Synodum errasse. Quam & [x] Bellarminus secundam facit solutionem, autoritate [y] Johannis à Turrecremata munitam: sed falsò informatam, dum ait, *tutò dici posse, Patres sextæ Synodi ex informatione falsa deceptos, hoc est, ex falsis rumoribus & non intellectis Honorii epistolis, immeritò cum hæreticis connumeratos Honorium*. Neutrum enim dici potest nisi mendaciter, ideóque [z] nec tutò, aut ex rumoribus falsis Honorium eos condemnasse, qui nullis aliorum testimoniis nixi sententiam tulerunt: aut ex non intellectis

[t] *Ad ann. 681. cap. 28.*

[*] *1. Tim. 1. 19.*

[u] *Ad ann. 681. cap. 30.*

[x] *De Rom. Pont. lib. 4. cap. 11. §. Quòd si aliquis.*

[y] *Summ. de Ecclesia, lib. 2. cap. 93.*

[z] *Psal. 5. 7. Perditurus es (ô Deus) loquentes mendacium. Apoc. 21. 8. Omnibus mendacibus portio assignata est in stagno ubi ardet ignis & sulphur, quod est mors secunda.*

tellectis ipsius epistolis condemnasse immeritò, quem in una Christi persona voluntatem unicam fassum esse convincit prior ad Sergium epistola, sicut docui.

44 Probationem tertiam nobis suppeditat in [a] Sanctorum catalogum relatus à Pontificiis Papa Leo Secundus: qui Agathoni vita functo succedens susceptit sextam Synodum, studiosissiméque in Latinum transtulit, ut refert [b] Anastasius. Quin [c] epistola etiam ad Constantinum scripta, post mentiouem Synodi susceptæ & confirmatæ, *Anathematizamus*, inquit idem Leo, *novi erroris inventores, id est, Theodorum Pharanitanum episcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum Constantinopolitanæ Ecclesiæ successores magis quàm præsules: nec non & Honorium, qui hanc Apostolicam Ecclesiam non Apostolicæ traditionis doctrina lustravit, sed profana proditione immaculatam fidem subvertere conatus est.* Huic probationi respondet item duo [d] Bellarminus opponit. Unum; *epistolam Leonis ab iisdem esse corruptam, à quibus corrupta est sexta Synodus: siquidem epistola illa pars quædam Concilii censetur, & cum ipso Concilio circumfertur.*

[a] *Martyrolog. Rom. 28. die Junii.*

[b] *Libro Pontificali, in vita Leonis II.*

[c] *Concilior. tom. 3. in Leone II. post sextam Synodum.*

[d] *Cap. sed. §. Ad sextum.*

At

At istam rationem responsionis suæ propediem castigabit Bellarminus, spero, si diligenter expenderit, quod [a] scripsit, *omnes omnium hæreticorum fraudes atque corruptelas, quæ ad historias pertinent, posse nullo negotio ex annalibus Baronii, viri optimi & sine controversia eruditissimi, deprehendi & profligari.* Nam ille Synodum sextam corruptam esse ostendit à Theodoro Patriarcha Constantinopolitano, qui nec superstes erat, ex [3] Baronii calculo, quum epistolam Leo ad Constantinum misisset: nec, si fuit, accessit pòst ad Papam orans & impetrans Aphthoniana declamatione, ut [4] exemplum epistolæ primarium & authenticum, in Romanæ Ecclesiæ tabulario conservatum, interpolare posset.

[a] *Bellarmin. de bonis operib. in partic. lib. 2. cap. 24.*

[3] *Subrogationem Leonis Papæ Secundi in Agathonis locum Baronius dilatam esse annum integrum ac septem menses ait, ut Theodorus, suffectus Georgio Patriarchæ Constantinopolitano, acta Synodalia cum Imperatoris consensu interim in sua ipsius & Honorii causa depravaret.* [*Annal. tom. 8. ad ann. 681. cap. 28. & ann. 682. cap. 9.*] *Epistola verò non potuit ab Imperatore ad Papam creatum pervenire, Constantinopoli Romam, nisi post aliquot menses elapsos: & post plures rursum à Papa ad Imperatorem, Roma Constantinopolim. Quum ergo Theodorus Georgio suffectus annum dant axat & decem menses sederit, ut ex Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani chronologia patet: defunctum eum esse oportet ante Baronii suppatationem, priusquam Leo epistolam ad Constantinum misisset.*

[4] Hæretici, ut suas hæreses epistolarum Romanorum Pontificum autoritate tueri possent, alias ex illis mutare, alias corrumpere, alias quasi scriptas nomine ipsorum Pontificum fingere conati sunt. Quamobrem veteri instituto primaria & authentica earum exempla in Romanæ Ecclesiæ tabularis conservabantur. *Anton. de Aquin. præfat. in epistolas Roman. Pont. editas anno 1591. Romæ, auspiciis Card. Caraffæ.*

Itaque consultius duxit [f] respondere, non fuisse scriptam omnino à Leone, sed *impostura esse*: quod etiam, ut affirmat, *arguitur in multis. Etenim ipsa in fine data scribitur Nonis Maii, indictione decima: verùm in textu hæc his contraria habet; Legatos Apostolicæ sedis matris vestræ Romanæ Ecclesiæ, per nuper elapsam decimam indictionem, mense Julio, cum divalibus clementiæ vestræ apicibus & Synodalibus gestis suscepimus.* Quid ergo? Num epistolam Apostoli Pauli ad Titum imposturam esse colliget Baronius, quòd ipsa in fine [g] *scripta* dicatur *ex Nicopoli*: verùm in textu hæc his contraria habeat; [g] *Stude venire ad me Nicopolin, nam illic decrevi hiemare?* An ut hinc [h] concludit errasse, quisquis scriptam Nicopoli esse adscripsit; à Paulo tamen epistolam ad Titum scriptam statuit, non ab impostore: sic illam à Leone ad Constantinum dari potuisse concedet, tametsi mentio *decimæ indictionis, mense Julio*, declaret malè additum, *datam Nonis Maii, indictione decima?* Nec enim istas voces in fine adjecisse magis ostendetur autor epistolæ Leonis ad Constantinum; quàm [i] epistolæ Constantini ad Leonem autor dixisse

[f] Baron. ad ann. 683. cap. 13. 14. & 15.

[g] Scripta est ex Nicopoli Macedoniæ. Regiorum Bibliot. tom. 5. Græc. Syr. & Lat in.

[g] Tit. 3. 12.

[h] Tom. 1. ad ann. 58. cap. 1.

[i] Inter epistolas Romanor. Pont. tom. 2. in Leone II.

dixisse itidem in principio, *Missa est mense Decembri, indictione decima*: quod utrobique ab alio quopiam annotatum principia & fines [k] similium literarum, in quibus haud consuevit ita designari tempus quo missæ aut datæ sunt, sicuti neque locus à Paulo unde scriptæ, verisimilius reddunt. Quanquam & Baronius, qui contrà opinatur, eóque Constantini literas suspectas [l] habet impostura, quoniam duodecima, non decima indictione missas esse autumat, addit; *Demus mendum in codicem irrepsisse, ut decima pro duodecima fuerit errore descripta: non enim adeò rigidi censores sumus, ut pro uno vel altero, qui in numero reperiatur error, si alia concordent, mox arguamus epistolam esse spuriam, ac proinde rejiciendam.* Nimirum in alia [m] Constantini epistola, mendosè legi [n] docet *vigesimo octavo*, pro *vigesimo septimo*; & *duodecimo*, pro *decimo tertio*: quam epistolam nihilominus pro germana recipit. Atque, ut hujusmodi sexcenta passim ex aliis observata transeam, ipse, mendum idem epistolæ Constantini [o] corrigens, vitiosè legit *decimo tertio*, pro *vigesimo septimo*; & [p] in eodem Leone Papa, de quo

[k] *Eadem tomo epistolarũ Romanor. Pont.*

[l] *Tom. 8. ad ann. 683. ca p. 6.*

[m] *Ad Georgium Patriarcham: in præambulis sexta Synodi.*

[n] *Baron. tom. 8. ad ann. 680. cap. 38.*

[o] Corrigas, *inquit*, ut in margine ex actis ipsis sextæ Synodi. *In margine autem excusum habetur XIII. ubi acta Synodi legum XXVII. act. 12. & sequentib.*

[p] *Ibid. ad ann. 684. cap. 1.*

agimus, vocabulum [7] *tertius* item pro vocabulo *quartus*: haud ideo annales suos spurios esse ac rejiciendos dicturus. Quapropter quum ex uno vel altero errore in notis numerorum agnoscat ingeniorum fœtus supposititios minimè convinci: duas in Leonis epistolam rationes, è locis quibus *decima* videtur legi [8] pro *undecima duodecimáve* infirmas esse confitetur. Tertia est infirmior è verbis, *mense Julio*: quo *Leonem* negat *suscipere legatos cum literis potuisse, quòd Augusto mense creatus fuerit Pontifex, & decem tantùm menses sederit,* [9] *teste Anastasio.* Nam [p] Anastasius se redarguit, Leonem [r] indicans Papam fuisse *mense Aprili, indictione undecima*: ut, quum ad Junium usque mensem duodecima indictione vixerit, potuerit mense Julio, indictione undecima, legatos cum literis suscepisse. Et quidem [q] Baronii pronunciatum audax, *certum esse omnium testificatione Leonem non amplius quàm menses decem & dies octo sedisse*, falsi convincitur è verbis [r] Reginonis, asserentis eum sedisse

[7] Sexcentesimus octogesimus tertius Redemtoris annus incipit indictione duodecima: quo Leo Papa, ubi sedisset menses decẽ & dies octo, moritur. *Baronii calami lapsa, an librarii? quum precedens annus expresse scriptum habeat*: Annus Christi sequitur sexcentesimus octogesimus tertius, indictione undecima.

[8] Undecima, *in epistola*; duodecima, *in fine: si verè submotarum sit*, datam Nonis Maii.

[9] Ut dictum est, *inquit: respiciens ea quæ præmiserat, ad annum Dom. 682. cap. 1. & ad ann. 683. cap. 1.* [p] *De vitis Pont. in Leone. 11.* [r] Hujus temporibus, die decima sexta mensis Aprilis, indictione undecima, Luna eclipsim pertulit. [q] *Ad ann. 682. cap. 1.* [r] *Chron. lib. 1.*

annum

annum ampliùs. Ad quem testem videbit Baronius plures esse quos adjungere debeat, si cum [f] illis, qui memorant, Agathone mortuo *sedem vacasse menses septem* tantùm, (non annum & menses septem, ut ipse post Anastasium;) componat omnes quorum fide [t] tradit Leonem, Agathoni Papæ subrogatum Pontificem, usque ad quartum Calendas Julii vixisse, anno Domini sexcentesimo octogesimo quarto, indictione duodecima. In quarta verò & ultima ratione urgenda incaluit acriùs: *Leone*, clamitans, *quàm indignum, ut, qui se dicit omnes in errore suo defunctos anathematizare, is anathematizet Honorium defunctum in communicatione Catholica, & ut Catholicum Romæ inter sanctos Pontifices sepultum?* Sed cur tam indigna Leone res putetur, quam sanctus Augustinus se fuisque fratribus Catholicis dignam censuit, quum de Cæciliano, Carthaginensi Episcopo, similiter defuncto sepultóq; [u] diceret: *Si vera essent quæ ab eis* (à Donatistis hæreticis) *objecta sunt Cæciliano, & nobis possent aliquãdo monstrari, ipsum jam mortuum anathematizaremus?* Immo quam sancti [x] Pelagius & Gregorius hæc ipsa Augustini

[f] *Onuphr. in Pont. Romanor. Chronico, ad Platinam de Pontificum vitis adjecto. Alphons. Ciacon. de vitis & gest. Pont. in Agathone.*

[t] *Ad ann. 684. cap. 1.*

[u] *Epist. 50. ad Bonifacium Comitem.*

[x] *Epist. 3. ad Episcopos Istriæ apud Baronium, tom. 7. ad ann. 586. cap. 57.*

Auguſtini ſententia defenderunt : eúmque *mirabilis prædicatoris* titulo, ad majorem rei autoritatem & fidem conciliandam, honorârunt. Immo quam Baronius exemplis ſanctæ Eccleſiæ corroborari & commendari atteſtatus [y] antea fuerat, his verbis : *Quamvis aliquis probetur mortuus in pace Eccleſiæ, & tamen abſque calumnia conſtiterit eum damnatam hæreſim aliquam ſcriptis ſuis acerrimè reliquiſſe defenſam, & in eo errore perſeverantem diem extremum clauſiſſe, ſimulatéque Catholicæ Eccleſiæ communicaſſe ; ejuſmodi hominem jure damnare poſt mortem ſancta conſuevit Eccleſia.* In quibus & ſi forſitan verbum, *conſtiterit*, uſurpavit cautiùs, ne præcluderetur effugium ſibi negaturo hæc de Honorio conſtitiſſe : tamen paulò [z] pòſt adjecit aliud *conſtat*, (ut mendax aliquando parum memor eſt,) quo Leonis epiſtolam adverſus quatuor ſuas rationes protegeret. Enimvero quintam Synodum à cunctis Gregorii ſucceſſoribus receptam eſſe probaturus, &, *Conſtat id*, inquiens, *de Leone Secundo, qui ad* [a] *Conſtantinum Imperatorem ſcribens, eandem Synodum confirmavit, cujus epiſtola in ſexta Synodo recitatur :* pronunciat,

[y] *Ad ann. 553. cap. 185.*

[z] *Ad eundem annum, cap. 229.*

[a] Conſtantiũ *legit codex Baronianus, erravit, ut arbitror, typographico : ſaltem* Conſtantinum, *& hanc epiſtolam ad eum à Leone ſcriptam, clariſſimè deſignat.*

nunciat, quicquid alibi cavilletur ipse, ad Constantinum datam epistolam sub Leonis inscriptione ac nomine, germanam esse Leonis absque controversia, non impostoris spuriam. Tametsi, dato quoque rem secus se habere, [a] Pontificalis liber satis locuples testis est Leonem, approbandis sextæ Synodi actis à Constantino missis, Honorium in illis damnatum condemnasse. Quod ipsum quia Canus adhujus argumenti confirmationem accommodatè adhibuit, & ejus firmamenta ex instituto refellenda suscipit [c] Bellarminus: Leonem, saltem silentio ad testimonium omni exceptione majus, si minùs exceptionis ad epistolam vanitate, fatetur à nobis stare.

[a] *In Leone II.*

[b] *De locis theolog. lib. 6. cap. ult. ad argum.* 11.

[c] *Cap. sed. §. Vicesimus tertius. §. At pro Honorio.*

45 Ruentem igitur Honorium suffulcit altero responso; *Vel certè Leo sequutus est judicium legatorum Agathonis, ne disturbaret negotium jam confectum: sed non tenemur nos magis unum Leonem sequi quàm tot alios summos Pontifices; præsertim in quæstione de facto, quæ ad fidem non pertinet.* Ubi quàm multa sub quàm paucis verbis latent mendacia? Primò namque innuit [d] *legatos Agathonis damnasse Honorium innocentem,*

[d] *Cap. sed. §. Cur igitur.*

nocentem, quia, quum in eo Concilio damnarentur Patriarchæ multi Conſtantinopolitani, Alexandrini, & Antiocheni, verebantur ne ſucceſſores eorum non facilè acquieſcerent, ſed impedirent rectæ fidei definitionem, nec tolli poſſet ſchiſma, niſi damnaretur etiam Honorius, qui unà cum illis accuſatus fuerat. Calumnia non improba magis, quàm abſurda: quoniam & [a] Vigilius accuſatus unà cum Patriarchis fuerat; nec ulla reddi poteſt idone aratio cur Honoriũ damnari ſinerent legati, Vigiliũ autem acriter cõſtantérq; defenderent, niſi quòd hic immeritò, ille meritò accuſatus ſit; parémq; ſine cauſa timendi cauſam haberẽt ne Patriarcharum ſucceſſores non facilè acquieſcerent, niſi damnarentur ambo Papæ cum illis unà accuſati, quandoquidem multi Patriarchæ, inter quos item [b] Conſtantinopolitani quatuor, damnabantur. Deinde ſignificat Leonem *eodem metu, non ſolùm in viri juſti damnationem conſenſiſſe, verùm etiam affirmaſſe, conatum eum eſſe profana proditione immaculatam fidem ſubvertere.* Quod à viro ſanctiſſimo (qualem [c] hiſtoria prædicat Leonem) & piè literato, qui didiciſſet [d] maledicos & conviciatores,

[a] *Apud Sextam Synodum, act. 3. 12. & 14.*

[b] Sergius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus.

[c] *Anaſtaſ. Bibliothecar. hiſtor. de vitis Pont. in Leone II.*

[d] 1. Cor. 6. 10. Tit. 3. 2. Apoc. 21. 27.

viciatores è regno Dei excludi, quæ probabilitas æquitásve factũ persuadeat? præsertim quum ad causam à Bellarmino prætextam sufficeret generatim, absque particulari, eáque tam acerba, mentione Honorii, sententiam à Synodo latam confirmasse. Tum *Leonem* ex omnibus Romanis Pontificibus *unum* & solum in hac opinione de Honorio collocat. Mira Jesuitici oris duritia: siquidem, ut [4] Sergium Brimum, ceteroſque Leonis successores omnes qui sextam Synodum [5] quoquo modo approbárunt, (quis autem non approbavit, excepto fortè uno Nicolao?) mittam, Johannem Quintum ipse ac Adrianum Secundum, etsi vel [6] aliud agens, vel [7] reluctans, cum Leone consociat. Rursum Pontifices plures

[4] *De quo, in Cõciliorum antiquis editionibus, hæc habetur nota post sextam Synodum œcumenicam:* Scriptus est hic codex temporibus Domini Sergii, sanctissimi ac beatissimi Papæ; & in Patriarchio sanctæ Ecclesiæ Romanæ reconditus.

[5] *Nicænam secundam Synodũ, in cujus & epistolis, & fidei definitione, Honorius nominatim à sexta Synodo condemnatus est, Adrianus Primus* [tertiæ Anastasio] *magnopere probavit: & ejus successores ad Synodum usque Tridentinam, Nicænæ secundæ laudatricem.* [6] *Ex Agathonis legatis, quibuscum hîc Leonem idem sentientem fecit Bellarminus, Johannes Quintus fuerat: ut Anastasius ostendit, in ipsius vita.* [7] *Adrianum Secundum, quem ait,* [prima parte responsionis suæ ad quartum argumentum,] non apertè dicere, Honorium fuisse hæreticum; sed solùm dictum ei fuisse anathema ab Orientalibus, quia de hæresi fuerat accusatus: *dicere tamen idipsum, quod sexta Synodus habet,* hæreticum *nempe* fuisse Honorium, *agnoscit, quum* [in extrema] *subjicit*; respondendum erit, Adrianum deceptum fuisse ex depravatis actis sextæ synodi. *cap. cod. §. Ad quartum.*

magno

magno numero, *tot alios* aiens, pro Honorio judicaſſe ſtatuit. Nec tamen ex caterva tanta Pontificum nominare [h] potuit [8] tales ſupra quatuor: quorum princeps etiam, S. Martinus, taciturnitate videtur condemnaſſe potiùs Honorium in [i] Romana Synodo. Poſtremò aſſeverat *non teneri nos magis unum Pontificem ſequi quàm plures; præſertim in quæſtione de facto, quæ ad fidem non pertinet.* Sententia, quanquam vera, quatenus obiter inſinuat, adverſari poſſe Pontificem unum pluribus in quæſtione fidei; ut contra plurium, ſaltem [k] recentiorum, ſententiam [l] Gelaſius Primus ſcripſit, *Sacramentum corporis Chriſti* (in Euchariſtia) *non poſſe ſine grandi ſacrilegio ſumi ab eo qui non ſumit ſacramentum ſanguinis*; & [m] Pius Secundus dixit, *Sacerdotibus magna ratione ſublatas nuptias, majori reſtituendas videri*: falſiſſima tamen, qua ex parte negat nos utroque in genere quæſtionis debere fidem uni Pontifici majorem quàm pluribus adjungere. Tenemur enim [n] juſtum judicium judicare in quæſtionibus facti quoque, non modò fidei. De facto autem rectiùs meliùſque teſtari poteſt

[h] *Cap. cod. §. Dices, ergò.*
[8] Johannem IV. Martinum I. Agathonē, & Nicolaum I.
[i] *Synod. Lateran. ſub Martino I. conſult. 4.*
[k] *Synod. Triden. ſeſſ. 21. can. 2. & ſeſſ. 24. can. 9.*
[l] *Cap. comperimus. de conſecrat. diſt. 2.*
[m] *Platina de vitis Pont. in Pio II.*
[n] Pſal. 58. 2. Joh. 7. 24.

test sæpenumero unus quàm plures; sicut axiomatis ° Plautini ratio probat:

° In Truculento.

Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decem:
Qui audiunt, audita dicunt; qui vident, plane sciunt.

Nam quantum inter auritos & oculatos testes discriminis intercedit, quòd hi nituntur certa cognitione rerum, illi rumoribus incertis crebrò fidunt: tantum inter autores, quos [p] oculus simplex ducit religione officii ad verum confitendũ vel proprio cum incommodo, seu honoris jactura; & quos ad famam suam suorúmve tuendam, aut commodum procurandum, animus ambitione, avaritia, [q] gratia cæcatus agit, interest. Tenemur ergo magis cum Leone sentire, qui agnovit impium Monotheletarum dogma cõprobatum fuisse ab Honorio, ex ipsius epistola collata, examinata, retractata in Synodo: quàm cum Johanne Quarto, Agathone, ac Nicolao; quorum primus (ut dictum est) induxit scribam ad alienum sensum Honorii verbis affingendum; secundus falsò asseruit cunctis cognitum esse, prædecessores suos semper confirmasse fratres in fide

[p] Matt. 7. 22.

[q] L. testium fides. D. de testibus.

de confidenter; tertius clarissimè omnium est mentitus, nec rumore saltem tenui aspersos Pontifices Romanos, aliquando cum prava sapientibus sapere.

46 Porrò quibus artibus Bellarminus usus est, ut gravissimum Sancti Leonis Papæ Secundi testimonium omni fide spoliaret: iisdem aliorum plurimorum Patrum atque historicorum, Græcorum, & Latinorum, consentientes voces celare, pernegare, elevare nititur. Videlicet [r] ducenti viginti septem Episcopi, paulo post sextam Synodum conclusam, in Trullo ad canones sanciendos, ut ejus appendicem, congregati, Honorium nominatim inter Monotheletas damnatos [s] recensuerunt. Idem [t] fecerunt [u] trecenti quinquaginta, aut [x] septuaginta plus minus, in Nicæna secunda, quæ nominatur septima Synodus œcumenica. Idem comprobârunt [y] trecenti septuaginta tres in quarta [z] Synodo Constantinopolitana, quæ generalis octava dicitur. Idem trecentos septuaginta septem, *nisi Baronius [tom. 9. ad ann. 787. cap. 3.] lapsus sit. Vulgatus enim Photii codex [Concilior. tom. 3. Venet.] numerat, omnino ut menologium Græcorum*, trecentos sexaginta septem.

[r] *Theodor. Balsam. præfat. ad sextam Synodum in Trullo.*
[s] *Sext. Synod. in Trull. can. 1.*
[t] *Nicæn. Synod. II. act. 7. in definit. fidei: & in epistolis ad Imperatores, sacerdotes & clericos.*
[u] *Psellus de septem Synodis.*
[x] *Menologium Græcorum [Octobr. die undecimo]* trecentos sexaginta septem Episcopos ei Concilio interfuisse *refert: Photius autem [lib. de septem Synodis œcumenicis]*

[y] *Inscript. octavæ Synodi œcumenicæ, Concilior. tom. 4. edit. Venet.* [z] *Term. prolat. & lect. post canones ejus Synodi.*

agnoverunt

agnoverunt quotquot in [a] Romana Synodo celebrata sub Adriano Secundo, ei, Honorium à sexta Synodo jure anathematizatum prædicanti, assensi sunt. Idē [b] Orientales pontifices & sacerdotes, per epistolam in Nicæna Synodo rocitatam, firmârunt suo consensu, dum laudaverunt fidem, quam sexta Synodus tradidit; & personas, quas ea rejecit, rejecerunt. Idem solenni tanquam sanctione & instituto publicè sibi confitendum adeò receperunt [c] Patriarchæ omnes Constantinopolitani, ut in jus canonicum Græcorum retulerint. Accedunt testes singulares, id ipsum aut à Synodo factum memorantes, aut post Synodum suis verbis asserentes: [d] Beda, [e] Tharasius, [f] Theodorus Jerosolymitanus, [g] Anastasius, [h] Photius, [i] Psellus, [k] autor incertus libri Synodici, [l] Ado Viennensis, [m] Umbertus Cardinalis, [n] Marianus Scotus,

[a] *Apud eandem Synodum actione 7. in 3. allocutione Adriani ad Synodum.*

[b] *Epist. ad Tharasium: apud septimam Synodum, act. 3.*

[c] *Juris canonici Græcorum lib. 6. tit.* Literæ commendatitiæ, quæ à Patriarcha Constantinopolitano, recens ordinato, mitti solent. *In Græcoromani (ut inscribitur) juris tomo 1.*

[d] *Lib. de sex ætatibus: in Constantino*

Quarto. [e] *Epist. ad Patriarchas Antioch. Alexandr. & Jerosolym. apud septimam Synodum, act. 3.* [f] *Synodica epist. ibid.* [g] *Pontifical. lib. & histor. de vitis Pont. in Leone II.* [h] *Bibliotheca cap. 19. de actis sextæ Synodi.* [i] *Carm. de septem Synodis.* [k] *Libellus Synodicus, omnes Synodos brevi compendio continens, ab Apostolorum tempore usque ad octavam: in Synodo 130. & 134.* [l] *Breviar. chronicor. ætat. 6.* [m] *Contra Nicetam: apud Turrianum, lib. de sexta, septima, & octava Synodo.* [n] *Chron. lib. 2. ætat. 6.*

[o] Nicetas Choniates, [p] Nilus Thessalonicensis, [q] Cedrenus, [r] Michael Glycas, & [s] Abbas Urspergensis. Jam, ex universis hisce, [t] Bellarminus ad Nicænæ Synodi secundæ testimonium, *Respondeo*, inquit, *Patres septimæ Synodi sequutos esse Synodum sextam, & solùm repetiviſſe quod in ea legerant: proinde deceptos fuisse ex sexta Synodo, quæ vel corrupta erat, vel per errorem Honorium damnaverat.* Responsionem emortuam; neque plus vitalis caloris in se habentem, quàm habebat ille, de quo Martha legitur Christo dixisse: [u] *Domine, jam olet; quatuor enim dierum est.* Nisi longè minus habere potiùs judicanda sit, & perinde fœtere, acsi quatuor esset annorum, non dierum; quæ innixos sextæ duntaxat Synodo facit, illiúsque verba frigidè repetentes, [x] qui Honorium dogma hæreticum effudisse priusquam damnaretur, ac Monotheletam fuisse, à sexta Synodo jure condemnatum, perhibent. Ad testimonium verò Synodi Romanæ sub Adriano Secundo [y] respondet putidiùs, *Videri Adrianum idcirco dixisse, ab Orientalibus anathematizatum fuisse Honorium, quia sciebat, ab Occidentalibus, id est, à Concilio S. Martini,*

[o] *Libro, cujus exemplar in publica Oxoniensis Academiæ Bibliotheca (nobilissimo viri clarissimi, Thomæ Bodlæi, monumento) manuscriptum habetur: inscript. Thesaur. orthodoxæ fid. tit. septem sancta & œcumenicæ Synodi.*

[p] *De primatu Papæ Rom. lib. 2.*

[q] *Historiar. compend. ad ann. 13. Constantini.*

[r] *Annal. part. 4*

[s] *Chron. in hist. Constantini IV.*

[t] *Cap. eod. §. Ad tertium.*

[u] Joh. 11. 39.

[x] *Synod. Nicæn. II. act. 6. tom. 2. in refutatione, quam Epiphanius legit: & in epist. ad Imperatores.*

[y] *Cap. eod. §. Ad quartum.*

Martini, non fuisse anathematizatum: addidisse autem Adrianum etiam in causa Honorii non fuisse ausos Orientales sententiam dicere in Honorium, nisi Romanæ sedis consensus præcessisset; quia sciebat legatos Agathonis consensisse in damnationem Honorii: at ea hæc quidem dicimus, ait Bellarminus, *si defendantur acta sextæ Synodi, tanquam integra.* In quibus sic concludit, quasi refutaret argumentū nostrum, concesso integra esse acta sextæ Synodi; quū id dilucidissimè corroboret confirmétq; : Adrianum agnoscens dixisse, ab Orientalibus, hoc est, à sexta Synodo, condemnatum fuisse Honorium ob hæresim, & Romanæ sedis consensu condemnatum. Ubi quum id factum *Pontificis consensu* disertè [9] dixerit Adrianus, & [1] Canus Agathonis epistolam citârit ut Adrianum verè loquutum ostenderet, non ut inde Honorium directo premeret argumento: debebat potiùs Bellarminus in Adriani gratiam asserere Agathonem condemnasse Honorium *interpretativè*, sicut *Liberium in hæresim*

[9] Licet Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamē est quia fuerat super hæresi accusatus, propter quam solùm licitum est minoribus majorum suorū motibus resistere, vel pravos suos sensus liberè respuere: quamvis & ibi nec Patriarcharū, nec ceterorū antistitū cuipiam de eo quamlibet fas fuerit proferre sententiam, nisi ejusdem primæ sedis Pontificis cōsensus præcessisset. *Adrianus Papa, ad Synodum Romanam alloquutione tertia, citata Synodi generalis octavæ actione septima.* [1] *Cujus hæc sunt verba:* Adrianus addit, sententiam in Honorium latam ex Romani Pontificis consensu fuisse. Id quod exploratum est in sexta Synodo generali, actione quarta: ubi Agatho, in epistola ad Concilium, Honorium ipsum anathematizat.

reſum Arianam conſenſiſſe [a] ait; quàm aut argumentum Cani tanquam aliter vibratum [a] proponere, aut [b] rei per ſe veræ (nam Agatho [2] Monotheletas epiſtola generatim, & [3] Agathonis legati Honorium ſpeciatim damnârint) per leviculum ejus [4] lapſum obtrectare. Ceterorum denique poſtquam ex eodem ſex [c] recenſuiſſet, Tharaſium, Theodorum, [5] Epiphanium, Pſellum, Bedam, & librum Pontificalem, qui teſtantur Honorium hæreticum fuiſſe: iſtorum oppugnatione rem totam ita [d] terminat. *Objicio autores autoribus, plures paucioribus, & antiquiores recentioribus: nam in primis S. Maximus, qui tempore Honorii vixit, in dialogo contra Pyrrhum, Theophanes Iſaurus in hiſtoria, quam citat Onuphrius, & Emanuel*

[a] *Bellarmin. de Rom. Pont. lib. 4. cap. 9.*
[a] *Cap. 11. §. Quintum.*
[b] *§. Ad quintum.*
[2] Semper ſpecialia generalibus inſunt. *L. 147. D. de regulis juris.*
[3] Qui facit per alium, eſt perinde acſi faciat per ſe ipſum. *Regula 72. tit. eod. in Sexto.*
[4] *Bellarminus dicit*, Canum bis errare in hoc argumento: primùm, quum ait Agathonem anathema dixiſſe Honorio, deceptus ab autore ſummæ Conciliorum; deinde, quum ait epiſtolam Agathonis ſcriptam eſſe ad Concilium, quæ ad Imperatorem, non ad Concilium ſcripta eſt. *Geminus autem iſte error, ſi erroris nomen mereatur, unus eſt in Cano; nimirum quòd crediderit illius libri autori: quippe qui tùm epiſtolam Agathonis ſcriptam ad Cæſarem & Synodum, tùm anathema Honorio in ea epiſtola dictum, utrumque quodam modo verum, affirmat.* [c] *Cap. eod. §. Septimum.* [5] *Epiphanio, diacono Catholico, tribuit Canus refutationem, quam, aut à pluribus, aut plurium ſeltem nomine (quemadmodum ex primo poſtremóque ipſius tomo patet) ſcriptam, & laudatam initio actionis ſextæ, tanquam à Spiritu ſancto datam Synodo, Johannes diaconus retitare cæpit, & Epiphanium perrexit, Nicænæ Synodi II. act. 6. tom. 1.* [d] *Cap. eod. §. Ad ſeptimum.*

Calleca

Calleca in libro, quem scripsit pro Latinis contra Græcos, Honorium semper Catholicum fuisse testantur. Deinde Photium etiam Græcum, & Romana Ecclesia infestum, in libello de septem Synodis, ubi ad sextam Synodum venit, dicit damnatos fuisse Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum; at de Honorio nihil dicit tale. Similiter Zonaras in vita Constantini Quarti; referens nomina damnatorum in sexta Synodo, Honorium omittit. Quod idem facit Paulus Diaconus in vita ejusdem Constantini Quarti. Denique historici Latini fere omnes, ut Beda, Anastasius Bibliothecarius, Blondus libro nono decadis prima, Nauclerus, Sabellicus, Platina, & alii Honorium Catholicum & sanctum Pontificem faciunt. Addidi autem etiam Bedam, etiamsi Canus nolit. Nihil enim dubito quin idem senserit, etsi in ejus libro de sex ætatibus irrepserit nomen Honorii inter eos, qui recensentur damnati in sexta Synodo. Videtur enim aliquis sciolus addidisse nomen Honorii in libro Bedæ, eo quòd in sexta Synodo ubique inveniatur cum nominibus Cyri, Sergii, &c. Nam quòd Beda Honorium pro viro sancto habuerit, etiam post ejus mortem, patet tùm ex lib. 2. historiæ Anglorum, cap. 17. 18. 19.

ubi sæpius tanquam de optimo pastore de Honorio loquitur: tùm ex vita S. Bertolfi Abbatis, ubi nunc Beatum, nunc S. Honorium vocat, & inter alia sic ait: Erat venerabilis præsul Honorius sagax animo, vigens consilio, doctrina clarus, dulcedine & humilitate polleus. Et infrà: Præbuit optatum munus S. Papa patri memorato Bertolfo, privilegia scilicet sedis Apostolicæ, quatenus nullius Episcoporum in præfato cœnobio quolibet jure dominari conaretur. Hæc Beda de Honorio; quæ certè non diceret, si eum pro damnato hæretico habuisset, ut adversarii volunt. Et hæc de testibus Bellarminus; quæ certè non efficiunt, quin Honorium, hæresis ex literis suis convictum, meritò pro hæretico damnatum existimemus. Nec enim vel autoribus paucioribus plures, & recentioribus antiquiores objicit: vel, si objiceret, vinceret, quia veracioribus minùs veraces, & fide dignioribus indigniores opponit. Artificioso sanè stratagemate Synodos sextam, septimam, octavam cum Romana, quam [c] octava integram item comprobavit, distinctis quasi turmis [f] instruit seorsum: ut singulares testes, à Cano præterea citatos, solos [g] colloceans, videatur

[a] *Act. 1 in approbatione libelli à Romana Ecclesia missi, & ibi lecti.*
[f] *Argumento secundo, tertio, quarto, & sexto.*
[g] *Argumento septimo.*

videatur suorum numero superare. Alioquin ex illis, addita saltem altera sexta in Trullo, conjiciendum dedisset, ampliùs mille à nobis quàm à se facere. Veruntamen ne sic quidem redegit ad majorem paucitatem nostros, inter quos recenset Theodorum episcopũ Jerosolymitanum in epistola Synodica, quæ Synodi septimæ actione tertia habetur, & Epiphanium diaconum in disputatione apud eandem Synodum actione sexta. Nam opus, quod Epiphanius ibi recitavit, ipsius neutiquam erat, sed Patrum ejus Synodi, ut [h] Baronius asserit: saltem à Patribus Synodi probatum est, eóque trecentorum quinquaginta minimùm consentientem præ se fert suffragationem. Synodicam autem Theodori epistolam, velut suæ professionis testem, miserunt illuc Orientales Patriarchæ ac præsules: pares numero forsan Patribus Nicænis, ne dicam superiores, si monachos & pastores Ecclesiarum Ægypti Syriæque accenseas, eadem professione per eandem epistolam cum illis sociatos. Proinde Bellarminus pluribus & longè longéque pluribus testibus opponit pauciores, qui duodecim tantum in aciem producit.

[h] *Tom. 9. ad ann. 787. cap. 34.* In sexta actione recitata est definitio facta ab hæreticis Iconoclastis in pseudoseptima ab eis ita appellata Synodo œcumenica, cui per singula capita paratum fuit ad venenum antidotum: Gregorio, episcopo Neocæsareæ legente textum hæreticorum per capita singula, Epiphanius diaconus scitam à Patribus appositam responsionem perlegit.

Quid, quòd in dimidia quoque parte horum duodecim objicienda, ſcilicet Theophane Iſauro, Photio, Zonara, Paulo Diacono, Beda, & Anaſtaſio Bibliothecario, partim mendacia, partim nihil dicit. Etenim in primis Theophanem teſtari ait in hiſtoria, quam Onuphrius citat, Honorium ſemper Catholicum fuiſſe. [1] Onuphrii verò verba, [6] Sirleto, ſeu autore, ſeu teſte luculentiſſimo commendata, hæc ſunt: *Vulgata ſextæ Synodi, Conſtantinopolitanæ tertiæ, exemplaria à Græcis corrupta, ejuſque canones, in quibus Honorius condemnatur, ſuppoſititios eſſe, ex Theophane Iſauro, Græco hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptore, docet Anaſtaſius Bibliothecarius in hiſtoria ſua Latina, quam ex eodem Theophane, Nicephoro & Georgio abbate compoſuit.* At in [6] hiſtoria inſcripta miſcella, & Pauli Diaconi nomine vulgata, quæ vel ipſa eſt Anaſtaſii è Theophane verſa, vel tota pœne ad verbum transcripta fuit ex ea, neque corrupiſſe quiſpiam ullum ſextæ Synodi exemplar, neque canonem ad probrum Ho-

[1] *Annot. ad Platinam, in Honorio I.*

[6] Hæc animadvertit Gulielmus Sirletus, Apoſtolicæ ſedis protonotarius, vir doctrina, pietate, & omni virtutum genere cumulatiſſimus.

[6] *Quam videtur Baronius ſignificare, dum ait, tamen ad ann. 813. num. 9.]* Theophanis verſionem, cui à ſe editæ Anaſtaſius præfationem præfixit, inſcribi falſo nomine Pauli Diaconi. *Petrus verò Pithœus ſcripſit ad Amerbachium, præfixâ hiſtoriæ miſcellæ, à Paulo Diacono primùm collectæ, poſt à Landulpho Sancti auctæ, excuſæ Baſileæ, 1569.] aſſerit,* pœne omnia in miſcella hiſtoria ſe comperiſſe tranſcripta eſſe ad verbum ex illa Anaſtaſii, quum ambas inter ſe conferret.

norio

norio inferendum ſuppoſuiſſe traditur. Theophanes autem in Græca ſua hiſtoria, quam citant [l] Turrianus & poſt Turrianum [m] Baronius, narrat quidem canones, qui dicuntur ſextæ Synodi in Trullo, falsò attribui ſextæ œcumenicæ : quippe quos recentior ignobiliórq; ſub Juſtiniano Secundo ad eos perſcribendos congregata ſcripſerit ; non clarior & antiquior, ſub Conſtantino Quarto, contra Monotheletas. Ceterùm, nec adeò imperitus erat, ut œcumenicę ſextę Synodi actionibus, in quibus Honorium condemnârunt Patres, canonum nomen inderet: nec vulgata Synodi ejuſdem exemplaria corrupta eſſe à Græcis uſquam pronunciat ; quod Turrianus ſcripto, Baronius non ſcripto, manifeſtiſſimè docent. Bellarminus igitur, affirmans Theophanem teſtari in hiſtoria, quam Onuphrius citat, Honorium ſemper Catholicum fuiſſe, mentitur de Theophane. Deinde Photium, Zonaram, & Paulum Diaconum ait nihil tale dicere de Honorio, ſed ejus nomen omittere, quum damnatos in ſexta Synodo recenſent. Qua ratione Honorium nihilo magis purgat, quàm Oziam regem purgaret, ſi quis diceret,

[l] *Lib. de ſexta, ſeptima, & octava Synodo.*

[m] *Tom. 8. ad annum Dom. 692. cap. 3.*

ceret, in sacris, Regum libris, in quibus [n] Solomonis, [o] Josaphati, [p] Joasi, & aliorum Principum culpæ memorantur, [q] sacerdotalis muneris usurpationem Oziæ non adscribi: aut Uriam Pontificem, siquis pernegaret [r] extruxisse altare Damasceno simile, quòd libri Chronicorum, [s] ubi, quid egerint quidam Pontifices, scriptum est, de eo nihil tale referant: aut Cyrum Alexandrinum, Macarium Antiochenum, Petrum Constantinopolitanum, siquis Monotheletas extitisse nollet, quia Paulus Diaconus, Sergium & Pyrrhum pro talibus notans, in vita Constantini Quarti, nullius ceterorum nominatim meminit. Quanquam Bellarminus neutiquam debebat hisce mutis testibus interserere Zonaram: cujus à se primùm publicati interpres, [t] Hieronymus Wolfius, quum exemplaria quinque haberet manuscripta, in quorum uno deletum Honorii nomen reperit, id in excuso expunxit, testificans factum [u] hac nota: *Ὁνομα ἐκλεῖπει. in Viennensi codice hæc verba rectè deleta esse videntur ante* Κύρου Ἀλεξανδρείας, *quum Agathonem Romanum Episcopum paulo antè recensuerit.* Nam adversus istam ineptam

[n] 1. Reg. 11. 4.
[o] 1. Reg. 22. 44.
[p] 2. Reg. 12. 3.
[q] 2. Chr. 26. 16.
[r] 2. Reg. 16. 11.
[s] 1. Chr. 6. 49. & 15. 11. & 16. 39. 2. Chr. 19. 11. & 23. 1. & 24. 6. & 26. 17. & 34. 14.

[t] *Præfat. in Zonaræ annales à se Græcè ac Latinè editas.*
[u] *Inter castigationes & varias lectiones ex quinque codicibus ad finē operis adscriptas.*

ineptam viri docti, verùm dormitantis, argumentationem, Honorium, olim Papam, malè recensitum esse inter damnatos, [7] quòd mentio Agathonis, tum Papæ, modò facta sit; quo ex somnio Sergium, Pyrrhum, Paulum, & Petrum, Patriarchas olim Constantinopolitanos, deleri quoque oportuit, quòd ibidem [8] Georgius, tum Patriarcha, nominatus sit cum Agathone: consensus exemplarium quatuor, an & quinti, si deletum est nomen posteaquam scriptum? autorísque [x] libri Synodici, ac [y] Cedreni, quos videtur Zonaras sequutus, [9] idem legentium, eum revera pro nobis loqui arguit, quem Bellarminus nobis ut tacentem objicit. Et quamvis Photius in libello de septem Synodis œcumenicis (nisi fortè idem evênit ei quod Zonaræ,) Honorii nomen inter damnatos non expressit; tamen nostris testibus annumerandus est, quandoquidem opere alio, inscripto [z] bibliotheca, Honorium nominatim cum Sergio, Cyro, Pyrrho, anathematizatum tradidit:

[7] ἀναθεματισθέντων τῶ μίαν φρονούντων θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, διὸ δεῖν καὶ τὰ τοῦ φαεσφόρου ἐπισκόπου, Ὁνωρίου ῥαθῆναι, κύρ᾽ Ἀλεξάνδρειας, Σεργίου, Πύρρου, Παύλου, καὶ Πέτρου κωνσταντινουπόλεως.

[8] ἧς συνόδου ἦν γεωργίου τοῦ μεθ᾽ ἁπάντα ῥαθέντος ἀγαθωνος καὶ τοῦ πατριάρχου, γεγράφηκε καὶ κωνσταντινουπόλεως.

[x] *In Synodo sexta œcumenica Constantinop. cap. 134. ad ann. Dom. 681.*

[y] *Historiar. compend. ad 13. annum Constantii Quarti.*

[z] Διοδῶρου τοῦ φαεσφόρου ἐπισκόπου, Ὁνωρίου ῥώμης, κύρ᾽ ἀλεξάνδρειας, Σεργίου, Πύρρου, Παύλου, καὶ Πέτρου κωνσταντινουπόλεως. [z] *Bibliotheca Photii, cap. 19. de actis sexta Synodi.*

quemadmo-

Quid, quòd in dimidia quoque parte horum duodecim objicienda, scilicet Theophane Isauro, Photio, Zonara, Paulo Diacono, Beda, & Anastasio Bibliothecario, partim mendacia, partim nihil dicit. Etenim in primis Theophanem testari ait in historia, quam Onuphrius citat, Honorium semper Catholicum fuisse. [1] Onuphrii verò verba, [6] Sirleto, seu autore, seu teste luculentissimo commendata, hæc sunt: *Vulgata sexta Synodi, Constantinopolitana tertia, exemplaria à Græcis corrupta, ejusque canones, in quibus Honorius condemnatur, suppositicios esse, ex Theophane Isauro, Græco historiæ Ecclesiasticæ scriptore, docet Anastasius Bibliothecarius in historia sua Latina, quam ex eodem Theophane, Nicephoro & Georgio abbate composuit.* At in [6] historia inscripta miscella, & Pauli Diaconi nomine vulgata, quæ vel ipsa est Anastasii è Theophane versa, vel tota pœne ad verbum transcripta fuit ex ea, neque corrupisse quispiam ullum sextæ Synodi exemplar, neque canonem ad probrum Ho-

[1] *Annot. ad Platinam, in Honorio I.*

[6] Hæc animadvertit Gulielmus Sirletus, Apostolicæ sedis protonotarius, vir doctrina, pietate, & omni virtutum genere cumulatissimus.

[a] *Quam videtur Baronius significare, dum ait, [tom. 9. ad ann. 813. cap. 9.] Theophanis verbonũ, cui à se editæ Anastasius præfationem præfixit, inscribi falso nomine Pauli Diaconi. Petrus verò Pithœus [edit. ad Anterbachium, græcam historiæ miscellæ, à Paulo Diacono primùm collectæ, post à Landulpho Sagaci auctæ, excusæ Basileæ, 1569.] asserit,* pœne omnia in miscella historia se comperisse transcripta esse ad verbum ex illa Anastasii, quum ambas inter se conferret.

norio

norio inferendum suppositisse traditur. Theophanes autem in Græca sua historia, quam citant [l] Turrianus & post Turrianum [m] Baronius, narrat quidem canones, qui dicuntur sextæ Synodi in Trullo, falsò attribui sextæ œcumenicæ : quippe quos recentior ignobiliórq; sub Justiniano Secundo ad eos perscribendos congregata scripserit ; non clarior & antiquior, sub Constantino Quarto, contra Monotheletas. Ceterùm, nec adeò imperitus erat, ut œcumenicę sextę Synodi actionibus, in quibus Honorium condemnârunt Patres, canonum nomen inderet: nec vulgatà Synodi ejusdem exemplaria corrupta esse à Græcis usquam pronunciat ; quod Turrianus scripto, Baronius non scripto, manifestissimè docent. Bellarminus igitur, affirmans Theophanem testari in historia, quam Onuphrius citat, Honorium semper Catholicum fuisse, mentitur de Theophane. Deinde Photium, Zonaram, & Paulum Diaconum ait nihil tale dicere de Honorio, sed ejus nomen omittere, quum damnatos in sexta Synodo recensent. Qua ratione Honorium nihilo magis purgat, quàm Oziam regem purgaret, si quis diceret,

[l] *Lib. de sexta, septima, & octava Synodo.*

[m] *Tom. 8. ad annum Dom. 692. cap. 3.*

ceret, in sacris, Regum libris, in quibus [a] Solomonis, [o] Josaphati, [p] Joasi, & aliorum Principum culpæ memorantur, [q] sacerdotalis muneris usurpationem Oziæ non adscribi: aut Uriam Pontificem, siquis pernegaret [r] extruxisse altare Damasceno simile, quòd libri Chronicorum, [s] ubi, quid egerint quidam Pontifices, scriptum est, de eo nihil tale referant: aut Cyrum Alexandrinum, Macarium Antiochenum, Petrum Constantinopolitanum, siquis Monotheletas extitisse nollet, quia Paulus Diaconus, Sergium & Pyrrhum pro talibus notans, in vita Constantini Quarti, nullius ceterorum nominatim meminit. Quanquam Bellarminus neutiquam debebat hisce mutis testibus interserere Zonaram: cujus à se primùm publicati interpres, [t] Hieronymus Wolfius, quum exemplaria quinque haberet manuscripta, in quorum uno deletum Honorii nomen reperit, id in excuso expunxit, testificans factum [u] hac nota: Ὁνορίου μόνης. *in Viennensi codice hæc verba rectè delera esse videntur ante* Κύρου ἀλεξανδρείας, *quum Agathonem Romanum Episcopum paulo antè recensuerit.* Nam adversus istam ineptam

[a] 1.Reg.11.4.
[o] 1.Reg.22.44.
[p] 2.Reg.12.3.
[q] 2.Chr.26.16.
[r] 2.Reg.16.11.
[s] 1.Chr.6.49. & 15.11. & 16.39. 2.Chr.19.11. & 23.1. & 24.6. & 26.17. & 34.14.

[t] *Præfat. in Zonaræ annales à se Græcè ac Latinè editas.*
[u] *Inter castigationes & varias lectiones ex quinque codicibus ad finem operis adscriptas.*

ineptam viri docti, verùm dormitantis, argumentationem, Honorium, olim Papam, malè recensitum esse inter damnatos, [7] quòd mentio Agathonis, tum Papæ, modò facta sit; quo ex somnio Sergium, Pyrrhum, Paulum, & Petrum, Patriarchas olim Constantinopolitanos, deleri quoque oportuit, quòd ibidem [8] Georgius, tum Patriarcha, nominatus sit cum Agathone: consensus exemplarium quatuor, an & quinti, si deletum est nomen posteaquam scriptum? autorísque [x] libri Synodici, ac [y] Cedreni, quos videtur Zonaras sequutus, [9] idem legentium, eum revera pro nobis loqui arguit, quem Bellarminus nobis ut tacentem objicit. Et quamvis Photius in libello de septem Synodis œcumenicis (nisi fortè idem evênit ei quod Zonaræ,) Honorii nomen inter damnatos non expressit; tamen nostris testibus annumerandus est, quandoquidem opere alio, inscripto [z] bibliotheca, Honorium nominatim cum Sergio, Cyro, Pyrrho, anathematizatum tradidit:

[7] ἀναθεματισθέντων τῶν τοῦ μίαν θεανδρικὴν ἐνέργειαν, δυοθέλητα τῆς θεοῦ ἐπισκόπου, ὀνομάς ῥαίους, κύρου ἀλεξανδρείας, σεργίου, πύρρου, παύλου, καὶ πέτρου κωνσταντινουπόλεως.

[8] ἧς συνοδικὸν ἡγουῶτος τοῦ μὲν πάπα ῥώμης ἀγαθωνος τοποτηρητὴ, γεώργιος ἦν κωνσταντινουπόλεως.

[x] *In Synodo sexta œcumenica Constantinop. cap. 134. ad ann. Dom. 681.*

[y] *Historiar. compend. ad 13. annum Constanti Quarti.*

[9] Ἀγαθόνος τῆς θεοῦ ἐπισκόπου, ὀνομάς ῥώμης, κύρου ἀλεξανδρείας, σεργίου, πύρρου, παύλου, καὶ πέτρου κωνσταντινουπόλεως.

[z] *Bibliotheca Photii, cap. 19. de actis sexta Synodi.*

quemadmo-

quemadmodum & Judam Iscariotem sibi mortem conscivisse attestatur [a] Lucas in actis Apostolorum; quod in Evangelio, tametsi potuit post [b] Matthæum scribere, præterivit. Porrò de Beda condemnatum itidem Honorium in [c] Chronicis suis affirmante, Bellarminus ait, videri sciolum aliquem in eo libro addidisse nomen Honorii, quòd Beda libro secundo historiæ Anglorum loquatur sæpiùs de Honorio tanquam de optimo pastore. Ac rectè sanè Honorium quædam scripsisse de pietate colenda, de Paschate celebrando, &, ut pastorem haud pessimum decuit, de palliis [d] ibi refert Beda. Sed de Juda etiam Iscariote sæpiùs loquuntur [e] Evangelistæ, ut de laudabili operario: déque Dema [f] Paulus, ut de adjutore & commilitone suo. Num ergo ex critica Bellarminiana videtur sciolus quispiam in [g] Evangelistis addidisse, quæ Judam proditionis Christi accusant: aut in [h] Paulo, quæ Demam desertionis Pauli? At Honorium Beda in vita S. Bertolfi Abbatis, nunc beatum post mortem vocat, nunc sanctum; sagacem animo, vigentem consilio, clarum doctrina,

[a] Act.1.18.
[b] Matt.27.5.
[c] Lib.de sex ætatibus, seu (ut quidam inscribunt) de temporum ratione. Macarius cum suis sequacibus simul & præcessoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo, & Petro, anathematizatus est.
[d] Eccles. hist. Anglor. lib.2.cap.17. 18. & 19.
[e] Matt.9.38. & 10.5. Marc.3.14. & 6.12. Luc.9.6.
[f] Col.4.14. Philem.vers. 24.
[g] Matt.26.14. Marc.14.10. Luc.22.3.
[h] 2.Tim.4.10

doctrina, humilitate pollentem : quæ certè de Honorio non diceret, inquit Bellarminus, si eum pro damnato hæretico habuisset. Immo ipse profectò Bellarminus ostendit quàm inconsideratè dicat se nihil dubitare quin Beda senserit Honorium Catholicum semper fuisse : ac patêre ex vita S. Bertolfi Abbatis, quòd Honorium Beda pro viro sancto habuerit, etiam defunctum. Namque is, qui vitam Bertolfi Abbatis scripsit, erat (ut [i] declarat ibidem) comes itineris Abbati ad Honoriũ, quum privilegium istud, nequid juris ulli Episcoporum esset in Bobiense cœnobium, à* sancto Papa peteret atque impetraret. Honorius verò mortem obierat annis triginta priusquam Beda nascereturt : ut docet [k] hujus narratio de vitæ suæ cursu,

[i] *In vita S. Bertolfi Abbatis, inter opera Bedæ, tom. 3.* Percepto munere optato, ad patriam reversi sumus : quúmq; Bismantum venissemus, tanta vis febrium Bertolfum patrem oppres-

sit, &c. Ille inter ignes febrium accersivit me, &c. Sed quum ego dicterem omnia jam bene disposita esse, ille ait : Et tu ante stratum meum, per totam noctis metam, excuba. Quum ergo excubassem, &c. * *Sanctus Bernardus lib. 3. cap. 4. de consideratione, ad Eugenium Papam.* Subrahuntur Abbates Episcopis. Bonáne species hæc ? mirum si excusari queat vel opus. Sic factitando probatis vos habere plenitudinem potestatis : sed justitiæ fortè non ita. Facitis hoc quia potestis : sed utrùm & debeatis, quæstio est. Honorium ac dignitatum gradus & ordines quibusque suos servare posse estis, non invidere ; ut quidam vestrorum ait : Cui honorem, honorem. *Rom.* 13. 7. [k] *Bed. eccles. hist. histor. Anglor. lib. 5. cap. ult. & epitomes ejusdem historiæ conclusione : ubi, anno Domini septingentesimo trigesimo primo, ad annum ætatis suæ quinquagesimum nonum se pervenisse memorat.*

collata

collata cum [1] annalibus de illius obitu. Vitam igitur S. Bertolfi Beda non scripsit. Quod meæ rationi si nolit credere Bellarminus, credat [m] Surio suo, credat [n] Molano, credat [o] Baronio: qui omnes eam à Jona quodam scriptam esse, non à Beda, perhibent. Bedam autem ipsum, ac non sciolum quempiam, Honorii nomen ceteris damnatis conjunxisse, præterquam quòd cunctorum ejus exemplarium consensu fit pœne certum persuadent tùm vulgati codices sextæ Synodi, quorum ex aliquo rem acceptam oportuit, nec ullus, ex quo Beda haurire potuit, aliter legit, quum à prototypo usque in cunctis ita scriptum esse [p] agnoscatur: tùm [q] historici, Ado Viennensis Episcopus, Marianus Scotus, & Abbas Urspergensis, qui Synodi sextæ cum quinque præcedentibus acta ex eo loco Bedæ transcribunt integra simul pagina fere ad verbum, & eodem prorsus ordine, quo Beda, Honorium inter damnatos Monotheletas recensent. Anastasium denique Bibliothecarium Bellarminus annumerans suis, qui Honorium faciunt Catholicum, à [r] Bellarmino

[1] Hermann. Contract. Marian. Scot. Sigibert. Palmer. Onuphr. Baron. &c. qui Honorium obiisse cõsentiunt ante annum Dominicæ sextentesimum quadragesimum.

[m] De probatis sanctorum historiis, tom. 4. Augusti. die 19.

[n] Annotat. in Usuardi Martyrolog. ad 19. diem Aug.

[o] Tom. 8. ad annũ 626. cap. 38.

[p] Baron. tom. eod. ad ann. 681 cap. 28. & ad ann. 683. cap. 2.

[q] Locis in margine suprà indicatis, Maccarius, inquientes, cũ suis sequacibus simul & præcessoribus, Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo & Petro anathematizatus est.

[r] Cap. eodem §. Septimum.

mino redarguitur annumerante librum Pontificalem nostris, qui Honorium fuisse hæreticum testantur. Nam Pontificalis liber historia est de vitis Pontificũ Romanorum, quam, ut demus à Damaso, cui perperam [f] adscribitur, tam barbara & mendosa [r] diserto & docto viro; veruntamen ut demus ab eo [q] alióve ejusdem ævi & nominis inchoatam esse: contiuuatam saltem & suppletam post Damasi tempus ab Anastasio, tùm [x] Baronii lenior, tùm plenior [y] Onuphrii & [z] aliorum in eo versatissimorum assertio confimat. Atque adeò quod Anastasius in sua de Pontificum vitis historia tradit de Honorio à Synodo sexta damnato: id, ut cetera pleraq; per universum opus, iisdem verbis refert [a] liber Pontificalis. Quocirca Bellarminus, libro Pontificali objiciens Anastasium Bibliothecarium in Honorii causa, omnia perinde facit, ac si philosophaster quispiam, qui Antipodas nullos esse contenderet, fateretur quidem [b] somnium

[f] *Concilior. tom. 1. Ex libro Pontificali Damasi Papæ.*

[r] *Hieron. epist. 22. cap. 10. epist. 50. cap. 7. & catalog. scriptor. eccles. in Damas. epist. ad Hieronymum: inter epistolas Hieronymi, epist. 124.*

[q] Damaso Portuensi Episcopo: *ad quem habetur epistola, Eusebii Cremonensis nomine conscripta, de morte S. Hieronymi; inter opera ejus, tom. 9.*

[x] *Annotat. in Martyrolog. Rom. 16. die Septembr.* [y] *Præfat. ad Card. Farnesium, in Pontifices Romanos: & annotat. in Platinam, ad vitam B. Petri.* [z] *Papir. Masson. de episcopis urbis, lib. 2. in Eugenio I. Alfons. Ciacon. isagoge in vitas & gesta Romanorum Pont.* [a] *In vita Leonis II. Concilior. tom. 3. Venet.* [b] *Cic. lib. 6. de republica.*

Scipionis

Scipionis affirmare quosdam adversa nostris pedibus urgere vestigia: sed autorem autori opponeret, Scipionis somnio Marcum Tullium, tanquam id ipsum (oratione, opinor, antequam in exilium iret) pernegantem. Ita multitudine testium nostrorum Bellarminus, reliquos sex solos habens, obruitur. An verò antiquiores recentioribus itidem, ut paucioribus plures, objcit? Propemodum. Nam Emanuel Calleca, Blondus, Platina, Sabellicus, & Nauclerus, id est, omnes planè residui præter unum, in lucem aliquot postea seculis prodierunt, quàm omnes Cani testes, excepto ad summum uno, [1] si uno, è vivis excesserant. Verùm, quod caput est, & in primis spectandum, posthabita autorum seu multitudine, [c] quam ad mala sequi prohibemur; seu antiquitate, quam [d] Christus in Pharisæis sprevit: minùs

[1] *Pselli carmen de Synodis [in Cyri Theodori Prodromi epigrammatis] Johanni Pselloadscribitur. Qui si æqualis fuit Michaelis Pselli, aut Michael (cujus tractatus de Synodis [extat Jo. Jacobo Frisio] in Cæsarea bibliotheca Viennæ extat manuscriptus) id carmen carminisve argumentum composuit: Pselli, recentissimus omnium Cani testium, Calecam, anti[quissimum à] quinque Bellarmini, trecentis, aut quadringentis annis præcessit. Nam ille ante annum Domini octingentesimum quinquagesimum fortassis, certè ante millesimũ sexagesimum floruit: [Cedren. historiar. compend. in Michaele Theophili Imperatoris filio. Zonar. annal. tom. 3. in Michaele filio Constantini Ducæ.] Calleca autem vixit post tempora Concilii Lugdunensis secundi: [Concilior. tom. 3. Venit annotat. marg. ad epistolam Agathonis & Romanæ Synodi, in Synodi sextæ Constantinopolitanæ act. 4. Onuphr. annot. ad Platinam in Honorio I.] quod sub Gregorio X. Papa celebratum est anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto.*

[c] Exod. 23. 2. Hebr. רבים [d] Matt. 5. vers. 21. & 27. & 33.

sunt

sunt veraces & fide digni auctoribus nostris, hac in causa, tùm quinque recentiores, Calleca ceterique; tum unus antiquissimus, S. Maximi nomine fucatus & palliatus. Etenim Honorii scriba, cujus verbis nititur testimonium totum [c] S. Maximi, [f] suprà ex Maximo ipso est convictus, non modò verum celasse, sed etiam falsum dixisse, ut & veteris heri sui memoriam à culpa vindicaret; & novi (Papæ Johannis Quarti) benevolentiam obsequio demereretur. [g] Calleca, Dominicani ordinis fraterculus, eandem scribæ Honorii, sub glorioso beati Maximi tunc viventis nomine, * confibulam pro capite Pontificiæ staturæ apparavit. [h] Blondus, qui [i] Pio Secundo Papa judice, non satis diligenter examinavit quæ scripsit, nec quàm vera, sed quàm multa scriberet, curam habuit, ait *Heraclium, Monotheletarum haud sin amplexum, admonitum erroris tanti per literas & nuncios ab Honorio, passum esse Pyrrhum patriarchatu ejici, & in Africam relegari.* Quod [k] Sabellicus item, & [l] Platina, & [m] Nauclerus, in Blondi quasi vestigiis insistentes, referunt. Mendacium tàm abhorrens ab omni specie veri, ut nec Bel-

[c] *Dialogo contra Pyrrhum suprà sæpe citato.*
[f] *Paragr. 41.*
[g] *Lib. contra Græcos: apud Turrecrematam, summ. de ecclesia, lib. 2. cap. 93.*
* *Ezek. 13. 18.*
[h] *Decad. 1. lib. 9.*
[i] *Commentariorum suor. lib. 11.*
[k] *Ennead. 8. lib. 6.*
[l] *De vitis Pont. in Honorio I.*
[m] *Chronogr. volum. 2. generat. 21.*

larminus id ab Honorio factum dicere uſquam auſus ſit, firmiſſimo ceteroqui præſidio ſibi futurum; & [n] Baronius fictum oſtendat haud obſcurè, dum Pyrrhum poſt Heraclii mortem ſponte in Africam profugiſſe narrat: [o] Andradius verò ac [p] Turrianus clariſſimè refellant, tùm ex hiſtoricis multò, quàm illorum quiſquam eſt, vetuſtioribus, Theophane & Anaſtaſio, qui Johannem Quartum fuiſſe primum Papam, à quo diſciplina Monotheletarum damnata ſit, indicant; tùm ex Bellarmini primario teſte Maximo, qui Pyrrhum nunquam aſſerit ab Honorio damnatum, quod neque ignorare potuiſſet vir tantus, purgandi Honorii cupidiſſimus, neque argumentum adeò ſufficiens ad confirmandam cauſam ſuam prætermittere.

[n] Tom. 8. ad ann. 642. cap. 1.

[o] Defenſ. fid. Trid. lib. 2.

[p] Lib. de ſexta, ſeptima, & octava Synodo.

47 Quæ Baronius videns, et Jebuſiticam turrim, cujus tam multos clypeos contrivit, inſtruere viciſſim aliqua parma cupiens, conatur non modò cunctos Patres & hiſtoricos, ſed theologos etiam ſuos, qui Honorio anathema dictum tradunt, breviore fraudum compendio propulſare. Nam poſtquam multiplicium calumniarum

calumniarum suarum contextum, quo dissensit Honorium condemnatum non esse à sexta Synodo, [q] concluſisset his verbis; *quum præsertim, qui antiquior ceteris atque fidelior hujus temporis res gestas scriptis mandavit Theophanes, nullum penitus de Honorii condemnatione verbum habuerit: Ex quibus*, inquit, *omnibus corrigendi sint, qui, post promulgatas Synodi actiones à Theodoro (ut diximus) depravatas, id de Honorio affirmarunt, secundum quod in eis repererint esse scriptum, nulla altiori de veritate facta indagine, sive hi fuerint Græci, sive Latini; et inter hos recentior autor, quem voluissem sensibus potiùs* [r] *canum quàm nomine, totus præceps in ferenda de re tanta sententia, dum leviter admodum fuisse Honorium hæreticum (nondum inspecta & dijudicata ejus epistola, cujus causa ponitur esse damnatus) affirmat.* Ubi primò, Theophanem ceteris scriptoribus rerum tempore sextæ Synodi gestarum antiquiorem faciens, mentitur [s] teste seipso: qui tùm [t] Bedam & [u] septimæ Synodi Patres indicat præcessisse [x] Theophanem; tùm [y] ostendit à Beda scriptum esse librum majorem de temporibus, (de sex ætatibus chronicon,) & in [z] epistolis

[q] *Tom. 8. ad ann. 681. cap. 31.*

[r] *Melchior Canus de locis, lib. 6. cap. 8. ad 11.*

[s] *Tom. 9. ad ann. 731. cap. 18.*

[t] *Ad ann. 787. cap. 1.*

[u] *Ad ann. 813. cap. 8.*

[x] *Ad ann. 731. cap. 15.*

[y] *Ad ann. 785. cap. 9. & 48. ad ann. 787. cap. 38. & 49.*

Patrum referri Synodicas actiones, ideóque res gestas, quales ex epistolis plus millies enarrat. Secundò, se quoque teste, haud multo minus peccat, quum eundem ceteris fideliorem fuisse asserit: quod, animadvertentibus quæ de singulari sanctimonia [z] Bedæ ac [a] multorum septimæ Synodi Patrum memorat, manifestum fiet. Tertiò, si omni armatura fortium, teste item ipso, instructus [b] Jesuita Illyrico tres citanti testes, qui nihil de re proposita dixerint, rectè respondet; *Quid quæso valent tres muti testes adversus tam multos loquentes, fidéque dignissimos, quos nos protulimus? sanè in quovis tribunali multo plus ponderis habent duo tresve homines qui affirment, quàm viginti qui neque asserant, neque negent*: quàm futiliter agere censendus est Baronius, qui adversus, non dico viginti, sed vicies viginti testes loquentes, dignissimosque fide, producit unum mutum? Quartò, ut ponamus, quòd falsò rursum inculcat, corrupta esse à Theodoro acta Synodalia, iniquè tamen innuit deceptos ideo cunctos, seu Græci fuerint, seu Latini, qui Honorium inter damnatos numerárunt: quum fiat hoc in epistola,

quam

[z] *Ad ann. 731. cap. 23. & 27.*
[a] *Ad ann. 787. cap. 2. & 3.*
[b] *Bellarminus, de translat. Imper. Rom. lib. 3. cap. 4.*

quam ad Agathonem à Latinis & Græcis sextæ Synodi Patribus, quos centum quinquaginta minimùm fuisse [c] confitetur ipse, scriptam desiderant acta, sicut & ab ipso [d] annotatum est. Quintò, causæ obtrectat per Melchiorem Canum, quasi totus præceps admodúmque leviter Honorium is affirmet hæreticum fuisse, nondum inspecta & dijudicata epistola; ob quam damnatus esse ponitur. Num ipse præceps potius? Nam quomodo se defendet, concesso Canum Honorii epistolam non legisse ac dijudicasse, quod tamen unde potuit opinator scire? sed quomodo se ab eodem crimine defendet, qui Paulum Samosatenum (Petri successorem in Antiochena sede, perinde ac Honorius erat in Romana,) hæreticum fuisse [e] scribit, nunquam auditis & examinatis ejus verbis, ex quibus convictum, ut Honoriũ ex literis, [f] Patres attestati sunt? Sextò, perstringit obliquè ceteros omnes itidem ut Canum, tanquam Honorium ex actis tantùm condemnassent, nec altiorem ullam de veritate fecissent indaginem: nonnulla cum injuria *doctissimi* (quo epitheto eum magnificat [g] ipse) *Turria-*

[c] *Tom. 8. ad ann. 680. cap. 40.*

[d] *Ad ann. 681. cap. 49.*

[e] *Tom. 2. ad ann. 265. cap. 2.*

[f] *Apud Eusebium, hist. ecclesiast. lib. 7. cap. 23. & 24.*

[g] *Tom. 8. ad ann. 633. cap. 9.*

mi, [b] qui probatam Baronio indaginem fecit ex Honorii epistola inspecta, perpensa, dijudicata; & (ut [i] Alfonsius Castrius censet) *triumphat de Pighio*, acerrimo adversariæ sententiæ primipilo. Ceterum generalem hanc responsionem, ad quorumcunque Græcorum & Latinorum testimonia, emendat meliore speciali Baronius ad quædam per epistolas lata: qualia sunt Tharasii, Theodori Jerosolymitani, Patriarcharum Orientalium, & Nicænæ Synodi secundæ. Quippe superioribus verbis hæc [k] subjungit: *Sed & quod in epistolis quibusdam successoris Agathonis S. Leonis Papa, sive aliis, eatenus ut in Synodo adnumeratus habetur Honorius inter hæreticos condemnatos: eas ex pluribus argumentis spurias esse convinci, suo loco dicturi sumus; tu de illis interim tuum suspende judicium.* Unde quum lectorem suspensum ab octavi tomi editione ad editionem usque noni tenuisset expectatione argumentorum plurium quæ convincerent spurias, non modò nullum tale affert suo loco, sed germanas esse cunctas agnoscit. Nicænæ quidem Synodi ad [l] annum Domini septingentesimum octogesimum septimum;

[b] *Lib. de sexta, septima, & octava Synodo.*

[i] *De justa hæreticor. punit. lib. 2. cap. 23.*

[k] *Tom. 8. ad ann. 681. cap. 31.*

[l] *Cap. 49.*

mum; Tharasii autem, Theodori, atque Patriarcharum, tùm ad [m] eundem, quo lectæ, tùm ad [n] alterum quo scriptæ sunt. Quin etiam in earum una, ex qua sola Honorium nominatim damnatum ita [o] recitat, *Submitto anathemati Cyrum, Sergium, Honorium, Pyrrhum, Paulum, at Sodomiticam vitam*, &c. Honorii nomen [a] alio charactere pingendum curavit, quàm reliqua: velut hinc lectori, puto, in memoriam revocare volens, quid de epistolis istis suo loco dicturum se pollicitus esset, quod quum præstare non posset, tu de illis diutius judicium tuum ne suspende. Nec verò [p] Bellarminus dissimili artificio disputationem suam sic orditur: *Pro Honorio scripserunt Albertus Pighius lib. 4. hierarchiæ Ecclesiasticæ, cap. 8. Hosius lib. 2. contra Brentium, Johannes à Lovanio in libro de perpetua cathedræ Petri protectione & firmitate, cap. 10. & Onuphrius in annotatione ad Platinam in vita Honorii; quorum rationes multò sunt efficaciores, quàm adversariorum, ut patebit, in solutione argumentorum.* Nam ex Pontificiis, quales [q] notat quatuor pro Honorio scripsisse, nonnullos contendere Honorium hæreticum

[m] *Cap. 21.*
[n] *Ad ann. 785. cap. 5. 42. & 48.*
[o] *Ad eundem ann. cap. 9.*
[a] Italico, *quæ appellant, in editione Romana & Antuerpiensi, ubi cetera charactere Romano excudun-tur*: Romano *autem in Moguntina, ubi cetera Italico.*
[p] *Capite sæpe citato. §. At pro Honorio.*
[q] *Ibid. §. 1.*

ticum fuisse confitetur, Canum autem solum nominat, astutè: quum posset etiam [r] Turrianum, [s] Alfonsum à Castro, [t] Franciscum Joverium, [u] Hieronymum de la Rua, & [x] Bartholomæum Carranzam; si lapsum in Agathonis epistola explananda, ut [y] Bellarmino placet, at minùs turpiter tamen quàm [z] Pighius lapsus est, qui amplissimè falsa enunciatione, *ex omnibus*, inquit, *horũ temporum scriptoribus & certissimæ fidei historiis clarissimè constat, eundem illum Honorium fuisse primum hujus hæresis damnatorem.* Pighianorum porrò rationes multo efficaciores esse quàm nostrorum, idque patefacturum se in rationum nostrarum solutione affirmat, gemino tantùm mendacio in speciem, sed utroque revera plurimis (quod ex quaque solutione ipsius à nobis dissoluta patet) ita fœto, ut Baronianum hac ex parte compendium longo intervallo post se relinquere videatur.

48 Testis sit igitur iste Bellarmini Baroniique labor ad quæstionem gravissimam, de erroris in fide nunquam incurrendi privilegio Papæ hæreticè arrogato, quàm

[r] *Lib. de sexta, septima, & octava Synodo.*
[s] *De justa hæreticor. punit. lib. 2. cap. 23.*
[t] *Sanction. ecclesiast. 3am Synod. quam Pont. class. 1. in sexti Concilii propugnacula.*
[u] *Controversiar. theologicar. part. 1. controversia. 3. scholastica. Quod opus editum est, Superiorũ permissu, cum privilegio Papæ Gregorii XIII. Romæ. M. D. LXXXIIII. biennio antequam primus disputationum Bellarmini tomus excuderetur Ingolstadii.*
[x] *Summa Concilior. in sexta Synod. Constantinop. act. 4. & 13.*
[y] *Cap. cod. §. Ad quintum.*
[z] *Lib. 4. hierarchiæ Ecclesiastice, cap. 8.*

XUM

quàm verè [a] Justus Calvinus Veteracastrensis, non solùm eos nominet *Doctores incomparabiles*: sed *à nobis* etiam *crimina impudenter Ecclesiæ Romanæ impingi* [b] asseverans, quòd Honorium inter alios Pontifices errasse contendamus, subtexat; *Contra quam injuriam jam satis fortiter venêre multi Catholici, & inter primos Bellarminus, libro quarto de Romano Pontifice, capite octavo, & sequentibus ad decimum quintum usque.* Inter quæ tantopere à se prædicata Bellarmini capita, si, ut partem [c] unius de Johanne Vicesimo secundo à me priùs [d] alibi refutatam, sic [e] alterum de Honorio jam discussum integrum, adhuc ita fortiter invictum arbitrabitur, ut me, qui eos ambos doctrina errasse [f] asseram, injuriam militanti Ecclesiæ feciſſe, criminâq; falsa impegisse contendat: ostêdat suis scriptis quæ sub alienis testimoniis jactat, proverbii memor, quo Episcopum Ebroicensem illustris [g] Mornæus in campum provocat ad probandas suas criminationes, [h] *Ecce Rhodus, ecce saltus*; nec satis habeat dicere (quod [i] fecit contra opus de Romanæ Ecclesiæ idololatria) me *convicia in Baronium & Bellarminum* jecisse,

[a] *Præscriptionum adversus hæret. perpetuas. tract. 4. in argumento libri.*

[b] *Tract. 3. in analysi cap. 2.*

[c] *Capitis decimi quarti.*

[d] *De Rom. Ecclesia idololatr. l. 1. c. 7. §. 8. & sequentib.*

[e] *Caput undecimum.*

[f] *Thes. 2. §. 14.*

[g] *Respons. ad librum ab Episcopo editum de ipsorum colloquio Fontebell. in præmio.*

[h] Αἶνος Αἰσώπου, ἐν Ῥόδῳ πήδημα. *Æsops fab. κομμωτικ.*

[i] *Præscript. adversus hæret. perpet. tract. 4. in arg. libri.*

ciſſe, paginásque multis nugis repleviſſe, ac ſeditionis faces inferre ſcholis conatum eſſe. Meas enim firmis documentis munitas utriuſvis eorum reprehenſiones convicia non cenſendas, didiciſſe potuit ex [i] Ciceronis diſtinctione definitionéq; , quum ait; *Aliud eſt maledicere, aliud accuſare: accuſatio crimen deſignat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teſte confirmet: maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ, ſi petulantius jactatur, convicium; ſi facetius, urbanitas nominatur.* Convicia quidem ipſe in me, tùm hæc intorquet, tùm alia graviora: non ſolùm opus meum [k] nuncupans *blaſphemum*, ſed etiam me [l] *ſectarium*, [m] *hæreticum*, *Sanctorum in cœlis contemtorem*, [n] *Manichæis (hominibus ſuperbè delirantibus, carnalibus, loquacibus, ſacrilegè temereque in orthodoxos invectis) ſimilem.* Ipſe faces impiæ ſeditioni [o] ſuggerit, *cæcam obedientiam*, à [p] me perſtrictam approbando: & ſcholas [q] ad Phariſaicam cæcorum ducum diſciplinam à fide Chriſti [r] cernentis, [s] illuminantis, [t] videre jubentis, ſeducendo. Ipſe nugatoriè, tanquam contra meam ſcilicet ſententiam, [u] qui *hæreſim*, vocem hodie atrociùs

[i] Orat. pro M. Cælio.

[k] Tract. 1. analyſ. cap. 5.
[l] Tract. 2. analyſ. cap. 10.
[m] Tract. 1. analyſ. cap. 33.
[n] Tract. 4. in argum. libri.
[o] Ibidem.
[p] Epiſt. ad Anglica Seminaria Romæ & Rhemis. §. 7.
[q] Matt. 15. 14.
[r] Heb 4. 13. 1 Joh. 1. 9. Eph. 1. 18. Heb. 10. 32. Apoc. 3. 18.
[s] Marc. 4. 24. & 8. 15.
[t] De Rom. Eccleſiæ idololatr. lib. 1. cap. 4.

ùs sonantem, tantò leniùs olim sonuisse interdum, ut Christiana fides à Constantino *catholica sanctissimáque hæresis* dicta sit, notaveram, ait [x] *nomen hæreseos minùs odiosum habitum olim quàm hodie: sed verba valere usu, Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.* Ac nugatoriè rursum adversus probationes, quibus Pontificii divinum cultum [y] Petro, [z] Mariæ, [a] panis crustulo deferre convincuntur, & [b] salutem à ligneis simulacris poscere, inficiationem sub veterum Catholicorum larva nudam [c] ostentat: *Neque nunc*, inquiens, *Petrum, aut Mariam, aut panem pro Deo colimus, neque alium Salvatorem quàm Christum.* [4] *Nota bene.* Et iterum nugatoriè, postquam Magdeburgensibus, quos *peccata quindecim S. Petri cõmentos* [d] asserit sycophãta, dixisset [e] *me astipulari*, de uno lapsu ex illis quindecim subjungit: *Sed quid de toto negotio sentiendum sit, quidq; olim S. Patres Græci & Latini senserint, præclarè ab Illustrissimo Bellarmino nostro explicatum est libro primo de Romano Pontifice, capite vicesimo octavo.* Loquentia prorsus simili, ar-

[x] Tract. 1. analys. cap. 5.

[y] De Rom. Eccles. idololatr. lib. 1. cap. 6. §. 8.

[z] Lib. eod. cap. 2. §. 4. & 5.

[a] Lib. 2. cap. 6. §. 6. & epist. ad Anglicorum Seminariorum alumnos, §. 2.

[b] Lib. 1. cap. 3. §. 13. & lib. 2. cap. 3. §. 69.

[c] Tract. 4. analys. cap. 1. annot. ad margin. verborum Augustini de moribus eccles. cathol. a: cujus injustè à Manichæis accusata, sæpè nobis justè convicios, similes vola videri.

[4] Id κοσμικῶς compendio duorum literarum, N. E. significat.

[d] Tract. 1. analys. cap. 23.

[e] De Rom. Eccles. idololatr. lib. 1. cap. 4. §. 3. & sequentib.

que

[f] Act.24.verſ. 1.
[g] verſ.5.
[h] verſ.12.
[i] verſ.9.
[k] De Rom. Eccleſia idololatr. lib.1. cap.4.§. 17.
[l] Heb.12.3.
[m] Luc.11.45. ὑβριστὴς ἐστιν.
[n] Luc.23.5.
[o] Joh.8.48. Σαμαρείτης εἶ σύ.
[p] Matt.9.3. & 26.65.
[q] Act.5.41.
[r] Rom.8 29.
[s] Matt.10.24.

que ſi [f] Tertullus, Paulo diluenti [g] objectum ſibi à Judæis crimen ſeditionis [h] reſponſione veriſſima, *Neque me in templo invenerunt cum aliquo diſſerentem, aut coitionem turbæ facientem, neque in Synagogis, neque in urbe; neque probare poſſunt ea de quibus nunc me accuſant*; regereret nihil aliud, niſi, Quid de re tota ſentiendum ſit, quidque Jeroſolymis viri graves ſentiant, præclarè ab Illuſtriſſimo Anania noſtro explicatum eſt in [i] aſſerendis illis quæ Paulo obiecimus. Nam ut Ananiæ aſſertionem Paulus, ſic [k] ego Bellarmini antè refutaveram: & lapſum, de quo agitur, à Magdeburgenſibus meritò inter alios S. Petri quatuordecim recenſeri docueram. Quapropter, niſi nugis hujuſmodi relictis attulerit Tertullus Veteracaſtrenſis acutiora tela, quàm omnia ſuperiora ſunt, ad armaturam noſtram penetrandam: ego, [l] iniquorum contradictionem adverſus Jeſum Chriſtum, ut [m] conviciatorem, [n] ſeditioſum, [o] hæreticum, [p] blaſphemum recordatus, habebo cum [q] Apoſtolis cur [r] ei me conformem ita reddi gaudeam. [s] *Non eſt diſcipulus ſupra doctorem, nec ſervus ſupra dominum ſuum.*

suum. Sufficiat discipulo ut sit sicut doctor ipsius, & ut servus sit sicut dominus ipsius. Si ipsum patremfamiliâs Beelzebul vocârunt: quanto magis domesticos ejus?

49 Quo meipsum etiam consolationis genere sustentabo, tametsi vos, alumni Seminariorum, ad quos do meas literas, ut [t] Ezekias suas eodem argumento ad Israelitas misit, Veteracastrensis vestigia prematis. Nimirum & [u] ex filiis Israelis multi nuncios cum literis ab Ezekia missos deridebant ac subsannabant. Neq; defuerunt tamen inter [x] eos qui piis monitis acquiescerent, & ad sincerum Dei cultum reverterent. Quorum faxit Optimus Maximus Pater luminum & miserationum, per singularem suam in Jesu Christo gratiam, ut inter vos existant similes nonnulli: & [y] Hoseę prophetę postremam ad Jsraelitas cohortationem insculpat Anglorum animis, eos imitantium; *Quis sapiens est, ut intelligat ista? intelligens, ut agnoscat ista? nam rectæ sunt viæ Jehovæ, & justi ambulabunt in eis; defectores autem impingent in eis.*

[t] 2. Chr. 30. vers. 6.

[u] vers. 10.

[x] vers. 11.

[y] Hos. 14. 9.

PSAL. 68. 29.

Præcepit Deus tuus robustum esse te: corrobora, ô Deus, quod operatus es in nobis.

Iohannis Rainoldi Angli ad transmarinos typographos *admonitio.*

QUintilianus, suos de institutione oratoria libros studiosis cupiens quamplurimum prodesse, Tryphonis bibliopolæ, qui eos à librariis describendos curabat, diligentem [a] requirit operam, ut in manus hominum quàm emendatissimi veniant. Nimirum non modò voces, sed syllabæ, sed literæ, immo & interpunctiones nonnunquam immutatæ, additæ, detractæ, vel obscurant lucem & intellectum sententiarum, vel etiam veritatem corrumpunt & adulterant. Quo nomine quanto magis enitendũ duxi in operibus meis de rebus theologicis, præsertim in novissimo de Romanæ Ecclesiæ idololatria, ut aut nulla

[a] *Epist. ad Tryphon. bibliop.*

la prorſus typographi noſtri prelo ſubreperent errata, aut, ſiqua ſubrepſiſſent, indicarentur corrigenda, corrigerenturve calamo: tanto acerbiùs dolentiúſque tuli [b] exterum typographum, quum recuderet ultimum, nec caviſſe quin plurimis cujuſque generis mendis id contaminaret; & [c] mea tamen verba, quibus *typographica errata calamo correcta eſſe* admonueram, editioni ſuæ haud correctæ intexuiſſe. Ejuſdemmodi quidem nonnihil in iteranda priore harum theſium editione peccârat [d] alius: qui ſuppreſſit verſus præmiſſos theſibus explicandis, & tamen hoc præfationis, *eas editas eſſe prout erant deſcriptæ verſibus*, ex editionis meæ verbis in ſua poſuit. Mirum ni miraturo lectore attentiore cur tandem adjeciſſem, *prout erant deſcriptæ verſibus*, quando nullus uſquam verſus appareret: ac putante forſitan typographo majeſtatem argumenti minui appoſitione carminis, rei ludicræ. Quanquam ego contra [e] Briſtoum, noſtra omnia perinde abjicientem, quaſi Papiſtæ [*] ſcilicet eſſent populus, & moritura foret cum ipſis ſapientia, puerilis item ritus à [f] nobis, tanquam coram arca ſaltantibus, receptos,

[b] *Jacob. Starr, anno Domini 1598.*

[c] *Admonit. ad lectorem, §. 8.*

[d] *Theophilus Regius, 1586.*

[e] *Motiv. 31.*

[*] Job. 12. 2.

[f] 2. Sam. 6. 16.

receptos, ne ineptias celari diceret, oſtendendos cenſui. Neque ſanè video cur nos hujuſce magis conſuetudinis pudeat, quàm [g] Socratem grandævum Æſopi fabularum redditarum carmine : aut ſanctum [h] Auguſtinum popularis cantici, pro rudiorum captu, adverſus Donatiſtas ſcripti. Verum alter ille majorem incutere poſſit lectori admirationem, dum me dicentem facit, *correctas eſſe mendas quæcunque obſervatæ ſunt*, in ea editione, quæ nullam è permultis, quibus [i] paſſim ſcateat vitiis : ſed in iis quæ falſo & abſurdo ſenſu graviorem rerum ac offenſæ cauſam nonnullis allatura videri meritò queant. *Exempli gratia, pag. 94. lin. 2. ubi Pontificios beatæ Virgini tribuentes honorem Chriſti proprium perſtringo Bernardi voce*, Non eſt hoc Virginem honorare, ſed honori detrahere; *habet illa editio*, Non eſt hoc Virginem adorare : *quaſi vel creaturam adorandam faterer, contrà quàm docui ex Matthæo*, Dominum Deum tuum adorabis ; *vel negarem cultum ſoli Deo debitum cum ea communicari, quod ipſum fieri queror. Pag. 121. lin. 2. ubi de Hieronymo Petrum errâſſe affirmante dico*, Quem errorem ejus poſtea vocat pravæ confeſſionis errorem ; *habet illa editio*, pravè, *pere, ut adverbium, pro* pravæ *adjectivo : tanquam Hieronymum potius de Petro perperam loquutum, quàm Petrum ſure ab eo errore hujuſcemodi notatum arguerem. Pag. 473. lin. 7. ubi, ne Euſebium putaret malè vertiſſe, caſtigo Græcum exemplar iſtâ marginis nota*, Non φωρὶ, ut legitur mendosè in Euſebio ; ſed φωρὶ, ut legendum ex Theodoreto patet; *primùm pèr o μικρὸν, poſteriùs per ω μέγα, habet illa editio*, Non φωρὶ, ut legitur mendosè in Euſebio, *per ω μέγα priore loco. Etſi præjudicio majore veritatis, quàm quod, ubi ſcripſi* carnis patrem Græcè dici Papam, ſeu Pappam, (*alterum ſimplici, p, in medio vocis, alterum gemino,*) qualis erat Pappa nothorum plurium pater Alexander Sextus ; *editio illa, pag. 550. lin. 2. habet*, Papam ſeu Papam, *ſimplici p, utrumque : tamen haud majore ſatietate ſpectie,*

[g] *Plato in Phædone.*
[h] *Retract. lib. 1. cap. 20.*
[i] *Non ſolùm in arithmeticis notis ad margines citatos locos indicantibus, aut in contextu interpunctis, verborúmve particulis, minorem rerum attentis & eruditis lectoris moleſtiam incommodóque*

per antitheſin dicere, Non φωρεῖν ſed φείδεσθαι; *ac per disjunctionem*, Papam, ſeu Papam. *Cetera de genere hoc (adeò ſunt multa) lequacem delaſſare valent Fabium: in Hebraicis, ut* ה֫ראי *per* cheth, *pro* ה֫ראי *per* he: *in Græcis, ut* ἀνθρὼν *pro* ἄνθρωπος: *in Latinis, ut* ſecundum, *pro* ſeculum; Eccleſiaſticæ, *pro* Eccleſiaſtæ; fruſtra *pro* fruſtra; mentione, *pro* mentioni; vera, *pro* veræ: *in notis numerorum, ut* part. 3. *pro* part. 2. lib. 2. *pro* lib. 1. cap. 10. *pro* cap. 8. & 11. lib. 5. cap. 10. *denique in periodi, membri, incisi, interrogationis diſtinctionibus & interpunctu, partim vel inſertis malè, vel omiſſis; partim incommodè pro ſe invicem poſitis: quæ ſi omnia, quamquam non notatis paginis & lineis recenſere vellem, paginas complures ſimilibus aut pejoribus erratis impleturas eſſem.*

tet, habet correctam. Quamobrem & illam notationem meam monendi ſunt, qui legent, ad [k] primam Oxonienſem editionem ſpectare, cujus ipſe curam ſic emendandæ ſuſcepi: & orandi, ſiqui meorum quicquam recudent, ut, licet excuſatas velint paucas maculas, quas humana infirmitas cavere prorſus nequit, incuriam tamen vitent, & cudendum quàm poſſunt emendatiſſimè curent. Beatus [l] Irenæus cujuſdam *libri ſui adverſus Valentinianos ſcripti exſcriptorem* graviſſimè *per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per adventum ejus ad judicandum vivos ac mortuos adjurat, ut conferat quod tranſcripſit, & ad exemplar, unde tranſcripſit, corrigat accuratè, adjurationémque iſtam ſimiliter tranſcriptam exemplari inſerat.* Utinam typographi, conſcientiam ſuam adjuratricem loco

[k] *Oxon. apud Joſephum Barneſium M. D. XCVI.*

[l] *Apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 19.*

loco Irenæi habentes, parem diligentiam, ac ille postulat, adhiberent in conferendis & corrigendis omnibus quę excudunt: saltem quæ adversus Valentinianis similes Pontificios, hæreticos sacrosanctæ veritati Dei prætextu traditionum infestos, exarata sunt. Quòd si quis, ad lucrum attentior quàm ad officium, laboret, non ut maximo cum legentium fructu, sed ut suo minimo cum sumtu rem expediat: ego talem ejus sobolem pro mea reputari nolo. Non quòd imitari velim Bellarminum: qui priorem primi sui tomi editionem, (haud malè, si damnasset alio respectu, nempe ut Oedipodem & perniciosam prolem,) [m] negavit se pro sua deinceps agnoturum, postquam recognitam auctámque typis mandasset. Nam hoc & Pontificiis iniquum; nec immeritò, videbitur opinor, sic perire sibi libros quos mercati sunt, ob nescio quas adjectiunculas: & novos coëmendi necessitatem imponi, nisi parvi censeant referre germanumne, an spurium Bellarminum habeant. At eisdem multo iniquius videri meritissimè posset, si [n] Lindani autoritas urgeretur serio adversus Romanensia dogmata, quia pro his

[m] *Admonit. ad lect. & typographos de recognitione operis. Anno 1596. Ingolst. apud Sartorium:* Hanc unam editionem, à me recognitam & castigatam, ut meam deinceps agnoscam.

[n] *Panopl. Evang. præfat. ad lect.*

vocibus ē [o] Cypriano citatis, *Si ad divinæ traditionis caput & originem revocemur, cessat error humanus*, [p] typographus Colonienſis legit, *cessat error Romanus*: aut [q] Onuphrii, contra Cardinales omnes ut impuros homines; quia loco notæ ad Platinam adjectæ, *Nullum canonicè constituere ne haberi posse pro Pontifice, nisi qui duarum partium ex carnalibus integra suffragia tulerit*, [r] Coloniæ quater excusum est, *duarum partium ex Cardinalibus*: aut [s] Sanderi, ad apicem Papatus [t] Gregorianæ perbiæ ſtigmate inurendum; quia ibi ille ſcripſerat *Wolfaum eatatu summo nixum esse primam totius Ecclesiæ sedem occupare, ac unitatis sacerdotalis fastigium conscendere*, [u] typographus Ingolſtadienſis edidit, *vanitatis sacerdotalis fastigium*. Quamobrem vel iſta ratio me turebitur, ut opus typographicis mendis depravatum tanquam ſuppoſititium & alienum partum abdicem: vel admoniti inde typographi tranſmarimi correctiùs edant mea, ſi typis ea rurſum mandando ſe putârint facturos operę pretium. Ita Samuelem utrumque, tam recentem hunc & vivaciorem, quam illum priùs editum

[o] *Epiſt. 74. ad Pompeium.*

[p] *Maternus Cholinus, anno Dom 1575.*

[q] *Annotat. ad Plat. in vita Clementis V.*

[r] *Apud Maternum Cholin. 1574. Apud Henricum Falckenburg. 1593. Apud Bernard. Gualther. 1600 Et rursum ex officina Mat. Chol. sumtibus Gosuini Cholin. anno eodem.*

[s] *Lib. 1. de ſchiſm. Anglic.*

[t] *Greg. l. epiſtolar. lib. 4. epiſt. 32. 34. & 36.*

[u] *Wolfgang. Edemo, 1588.*

tum & propiorem morti, pro meo agnituris sum. Quanquam adversarium minimè ingenuum esse arbitrabor, siquis reprehendet quicquam in priore, quod posterioribus curis ipse castigârim. Quum præsertim ego ne adhuc quidem asseverare ausim, nullam porrò limam in eo desiderari. [x] Samuel puer ab Eli didicit, se errasse: [y] nec adultus omnis erroris expers fuit. Duntaxat universam summam doctrinæ congruere cum certissimo veritatis canone, pronuncio, quia scio: ac Deum illo [z] die, quo cujusque opus manifestum fiet, igníque vim effugient aurum, argentûm, lapides pretiosi, demonstraturum confido. Valete: & hanc quoque admonitionem, ut Irenæus de sua adjuratione rogavit, siquis fortè vestrum recudet theses meas, unà quæso excudito.

[x] 1.Sam.3.8.
[y] 1.Sam.16.7.
[z] 1.Cor.3.13.

ERrata typographica, quamvis perpauca intelligenti lectori moram objectura, si unicum * asteriſco ſignatum emendaverit, notare viſum eſt corrigenda: graviuſcula ſaltem, quotquot animadverti. Leviora ſi fortè non notârim omnia, quæ plura, quàm ſperaveram, occurrût immutatis, omiſſis, aut redundantibus, literis, accentu, interpunctione, intercapedine vocum; ut [a] indictiene, *pro* indictione; [b] patim, *pro* partim; [c] notiſsimuo, *pro* notiſsimo; [d] πεῦγμα, *pro* πεῖγμα; [e] δελδίετ. *pro* δυαλδίετ, [f] ἐνυέγα, *pro* ἐν μέγα; [g] execrandam, imanitatem, *pro* execrandam immanitatem; *& in quibuſdam exemplaribus*, [h] terna, *pro* æterna: *condonet lector æquus, nihil inde moleſtiæ ſenſurus, uti ſpero; &, ſiquando rurſum excudetur opus, corriget diligens emendet.*

Pag.	Verſ.	erratum.	lege
16	cum civi.	cum civibus	fedus cum civibus
20	tiam	perverſir-	perverſi-
68	niculos	Phari æorum	Phariſæorum
74	pulcra	virtum.	[i] virtum.
79	tatis.	Criſtum	Chriſtum
117	onho-	dedicerat	didicerat
121	ẽto	Spirtu	Spiritu.
123	expedi-	morieretur	moreretur
144	ritantes.	mulum	multum
*160	nem à	e orant	[k] pro mortuis orant
270	pervagen-	illuſtrius.	illuſtribus
291	pragma-	ejuſem	ejuſdem
336	*hom. nem*	*aliquã*	*abſque*
280	do, *Scrip-*	*eam*	*eum*
288	lus	lus *ſi &*	*ſi &*
ead.	pag. & verſ.	æ.	æc
340	*fectam*	*perfectionem*	*perfectionem*
359	perfec-	perfectam	perfectum
361	*ut quem*	*abſquem*	*abſque eum*
409	cujates	agerint	egerint
413	*hiſt.* in annot. marg.	*Euſeb. lib. 8.*	*Euſeb. lib. 7.*
429	pium	Brimum	Primum
441	gione	vernum	verum
455	quaſbio.	Honorium	Honorum

[a] Pag. 432.
[b] Pag. 146.
[c] Pag. 399. in annotat. marg.
[d] Pag. 378. in marg.
[e] Pag. 153. in marg. verſu. *quem*.
[f] Pag. 7. in marg.
[g] Pag. 186.
[h] Pag. 148.